Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
24 E
11
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

8, 2... E. 11

R. P.

PETRI ANELLI PERSICI

SOCIETATIS IESV

De Diuino, & Eccleſiaſtico offi-
cio, ſeu De Horis Canonicis.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS
DE DIVINO,
ET ECCLESIASTICO OFFICIO,
Seu De Horis Canonicis,


IN QVO OMNIA, QVÆ AD PVBLICAM CHORI,
Et priuatam Diuini Officij recitationem pertinent, explicantur.

Opus omnibus Clericis, tam Secularibus, quam Regularibus, & Monialibus valde vtile.

AVCTORE

R. P. PETRO ANELLO PERSICO
NEAPOLITANO
Societatis IESV Theologo.

Cum duplici Indice, altero Capitum, & Dubiorum, altero Rerum, & Verborum locupletiſſimo.



NEAPOLI.

Ex Typographia Franciſci Sauij, Typog. Cur Archiep.
M. DC. XXXXIII.

S. Andrea della Valle.

Digitized by Google

Digitized by Google



BEATISSIMÆ, ET GLORIOSISSIMÆ
Semper Virgini

MATRI MARIAE.

CVm priores meos, De Sacerdotis officio, Tractatus, Virgo Glorioſa, S. Ioſepho Sponſo tuo digniſſimo, ob plurima in me ab eo collata beneficia dicaſſem: æquius fuit, poſteriores hos (De Diuino, & Eccleſiaſtico officio) à me Maieſtati tuæ dicari. Etenim multa plura, & præclariora ſunt erga me benignitatis tuæ promerita: quibus etſi

pro

Digitized by Google

pro merito, ac dignitate reſpondere minime valeam: hoc tamen qualecumque munuſculū Maieſtati tuæ offerendum, & inſcribendum, cenſui: ratus, immenſæ Bonitati, & Clementiæ tuæ, licet exiguum, fore tamen gratum; quippe à magna addictiſſimæ, & ſtudioſiſſimæ voluntatis in te meæ obſeruantia exhibetur. Quin etiam præſidio tuo reddes illuſtrius, & dignius efficies, quod merito offeratur; & in lucem prodeat immortalium ſeculorum: atque auguſtiſſimi tui nominis, dignitatiſque ſplendore, veluti irradiatum, non vereatur in hac præſentis ſeculi doctiſſimorum virorum luce verſari, manibuſque tractari. Te igitur, Sanctiſſima Virgo, quæ omnium prima, Chorum veluti ducens, diuinarum laudum preconia, multo melior, quam Maria ſoror Moyſis, à communi labe redemptos homines, decantare docuiſti, & præſens ades pſallentibus Domino, Angelis, & hominibus, ſupplex oro, ac deprecor, vt libellum hunc benignè excipias, vt Mater; fortius tuearis, vt Domina. Sic, tuæ protectionis munere ſecurius in lucem prodeat, atque gratius excipiatur.

NI-

NICOLAVS BERZETTVS

Societatis IESV Prouincialis in Regno Neapolitano.

CVm Tractatum de diuino, & Eccleſiaſtico officio, ſeu, de Horis canonicis, à Patre Petro Anello Perſico Societatis noſtræ Theologo ſcriptum, tres eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; pro poteſtate mihi facta ab adm. R.P.N. Mutio Vitelleſco Præpoſito Generali, facultatem concedo, ſi videbitur ijs, ad quos pertinet, eum Typis mandandi. In quorum fidem has litteras manu mea ſubſcriptas, & ſolito Societatis noſtræ ſigillo munitas dedi. Neapoli Die 28. Menſis Maij 1641.

Nicolaus Berzettus

Ex com.

EX commiſſione Reuerendſſ.V. Dom. legi hunc tractatum De diuino,& Eccleſiaſtico officio, ſeu de horis Canonicis, & dignè iudico, qui typis mandetur. Habet hanc laudem, vt nihil aſſerat, ſine probatis Auctoribus. Neap. 13. Martij 1642.

Marc. Antonius Palumbus Dep.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vic. General.

Illuſtriſſ. & Excellentiſſime Domine

ACcurate perlegi ſupradictum Opus Reueren. Patris Petri Anelli Perſici Societatis Ieſu, nihilque in eo adinueni contra Regiam Iuriſdictionem, quapropter Typis mandari poſſe exiſtimo, tuæque Excellentiæ hum illimam reuerentiam exhibeo. Neap. die 16. Iunij 1643.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominationis tuæ

Addictiſſimus ſeruus

Thomas Garganus Canon. Neapolitanus.

Vidit Arias de Meſa Regius Conſiliarius, Delegatus per Suam Excellentiam pro reuiſione librorum.

Viſa ſupradicta relatione IMPRIMATVR.

Tapia Reg. Brancia Reg. Caſanate Reg. Sanfelicius Reg. Azcon Reg. Capicius latro Proreg.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. die 20. *Iunij* 1643.

Scarcella

IN-

Digitized by Google

INDEX
CAPITVM, ET DVBIORVM.
Quæ in hoc Tractatu de diuino, & Eccleſiaſtico officio continentur.

CAPVT PRIMVM.
De Natura, & eſſentia diuini officij.

Dubium I. Quid proprie ſignificent hæ voces, Diuinum officium, ſeu Horæ canonicæ? pag. 2
II. *Quot ſint Diuini officij partes? pag.* 8
III. *Quot ſint Horæ canonicæ?* 18
IV. *Quis fuerit primus Officij diuini, ſeu canonicarum horarum Inſtitutor?* 31
V. *Quo tempore Horæ canonicæ recitari debeant?* 37

CAPVT SECVNDVM.
De Choro Eccleſiaſtico.

Dubium I. Quid ſit chorus eccleſiaſticus, & vnde dicatur? 43
II. *An vſus in choro canendi ſit antiquus?* 46
III. *Quis fuerit primus author antiphonarum, ſeu vſus alternatim pſalmos in choro canendi?* 51
IV. *An ſit de ratione diuini officij, vt tam in choro, quam extra chorũ voce alta, & ſenſibili proferatur?* 56
V. *An in choro, dum diuinum officium perſoluitur, licitus ſit cantus organicus, quẽ figuratum appellant?* 71
VI. *An in choro, dum canitur diuinum officium, liceat vti muſicis inſtrumentis?* 78

CAPVT TERTIVM.
De ijs, qui tenentur Horas canonicas in choro publice recitare.

Dubium I. Quibus perſonis incumbit ex proprio munere ho-

b *ras*

ras canonicas in choro publice recitare? 84

II. *An munus publicè in choro diuinum officiũ recitandi, ſit ſub obligatione præcepti clericis, & miniſtris Eccleſiæ impoſitum?* 87

III. *An in alijs Eccleſijs, quæ non ſunt Cathedrales, nec Regulares, ſeu collegiatę, ſit eadem obligatio recitandi publice diuinum officium in choro?* 94

IV. *Iuxta cuiuſnam breuiarij formam teneantur clerici ſeculares, Regulares, & Moniales diuinũ officium in ſuis eccleſijs, & choris recitare, vel canere?* 98

V. *An ſit peccatum mortale, interrumpere in choro horam, vel pſalmum, iam cęptum?* 101

VI. *An ſit peccatum mortale, addere aliquid diuino officio, dum canitur in choro, quod ſecundum eccleſię ritum non continetur in illo?* 104

VII. *An ſit peccatum mortale, omittere in choro officium paruum B. Virginis, officium defunctorum, pſalmos pęnitentiales, & graduales, quę cum horis canonicis recitari ſolent?* 105

CAPVT QVARTVM.

De circumſtantijs externis ad chorum pertinentibus.

Dubium I. *Quaſnam circumſtantias ſeruare debeant, qui diuinũ officiũ publice in choro recitare tenentur?* 108

II. *An Canonici, & Beneficiarij, qui tenentur in choro diuinum officium recitare, teneantur ad fructuum reſtitutionem, ſi internam attentionem in eius recitatione voluntarie non adhibuerint?* 119

III. *An Canonici confabulantes in choro, teneantur ad reſtitutionẽ diſtributionum quotidianarum?* 125

IV. *An regulares, & Moniales peccent mortaliter, ſi recitent diuinum officiũ in choro, ſine interna attentione?* 126

An

V. An obligati ad chorũ, obligentur etiam ad externa ſigna deuotionis? 128
VI. An Canonici teneantur fructus reſtituere, ſi in choro non cantent, ſed ſolum præſentes ſint, dummodo habeant capellanos, qui pro ipſis cantent? 130
VII. Quodnam peccatum cõmittant, qui diuinum officiũ in choro canentes, male pronunciant? 134
VIII. Quodnam peccatum ſit, diuinum officium in choro mutilare, vel omittere? 146
IX. An canentes in choro ſuæ obligationi ſatisfaciant, ſi verſum ad alium chorum pertinentem ipſi non canant, ſed tantum attente audiant? 153
X. Quo tempore diuinum officium, tam nocturnum, quã diurnum ſit recitandum in choro? 158
XI. Quodnã peccatũ ſit, facere mutationẽ temporis in horis canonicis publice in choro recitandis? 167

CAPVT QVINTVM.

De obligatione, & præcepto diuinum officium, ſeu horas canonicas recitandi.

Dubium I. Quinam clerici ad horas canonicas recitandas teneantur? 172
II. An clerici ſacris ordinibus initiati, ſi ſint excõmunicati, ſuſpẽſi, interdicti, irregulares, aut actu degradati teneãtur diuinũ officium recitare? 186
III. An clerici minoribus ordinibus initiati diuinum recitare officium teneantur? 194
IV. An omnes clerici beneficium eccleſiaſticum habentes teneantur diuinum officium recitare? 200
V. An clericus habẽs beneficiũ, cuius ſunt tenues redditus, teneatur diuinum officiũ recitare? 207
VI. An clericus recipiens redditus eccleſiaſticos, ſine titulo beneficij, teneatur diuinum recitare officium? 216
VII. An clericus habens capellaniam, teneatur diuinum offi-

officium recitare? 222
VIII. An ille, qui habet beneficiũ, non ſibi collatũ, ſed ſolũ cõmẽdatũ, teneatur diuinũ officiũ recitare? 226
IX. An coadiutores beneficiorũ ex vi coadiutoria teneãtur diuinum officium recitare? 227
X. An habentes Preſtimonia teneantur diuinum officiũ recitare? 229
XI. An habentes beneficium Manuale teneantur diuinũ officium recitare? 231
XII. An habentes plura beneficia eccleſiaſtica teneantur plura officia recitare? 232
XIII. An ſolus beneficij titulus, ſine actuali poſſeſſione, obliget beneficiariũ ad diuinũ officiũ recitãdũ, an vero requiratur, etiam poſſeſſio? 235
XIV. An Beneficiarius, qui fructus beneficij non percipit, quia eſt excommunicatus, irregularis, vel ſuſpenſus, teneatur diuinũ officium recitare? 241
XV. An ille, qui beneficiũ recepit, cũ onere ſoluendi alteri omnes fructus in penſionem, teneatur diuinum officium recitare? 244
XVI. An teneatur diuinum recitare officiũ ille, qui nullos prorſus ex beneficio recipit fructus, nec diſtributiones, nec per eũ ſtat, quominus illos percipiat, nec in poſterũ recepturus eſt, ratione belli, vel quia eſt inter hæreticos vſurpãtes bona eccleſiaſt. & redditus beneficiorũ, vel alia cauſa, vt ſi inundatione rus, in quo beneficiũ fundatũ erat, eſt deſtructum? 246
XVII. An beneficiarius, qui nõ recitat diuinũ officiũ, teneatur beneficij fructus reſtituere, & quo iure? 248
XVIII. An beneficiarij nõ recitãtes diuinũ officiũ teneãtur iure naturali, & diuino beneficij fructus reſtituere? 354
XIX. Quomodo, & quid reſtituere teneatur beneficiarius, qui poſt ſex menſes ab obtento beneficio, diuinum of-

officium non recitauit? 26

XX. An beneficiarius recitãs diuinũ officiũ, ſine debita attentione, teneatur fructus reſtituere? 270

XXI. An beneficiarius, qui poſt ſex menſes ab obtento beneficio per multos annos bona fide, & abſq; peccato diuinũ officium prętermiſit, teneatur ad fructuum reſtitutionem? 275

XXII. Cui reſtitutio ſit facienda? 277

XXIII. An religioſi, & moniales in religione approbata teneãtur ad diuinũ officiũ recitãdũ, & quo iure? 284

XXIV. An religioſi Societatis IESV teneãtur diuinum officium in choro publice recitare, & an illi, qui non dum ſunt ſacris ordinibus initiati, teneantur illud priuatim perſoluere? 294

XXV. An Religioſus profeſſus ad chorum deputatus, ſi ad Conuerſorum ſtatum transferatur, teneatur diuinum officium recitare? 297

CAPVT SEXTVM.

De modo, quo diuinum officium in priuata recitatione eſt perſoluendum.

Dubium I. An de iure cõmuni poſſit quilibet clericus, vel regularis, relicto proprio breuiario, licite diuinũ officiũ priuatim recitare, iuxta ritũ vel breuiariũ Romanũ, vel alterius eccleſiæ, aut religionis? 305

II. Quam breuiarij formã teneantur ſequi clerici, & religioſi, qui diuinum officium recitare debent, dum illud priuatim recitant? 313

III. An mutans qualitatem officij, peccet mortaliter? 326

IV. Quiſnam poſſit diſpenſare in prędicta officij diuini mutatione? 337



BEATISSIMÆ, ET GLORIOSISSIMÆ Semper Virgini

MATRI MARIAE.

CVm priores meos, De Sacerdotis officio, Tractatus, Virgo Glorioſa, S. Ioſepho Sponſo tuo digniſſimo, ob plurima in me ab eo collata beneficia dicaſſem: æquius fuit, poſteriores hos (De Diuino, & Eccleſiaſtico officio) à me Maieſtati tuæ dicari. Etenim multa plura, & præclariora ſunt erga me benignitatis tuæ promerita: quibus etſi

pro

Digitized by Google

pro merito,ac dignitate reſpondere minime valeam:hoc tamen qualecumque munuſculũ Maieſtati tuæ offerendum , & inſcribendum, cenſui:ratus,immenſæ Bonitati,& Clementiæ tuæ,licet exiguum,fore tamen gratum; quippe à magna addictiſſimæ,& ſtudioſiſſimæ voluntatis in te meæ obſeruantia exhibetur. Quin etiam præſidio tuo reddes illuſtrius,& dignius efficies, quod merito offeratur; & in lucem prodeat immortalium ſeculorum: atque auguſtiſſimi tui nominis, dignitatiſque ſplendore, veluti irradiatum, non vereatur in hac præſentis ſeculi doctiſſimorum virorum luce verſari, manibuſque tractari. Te igitur, Sanctiſſima Virgo,quæ omnium prima, Chorum veluti ducens,diuinarum laudum preconia,multo melior,quam Maria ſoror Moyſis, à commnni labe redemptos homines,decantare docuiſti,& præſens ades pſallentibus Domino, Angelis , & hominibus, ſupplex oro,ac deprecor,vt libellum hunc benignè excipias, vt Mater;fortius tuearis,vt Domina. Sic , tuæ protectionis munere ſecurius in lucem prodeat, atque gratius excipiatur.

NI-

NICOLAVS BERZETTVS

Societatis IESV Prouincialis in Regno Neapolitano.

CVm Tractatum de diuino, & Eccleſiaſtico officio, ſeu, de Horis canonicis, à Patre Petro Anello Perſico Societatis noſtræ Theologo ſcriptum, tres eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; pro poteſtate mihi facta ab adm. R.P.N. Mutio Vitelleſco Præpoſito Generali, facultatem concedo, ſi videbitur ijs, ad quos pertinet, eum Typis mandandi. In quorum fidem has litteras manu mea ſubſcriptas, & ſolito Societatis noſtræ ſigillo munitas dedi. Neapoli Die 28. Menſis Maij 1641.

Nicolaus Berzettus

Ex com.

Digitized by Google

EX commiſſione Reuerendſſ. V. Dom. legi hunc tractatum De diuino, & Eccleſiaſtico officio, ſeu de horis Canonicis, & dignè iudico, qui typis mandetur. Habet hanc laudem, vt nihil aſſerat, ſine probatis Auctoribus. Neap. 13. Martij 1642.

Marc. Antonius Palumbus Dep.

IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vic. General.

Illuſtriſſ. & Excellentiſſime Domine

ACcurate perlegi ſupradictum Opus Reueren. Patris Petri Anelli Perſici Societatis Ieſu, nihilque in eo adinueni contra Regiam Iuriſdictionem, quapropter Typis mandari poſſe exiſtimo, tuæque Excellentiæ humillimam reuerentiam exhibeo. Neap. die 16. Iunij 1643.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dominationis tuæ

Addictiſsimus ſeruus

Thomas Garganus Canon. Neapolitanus.

Vidit Arias de Meſa Regius Conſiliarius, Delegatus per Suam Excellentiam pro reuiſione librorum.

Viſa ſupradicta relatione IMPRIMATVR.

Tapia Reg. Brancia Reg. Caſanate Reg. Sanfelicius Reg. Arcon Reg. Capicius Iatro Proreg.

Prouiſum per Suam Excellentiam Neap. *die* 20. *Iunij* 1643.

Scarcella

IN-

Digitized by Google

INDEX
CAPITVM, ET DVBIORVM.
Quæ in hoc Tractatu de diuino, & Eccleſiaſtico officio continentur.

CAPVT PRIMVM.
De Natura, & eſſentia diuini officij.

DVbium I. *Quid proprie ſignificent hæ voces, Diuinum officium, ſeu Horæ canonicæ? pag.* 2

II. *Quot ſint Diuini officij partes? pag.* 8

III. *Quot ſint Horæ canonicæ?* 18

IV. *Quis fuerit primus Officij diuini, ſeu canonicarum horarum Inſtitutor?* 31

V. *Quo tempore Horæ canonicæ recitari debeant?* 37

CAPVT SECVNDVM.
De Choro Eccleſiaſtico.

Dubium I. *Quid ſit chorus eccleſiaſticus, & vnde dicatur?* 43

II. *An vſus in choro canendi ſit antiquus?* 46

III. *Quis fuerit primus author antiphonarum, ſeu vſus alternatim pſalmos in choro canendi?* 51

IV. *An ſit de ratione diuini officij, vt tam in choro, quam extra chorũ voce alta, & ſenſibili proferatur?* 56

V. *An in choro, dum diuinum officium perſoluitur, licitus ſit cantus organicus, quẽ figuratum appellant?* 71

VI. *An in choro, dum canitur diuinum officium, liceat vti muſicis inſtrumentis?* 78

CAPVT TERTIVM.
De ijs, qui tenentur Horas canonicas in choro publice recitare.

Dubium I. *Quibus perſonis incumbit ex proprio munere ho-*

b *ras*

ras canonicas in choro publice recitare? 84

II. *An munus publicè in choro diuinum officiū recitandi, ſit ſub obligatione præcepti clericis, & miniſtris Eccleſiæ impoſitum?* 87

III. *An in alijs Eccleſijs, quæ non ſunt Cathedrales, nec Regulares, ſeu collegiatę, ſit eadem obligatio recitandi publice diuinum officium in choro?* 94

IV. *Iuxta cuiuſnam breuiarij formam teneantur clerici ſeculares, Regulares, & Moniales diuinū officium in ſuis eccleſijs, & choris recitare, vel canere?* 98

V. *An ſit peccatum mortale, interrumpere in choro horam, vel pſalmum, iam cęptum?* 101

VI. *An ſit peccatum mortale, addere aliquid diuino officio, dum canitur in choro, quod ſecundum eccleſię ritum non continetur in illo?* 104

VII. *An ſit peccatum mortale, omittere in choro officium paruum B. Virginis, officium defunctorum, pſalmos pęnitentiales, & graduales, quę cum horis canonicis recitari ſolent?* 105

CAPVT QVARTVM.

De circumſtantijs externis ad chorum pertinentibus.

Dubium I. *Quaſnam circumſtantias ſeruare debeant, qui diuinū officiū publice in choro recitare tenentur?* 108

II. *An Canonici, & Beneficiarij, qui tenentur in choro diuinum officium recitare, teneantur ad fructuum reſtitutionem, ſi internam attentionem in eius recitatione voluntarie non adhibuerint?* 119

III. *An Canonici confabulantes in choro, teneantur ad reſtitutionē diſtributionum quotidianarum?* 125

IV. *An regulares, & Moniales peccent mortaliter, ſi recitent diuinum officiū in choro, ſine interna attentione?* 126

An

V. *An obligati ad chorũ, obligentur etiam ad externa ſigna deuotionis?* 128

VI. *An Canonici teneantur fructus reſtituere, ſi in choro non cantent, ſed ſolum preſentes ſint, dummodo habeant capellanos, qui pro ipſis cantent?* 130

VII. *Quodnam peccatum cõmittant, qui diuinum officiũ in choro canentes, male pronunciant?* 134

VIII. *Quodnam peccatum ſit, diuinum officium in choro mutilare, vel omittere?* 146

IX. *An canentes in choro ſuę obligationi ſatisfaciant, ſi verſum ad alium chorum pertinentem ipſi non canant, ſed tantum attente audiant?* 153

X. *Quo tempore diuinum officium, tam nocturnum, quã diurnum ſit recitandum in choro?* 158

XI. *Quodnã peccatũ ſit, facere mutationẽ temporis in horis canonicis publice in choro recitandis?* 167

CAPVT QVINTVM.

De obligatione, & præcepto diuinum officium, ſeu horas canonicas recitandi.

Dubium I. Quinam clerici ad horas canonicas recitandas teneantur? 172

II. *An clerici ſacris ordinibus initiati, ſi ſint excõmunicati, ſuſpẽſi, interdicti, irregulares, aut actu degradati teneãtur diuinũ officium recitare?* 186

III. *An clerici minoribus ordinibus initiati diuinum recitare officium teneantur?* 194

IV. *An omnes clerici beneficium eccleſiaſticum habentes teneantur diuinum officium recitare?* 200

V. *An clericus habẽs beneficiũ, cuius ſunt tenues redditus, teneatur diuinum officiũ recitare?* 207

VI. *An clericus recipiens redditus eccleſiaſticos, ſine titulo beneficij, teneatur diuinum recitare officium?* 216

VII. *An clericus habens capellaniam, teneatur diuinum*

officium recitare? 222

VIII. An ille, qui habet beneficiũ, non ſibi collatũ, ſed ſolũ cõmẽdatũ, teneatur diuinũ officiũ recitare? 226

IX. An coadiutores beneficiorũ ex vi coadiutoria teneãtur diuinum officium recitare? 227

X. An habentes Preſtimonia teneantur diuinum officiũ recitare? 229

XI. An habentes beneficium Manuale teneantur diuinũ officium recitare? 231

XII. An habentes plura beneficia eccleſiaſtica teneantur plura officia recitare? 232

XIII. An ſolus beneficij titulus, ſine actuali poſſeſſione, obliget beneficiariũ ad diuinũ officiũ recitãdũ, an vero requiratur, etiam poſſeſſio? 235

XIV. An Beneficiarius, qui fructus beneficij non percipit, quia eſt excommunicatus, irregularis, vel ſuſpenſus, teneatur diuinũ officium recitare? 241

XV. An ille, qui beneficiũ recepit, cũ onere ſoluendi alteri omnes fructus in penſionem, teneatur diuinum officium recitare? 244

XVI. An teneatur diuinum recitare officiũ ille, qui nullos prorſus ex beneficio recipit fructus, nec diſtributiones, nec per eũ ſtat, quominus illos percipiat, nec in poſterũ recepturus eſt, ratione belli, vel quia eſt inter hæreticos vſurpãtes bona eccleſiaſt. & redditus beneficiorũ, vel alia cauſa, vt ſi inundatione rus, in quo beneficiũ fundatũ erat, eſt deſtructum? 246

XVII. An beneficiarius, qui nõ recitat diuinũ officiũ, teneatur beneficij fructus reſtituere, & quo iure? 248

XVIII. An beneficiarij nõ recitãtes diuinũ officiũ teneãtur iure naturali, & diuino beneficij fructus reſtituere? 354

XIX. Quomodo, & quid reſtituere teneatur beneficiarius, qui poſt ſex menſes ab obtento beneficio, diuinum of-

Digitized by Google

officium non recitauit? 261
XX. *An beneficiarius recitãs diuinũ officiũ, ſine debita attentione, teneatur fructus reſtituere?* 270
XXI. *An beneficiarius, qui poſt ſex menſes ab obtento beneficio per multos annos bona fide, & abſq; peccato diuinũ officium prętermiſit, teneatur ad fructuum reſtitutionem?* 275
XXII. *Cui reſtitutio ſit facienda?* 277
XXIII. *An religioſi, & moniales in religione approbata teneãtur ad diuinũ officiũ recitãdũ, & quo iure?* 284
XXIV. *An religioſi Societatis IESV teneãtur diuinum officium in choro publice recitare, & an illi, qui non dum ſunt ſacris ordinibus initiati, teneantur illud priuatim perſoluere?* 294
XXV. *An Religioſus profeſſus ad chorum deputatus, ſi ad Conuerſorum ſtatum transferatur, teneatur diuinum officium recitare?* 297

CAPVT SEXTVM.

De modo, quo diuinum officium in priuata recitatione eſt perſoluendum.

Dubium I. An de iure cõmuni poſſit quilibet clericus, vel regularis, relicto proprio breuiario, licite diuinũ officiũ priuatim recitare, iuxta ritũ vel breuiariũ Romanũ, vel alterius eccleſiæ, aut religionis? 305
II. Quam breuiarij formã teneantur ſequi clerici, & religioſi qui diuinum officium recitare debent, dum illud priuatim recitant? 313
III. An mutans qualitatem officij, peccet mortaliter? 326
IV. Quiſnam poſſit diſpenſare in prędicta officij diuini mutatione? 337

CA-

CAPVT VII.

De ordine,& continuatione in priuata diuini ffi-o cij recitatione neceſſariò requiſita.

Dubium I. An ſit peccatum, mutare ordinem diuini officij in priuata recitatione? 341

II. *Quodnam peccatum ſit, non cõtinuare, ſed interrũpere diuinũ officiũ, cum priuatim recitatur?* 350

CAPVT III.

De integritate neceſſario requiſita in priuata diuini officij recitatione.

Dubium I. An omnes, qui tenẽtur diuinũ officiũ recitare, teneãtur illud ex præcepto integre perſoluere? 359

II. *Quodnam peccatum ſit, violare hoc preceptum de integritate diuini officij?* 365

III. *An ille, qui eodẽ die omittit omnes ſeptem horas canonicas committat ſeptem peccata mortalia, an vero vnum ſolum?* 368

IV. *An omnis diminutio, aut mutilatio verborũ, aut ſyllabarũ, ſit peccatũ, cõtra preceptũ integre recitandi diuinum officiũ, & quodnam peccatum ſit?* 379

V. *An ad integritatẽ diuini officij pertineat, etiã recitare officiũ paruũ B. Virginis, officiũ defunctorũ, pſalmos graduales, penitentiales, & litanias?* 346

VI. *An illi, qui tenentur diuinũ officiũ recitare, dũ priuatim recitãt, obligẽtur ex precepto ſub peccato mortali recitare litanias in die S. Marci, & in tribus diebus rogationum, ſi non interſint proceſſionibus, quę publicè fiunt?* 390

CAPVT IX.

De tempore, quo diuinum officium in priuata recitatione perſolui poteſt, ac debet.

Dubium I. An diuinum officium, dum priuatim recitatur, ſit certis, ac definitis horis perſoluendum? 395

An

II. *An illi, qui priuatī recitāt diuinū officiū poſſint ante mediā noctē recitare vigilias nocturnas, ſeu matutinum, cum laudibus, abſque vllo peccato?* 406

CAPVT X.

De loco, & alijs externis circumſtantijs in diuini officij recitatione requiſitis.

Dubium I. *Quo in loco recitandæ ſint horę canonicę?* 414

II. *An illi, qui priuatim recitāt diuinū officiū teneātur ex præcepto ſeruare aliquas externas circūſtātias pertinentes ad ſitum, ſeu habitum corporis?* 417

CAPVT XI.

De attentione in priuata diuini officij recitatione requiſita.

Dubium I. *An in priuata diuini officij recitatione, ſit neceſſaria attentio ad præcepti eccleſiaſtici obligationem implendam?* 420

II. *An qui priuatim recitat diuinum officium, aliquid aliud agendo, ceſſet ab attentione debita, & neceſſaria, ac proinde peccet mortaliter?* 441

III. *An, qui diuinum officiū ex obligatione recitat, dū miſſam in die feſto ab eccleſia præceptam audit, vtriq; pręcepto ſatisfaciat?* 446

CAPVT XII.

De cauſis excuſantibus ab officio diuino recitando.

Dubium I. *An infirmus, qui nō poteſt diuinū officiū recitare, teneatur illud per alium recitare, aut ab alio recitante audire?* 448

II. *An infirmus, qui non poteſt dicere totū officiū, teneatur dicere partem, quam poteſt?* 452

III. *Quanam infirmitas corporis excuſet infirmum à recitatione diuini officij?* 456

IV. *An ad excuſandum infirmum à recitatione diuini officij*

ſicij requiratur iudicium Medici? 461
V. *An cęcus excuſetur à recitatione diuini officij?* 465

Secunda cauſa, quæ excuſat, eſt impotentia ex parte animi.

Dubium I Quanam ignorantia excuſet à recitatione diuini officij? 471
II. *An cenſura eccleſiaſticę excuſent à recitatione diuini officij, præſertī excōmunicatio, & interdictū?* 480

Tertia cauſa, quæ excuſat, eſt grauis occupatio.

Dubium I. Quęnam conditiones requirantur, vt repentina occupatio excuſet à recitatione officii? 482

Quarta cauſa, quæ excuſat, eſt diſpenſatio ſummi Pontificis.

Dubium I. *An ſūmus* Pontifex *poſſit diſpēſare cū initiatis ordine ſacro, & cū beneficiariis, & Regularibus, ac Monialibus, vt non recitent diuinū officium?* 488
II. *An poſſit Epiſcopus diſpenſare cum ſuis ſubditis, vt non recitent diuinum officium?* 490

CAPVT XIII.

De priuilegijs à ſummis Pontificibus Regularibus conceſſis, circa recitationem officij.

Varia priuilegia, circa recitationem diuini officii, cum dubiis, circa illa occurrentibus, & doctorum ſolutiones aliaque notatu digna. 492

Finis Indicis Capitum, & dubiorum.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS DE DIVINO, ET ECCLESIASTICO OFFICIO, ſeu De Horis Canonicis.

CVM in libro primo de primo, & præcipuo Sacerdotis officio Capite primo, Dubio primo, dicto quarto, definitum ſit ad primum Sacerdotis officium, quod eſt Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium offerre, reduci obligationem quotidie diuinum officium, ſeù Horas Canonicas recitandi, qua Sacerdotes omnes tenentur: & in tribus libris actum ſit de ijs, quæ pertinent ad Miſſæ ſacrificium ritè celebrandum; Reliquum eſt, vt in hoc Tractatu breuiter agamus de Diuino, & Eccleſiaſtico officio, ſeu de Horis Canonicis, quę ſunt, veluti quædam conueniens diſpoſitio ad primum Sacerdotis officium perfectè exercendum.

CAPVT PRIMVM.

De Natura, & Eſſentia Diuini officij.

HOc Caput quinque præcipuè ad eſſentiam Diuini officij ſpectantia complectetur, & ideo primo agemus de Nomine, & Definitione Diuini officij, ſeu Horarum Canonicarū. Secundo de præcipuis earum partibus. Tertio de numero Horarum Canonicarum. Quarto de antiquo ipſarum inſtitutione. Quinto de tempore Canonico, quo ipſarum Horarum recitatio fieri debet.

DVBIVM PRIMVM.

Quid propriè ſignificent hæ voces, Diuinum officium, ſeu Horæ Canonicæ.

1 IN hoc dubio duo quærimus, primum prædictarum vocum etymologiam, ſeu nominum ſignificationem; Secundum eorumdem nominum definitionem, ſeu deſcriptionem. Circa primum.

Dico primò officium ab efficiendo dictum eſſe, quaſi efficiũ, vel ab officiendo, quod vnuſquiſque ea agere debeat, quæ nulli officiant. Ita Sanctus Ambroſius tom. quarto lib. 1. de officijs cap. 8. vbi ait *Officium ab efficiendo dictum putamus, quaſi efficiũ, ſed propter decorem ſermonis, vna immutata littera, officium nuncupari; vel certe vt ea agas, quæ nulli officiant, proſint omnibus.* Idẽ dicit S. Iſidorus lib. etymologiarum cap. 19. in principio, quos ſequuntur Gullielmus Durandus in Rationali Diuinorum officiorum lib. 5. cap. 2. num. 1. & Ioannes Deleth. in explicatione Diuinorum Officiorum cap. 18. Cum igitur in officio Diuino contineantur ea, quæ perſonæ Eccleſiaſticæ facere debent erga Deum, nimirum, quædam peculiares, ac publicæ preces Eccleſiæ authoritate inſtitutæ, quæ à Clericis, & Regularibus diu noctuque cantari, aut recitari debent, quaſi munus, & obſequium, quod Deo præſtare tenentur. Siquidem orare, & laudare Deum proprium eſt officium Chriſtianorum, præſertim Clericorum, & Monachorum. Ideo iure optimo officium Diuinum appellatur; dicitur etiam diuinum, quia in eo multa ex diuinis litteris ſumpta, recitantur.

2 Nomen officij diuini primo inuenitur à Concilio Aquiſgranenſi circa annum Chriſti 800. celebrato cap. 131. vſurpatũ, deinde ab alijs poſterioribus, præſertim à Concilio Lateranẽſi, ſub Innocentio. 3. Anno Chriſti 1215. celebrato cap. 17. quod refertur in cap. Dolentes de Celebratione Miſſarum, vbi præcipitur Clericis in virtute obedientiæ, vt Diuinum officium nocturnum pariter, & Diurnum ſtudioſe celebrent pariter, & deuote; & à Concilio Viennenſi in quo Clemens V. qui ſedit Anno Chriſti 1305. & habetur in Clementina 1. prope finem De celebratione Miſſarũ, vbi præcipitur Eccleſiarũ Prælatis, vt conuenienter, & debite celebretur Diuinum Diurnum, & Nocturnum

Digitized by Google

ĉturnum officium. Poſtremo à Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 12. de reformatione prope finem. Idem etiam nomen vſurpatum fuit ab antiquis Scriptoribus; nam Albinus Alcuinus, qui florebat Anno Chriſti 780. librum ſcripſit de Diuinis Officijs, Rupertus Abbas, qui floruit Anno Chriſti 1119. libros duodecim ſcripſit de Diuinis Officijs, & Gullielmus Durandus, qui floruit Anno Chriſti 1280. compoſuit Rationale Diuinorum Officiorum. Dicitur autem per antonomaſiam Officium Diuinum, tum quia totum ad Dei cultum eſt inſtitutum, tum etiam, quia ſolum continet preces, & laudes diuinas, quas ex officio tenentur Clerici, & Monachi recitare.

3 Dicitur etiam Officium eccleſiaſticum in prædicta Clementina 1. de Celebratione Miſſarum, vbi §. 2. ait Pontifex *Et eccleſiaſticum plerumque perturbatur officium*, quod nomen fuit etiā ab antiquis Scriptoribus vſurpatum; Nam Amalarius Fortunatus, qui floruit Anno Chriſti 830. quatuor libros ſcripſit de Eccleſiaſtico officio, & Hugo de Sancto Victore, qui floruit Anno Chriſti 1130. librum ſcripſit de Eccleſiaſticis officijs, & alij poſteriores; ſic autem dictum eſſe puto, vel quia ab Eccleſia eſt inſtitutum, approbatum, & traditum, vt ipſius nomine recitari poſſit, vel quia Eccleſiæ præcepto ab Eccleſiaſticis, tāquam proprium ipſorum munus perſoluitur. Ita docet P. Paulus Layman Tom. 2. Theologiæ Moralis lib. 4. Tract. 1. cap. 2. §. Canonicæ.

4 Dico ſecundò nomen Horarum Canonicarum eſſe etiam antiquiſſimum; nam extat apud Bedam, qui anno 731. viuebat, vt ipſe teſtatur in fine libri 5. hiſtoriæ Anglicanæ; is enim in commentario in cap. 18. S. Lucæ, in id *Oportet ſemper orare, & non deficere* ſic ait *Dicendum eum ſemper orare, & non deficere*, qui Canonicis Horis quotidie iuxta Ritum Eccleſiaſticæ traditionis pſalmodijs, precibuſque conſuetis Dominum laudare, & rogare non deſiſtit, & hoc eſſe, quod Pſalmiſta dicebat, Pſ. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore ſemper laus eius in ore meo*: hoc nomen non ſolum vſurpatum fuit à Summiſtis, Martino Nauarro, & alijs recentioribus, qui de hac materia ſcripſerunt, ſed etiam ab antiquis Scriptoribus; nam Rupertus Abb. in fine Prologi in libros de Diuinis officijs ſic ait, *Septem diei horæ quas Canonicas, ideſt Regulares dicimus*, & lib. 1. cap. 1. ait, *ſeptem canonicas horas diei* VVallafridus Strabo, qui florebat Anno Chriſti 849. in lib. de Rebus Eccleſiaſticis cap 25. in

Digitized by Google

principio,& pluries in eo capite horas canonicas vocat,Hugo de S.Victore lib.2.de officijs eccleſiaſticis cap.14. in principio ait *Propoſiti ratio depoſcit , & primo de Horis Canonicis* , Gulielmus Durandus in Rationali Diuinorum Officiorum lib.5. cap.1.num.2.ait *Reliquæ vero ſeptem canonicæ horæ de die dicũtur*;Innocentius IV.qui ſedit Anno Chriſti 1243.in cap.Quod in te.De pœnitentijs,& remiſſionibus, permittit,vt tempore interdicti in Conuẽtualibus Eccleſijs bini,& bini,vel ſimul tres, horas canonicas valeant legere non cantare. Thomas Vualdẽſis Tom.3. de Sacramentalibus titulum tertium inſcripſit de horis canonicis.

5 Cur autem prædictæ preces , & laudes diuinæ Horæ Canonicæ ſint appellatæ,non conuenit inter Doctores; Sunt enim hac de re duæ ſententiæ.Prima affirmat, eas ab orando,ſic dictas eſſe, quia ſunt publicæ Eccleſiæ orationes , quæ à ſuis Miniſtris ipſius nomine ad Deum funduntur ; Ita Panormitanus in cap.1. in principio,notabili 3. De Celebratione Miſſarum Cardinalis Zabarella in Clementina 1.quæſt. 4. eodem tit. Albertus de Ferrarijs in cap.2.quæſt.2. eodem tit.Ioannes de Lignano Tract.de Horis Canonicis,& alij.

6 Secunda ſententia docet hoc nomen ab hora , quatenus eſt pars temporis ſumptum eſſe,vt ex ipſa ſcriptione conſtat,nam hora cum aſpiratione ſcribitur, ſed oro, oras non aſpiratur in principio. Ita docet Nauarrus in Tract. de oratione , & Horis Canonicis cap.3.num.26.quem ſequuntur P.Ioannes Azorius par.1.inſtitutionum moralium lib.10.cap.1.quæſt.1.P.Suarius tom.2.de Religione lib.4.de Horis canonicis cap.3.num.1. P. Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2.dub.1.P. Paulus Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.2.num.1.§.Canonicę, Ludouicus Miranda tom.1.Manualis Prælatorum Regularium quæſt.37.art.1.concluſione 1.Hæc ſententia eſt probabilior, & omnino vera ; nam preces , & laudes diuinæ dictæ ſunt,Horæ Canonicæ,quod ex Inſtitutione Eccleſiæ præſcriptis, definitiſque horis diurnis , ac nocturnis recitari , vel cantari debeant ; Vnde, & ab illis ſua nomina deſumpſere, ſcilicet Matutina , Prima,Tertia,Sexta,Nona,Veſpertina,& Completoria . Hoc expreſsè ſignificauit Hugo de S.Victore lib.2.de officijs Eccleſiaſticis cap.1.in principio,vbi ait *Horæ Canonicæ dicuntur officia conſtitutis horis regulariter in Eccleſia celebranda* . Confirmatur , nam hoc nomen,Hora,inter alias ſuas ſignificationes,

iuxta

Digitized by Google

iuxta communem vſum propriè ſignificat certam diei,vel noctis partem aliquotam, nimirum vigeſimam quartam diei naturalis, vel iuxta vſum antiquum, duodecimam partem diei, vel noctis artificialis. Ab hora igitur in hac propria ſua ſignificatione ſumpta, preces, & laudes diuinæ, horæ ſunt appellatæ quia partes principaliores diuini officij, quæ prædictas preces,& laudes continent,per certas diei,ac noctis horas ſunt diſtributæ.Canonicæ vero appellatæ ſunt, vel quia per Sacros Canones ſunt inſtitutæ, vel quia per Sacros Canones obligantur omnes,qui illas recitare tenetur,vt docet Nauar. in Tract. de oratione cap.3.dicto 11.num.26.P.Sanchez, & P. Layman. locis citatis.

7 Probabilius tamen eſt horas dictas fuiſſe canonicas ideſt Regulares vt affirmat Rupertus Abb. in fine Prologi in libros de Diuinis Officijs, vbi ait *Septem diei horæ, quas Canonicas, ideſt Regulares dicimus* Hugo de S.Victore lib.2.de officijs Eccleſiaſticis cap.1.in principio,vbi ait *Horæ Canonicæ dicuntur officia conſtitutis horis regulariter in eccleſia celebranda*, Gulliel-mus Durandus in Rationali Diuinorum Officiorum lib. 5.c. 1.num.2.vbi ait *Septem Horæ vocantur Canonicæ,quaſi Regulares,quia regulariter à Sanctis Patribus obſeruatæ ſunt nam(κάνων) græcè,regula,dicitur latinè*. Dicuntur igitur Horæ Canonicæ ideſt regulares duplici ratione; primo quia ſunt regula clericorum, & Monachorum, qua vti debent in publicis orationibus ab Eccleſia inſtitutis:ſecundo,quia certis,& definitis horis recitari debent,iuxta Sacros Canones,& regulas Sanctorum Patrum,& has rationes afferunt, etiam Doctores recentiores, Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.10.num.6. fin. Cardinalis Bellarminus Tom. 4. Controuerſiarum lib. 1. de bonis operibus in particulari cap.10.§.4.P.Ioannes Azorius part.1. lib.10.cap.1.quæſt.1.P.Suarius tom.2. de Religione lib. 4. de Horis Canonicis cap.3.num.1.P.Leonardus Leſſius lib.2. de Iuſtitia cap.37.Dubit.8. num. 41. P. Reginaldus in Praxi lib. 18.cap.11.num.144.P.Vincentius Filliucius tom. 2. tract. 23. cap.3.quæſt.4.num.86.

8 Circa ſecundum dico Diuinum Officium definiri, ſeù deſcribi à Cardinali Bellarmino tom.4.controuerſiarum lib.1.de bonis operibus in particulari cap. 10. his verbis. *Diuinum officium eſt certa ratio publicè laudandi, precandique Deum mente ſimul,& voce authoritate Præſulum Eccleſiæ inſtituta.* Eamdem defi-

definitionem ſequitur P. Vincentius Filliucius loco citato nu. 87. Breuius vero à Cardinali Toleto in ſumma lib. 2. cap. 10. *Laus Dei voce expreſſa per Eccleſiæ inſtitutionem determinata*: Sed quamuis vtraque prædictarum deſcriptionum bona ſit; prima tamen rem magis explicat; Secunda enim non videtur adæquata, nam plura in officio diuino continentur, quæ in ea deſcriptione non explicantur; nam in officio diuino non ſolũ Deum laudamus, ſed etiam ſæpiſſime ipſum precamur, non ſolum voce, ſed etiam mente, nec quomodocumque, ſed publicè. Quare magis adæquatè deſcriberetur his verbis. *Diuinum officium eſt determinata forma publicæ orationis, ac laudis diuinæ, mente, & voce prolata ab Eccleſia inſtituta.*

9 Hæc noſtra deſcriptio breuis eſt, & adæquata, quia explicat omnia, quæ in diuino officio continentur, ac proinde eius naturam: & magna ex parte conuenit cum deſcriptione Cardinalis Bellarmini: nec indiget probatione, ſed declaratione. Dicitur igitur primo, determinata forma, quia non quælibet oratio, vel diuina laus, eſt diuinum officium, ſed certa quædam, & determinata forma continens ordinem pſalmorum hymnorum, & precum, quam omnes, qui ex obligatione diuinum perſoluunt officium ſequi debent. Secundo dicitur, publica orationis, ac laudis diuinæ, quia diuinum officium non eſt oratio priuata, ſed publica, quæ fit publicè nomine totius Eccleſiæ pro bono publico, & communi, & per publicos Miniſtros; Quare etiam ſi interdum recitetur ab vno tantum in priuata domo, non tamen omittuntur illæ voces; Dominus vobiſcum; Oremus, Benedicamus Domino, & ſimiles, dicuntur enim toti Eccleſiæ; & nomine eiuſdem Eccleſiæ ipſe ſibi reſpondet; Et cũ ſpiritu tuo, Deo gratias, & cætera. Additur, orationis, & laudis, quia diuinum officium hæc duo præcipuè continet; preces ꝓ accipiendis à Deo beneficijs, & laudes pro acceptis, & in hoc differt hoc officium Eccleſiæ militantis ab officio Eccleſiæ triumphantis, præſertim quando poſt vltimum Iudicij diem celebrabitur, quod illud ſolas diuinas laudes continebit: eſt autem laus manifeſtatio quædam excellentiæ alicuius, nam cum alicuius virtutes propalamus ipſum laudamus, & ideo diuinum officium eſt propriè manifeſtatio excellentiarum Dei, & propterea addimus, diuinæ.

10 Dices prædicta definitio non videtur adęquata, nã in diuino officio non ſolum Deum precamur, & laudamus, ſed etiam

Bea-

Beatiſſimam Virginem, & alios Sanctos: ſunt enim multa officia, quæ dicuntur in feſtis Beatiſſimæ Virginis, & aliorum Sāctorum, eſt etiam officium defunctorum. Reſpondeo, etiam in prædictis officijs contineri laudes diuinas, tum quia offeruntur in memoriam Beatæ Virginis, & aliorum Sanctorum, tum etiam quia in Sanctis ſuis Deus ipſe laudatur, iuxta illud Pſ. 150. 1. Laudate Dominum in Sanctis eius, & dum Beatæ Virginis, & Sanctorum virtutes, & gratias referimus, Dei virtutem, & miſericordiam; à qua omne bonum deſcendit, extollimus; In officio vero defunctorum pro ipſorum refrigerio, & requie Deum precamur, & dum eorum pœnas referimus, Dei Iuſtitiā cum Clementia magnificamus; Denique in quocumque officio ſemper Pſalmi; Hymni, Collectæ, & reliqua diriguntur ad Deum.

11 Addimus, mente, & voce prolata, quia diuini officij forma, cum ab hominibus ſit inſtituta, neceſſario actum externum poſtulat, & cum non ſit oratio mentalis, ſed vocalis, quatenus oratio eſt, requirit mentis attentionem; quatenus vero vocalis eſt, requirit, vt voce proferatur; Sic etiam duplex eſt Dei laus, altera quidem interna altera vero externa, interna eſt cordis, ſeu mentis recogitatio diuinarum excellentiarum; quare tunc Deum interius laudamus, cum ipſius excellentias mente recogitamus: externa vero eſt, quæ fit ore, & voce, qua internam manifeſtamus; interna melior eſt, quam ſola externa, ſed externa, cum interna coniuncta, melior eſt, quam altera per ſe ſola. Diuinum igitur officium eſt, non ſolum Dei laus interna, ſed etiam externa, quæ voce, & prolatione fit. Quare ſicut muneri ſuo non ſatisfacit, qui ſine mentis attentione diuinum officiū recitat, ſic nec ille, qui ſola mente orans, non etiam voce, verba omnia diſtinctè, & integrè profert. Denique additur, ab Eccleſia inſtituta; non enim ſemper cum Deum mente, & voce laudamus, eumque precamur, diuinum officium recitamus, ſed cū illa laudandi, ac precandi Deum forma vtimur, quæ eſt à Summis Pontificibus, & Sacris Concilijs præſcripta. Dicitur, inſtituta, quia Eccleſia à tempore Apoſtolorum hunc modum publicè laudandi, precandique Deum inſtituit, deinde Summi Pontifices multa addiderunt.

definitionem ſequitur P. Vincentius Filliucius loco citato nu. 87. Breuius vero à Cardinali Toleto in ſumma lib. 2. cap. 10. *Laus Dei voce expreſſa per Eccleſiæ inſtitutionem determinata*: Sed quamuis vtraque prædictarum deſcriptionum bona ſit; prima tamen rem magis explicat; Secunda enim non videtur adæquata, nam plura in officio diuino continentur, quæ in ea deſcriptione non explicantur; nam in officio diuino non ſolũ Deum laudamus, ſed etiam ſæpiſſime ipſum precamur, non ſolum voce, ſed etiam mente, nec quomodocumque, ſed publicè. Quare magis adæquatè deſcriberetur his verbis. *Diuinum officium eſt determinata forma publicæ orationis, ac laudis diuinæ, mente, & voce prolata ab Eccleſia inſtituta.*

9 Hæc noſtra deſcriptio breuis eſt, & adæquata, quia explicat omnia, quæ in diuino officio continentur, ac proinde eius naturam: & magna ex parte conuenit cum deſcriptione Cardinalis Bellarmini: nec indiget probatione, ſed declaratione. Dicitur igitur primo, determinata forma, quia non quælibet oratio, vel diuina laus, eſt diuinum officium, ſed certa quædam, & determinata forma continens ordinem pſalmorum hymnorum, & precum, quam omnes, qui ex obligatione diuinum perſoluunt officium ſequi debent. Secundo dicitur, publica orationis, ac laudis diuinæ, quia diuinum officium non eſt oratio priuata, ſed publica, quæ fit publicè nomine totius Eccleſiæ pro bono publico, & communi, & per publicos Miniſtros; Quare etiam ſi interdum recitetur ab vno tantum in priuata domo, non tamen omittuntur illæ voces; Dominus vobiſcum; Oremus, Benedicamus Domino, & ſimiles, dicuntur enim toti Eccleſiæ; & nomine eiuſdem Eccleſiæ ipſe ſibi reſpondet; Et cũ ſpiritu tuo, Deo gratias, & cætera. Additur, orationis, & laudis, quia diuinum officium hæc duo præcipuè continet; preces ꝓ accipiendis à Deo beneficijs, & laudes pro acceptis, & in hoc differt hoc officium Eccleſiæ militantis ab officio Eccleſiæ triumphantis, præſertim quando poſt vltimum Iudicij diem celebrabitur, quod illud ſolas diuinas laudes continebit: eſt autem laus manifeſtatio quædam excellentiæ alicuius, nam cum alicuius virtutes propalamus ipſum laudamus, & ideo diuinum officium eſt propriè manifeſtatio excellentiarum Dei, & propterea addimus, diuinæ.

10 Dices prædicta definitio non videtur adęquata, nã in diuino officio non ſolum Deum precamur, & laudamus, ſed etiam Bea-

Beatiſſimam Virginem, & alios Sanctos: ſunt enim multa officia,quæ dicuntur in feſtis Beatiſſimæ Virginis, & aliorum Sãctorum,eſt etiam officium defunctorum. Reſpondeo,etiam in prædictis officijs contineri laudes diuinas, tum quia offeruntur in memoriam Beatæ Virginis,& aliorum Sanctorum,tum etiam quia in Sanctis ſuis Deus ipſe laudatur, iuxta illud Pſ. 150.1.Laudate Dominum in Sanctis eius,& dum Beatæ Virginis,& Sanctorum virtutes, & gratias referimus,Dei virtutem, & miſericordiam; à qua omne bonum deſcendit, extollimus; In officio vero defunctorum pro ipſorum refrigerio, & requie Deum precamur,& dum eorum pœnas referimus,Dei Iuſtitiã cum Clementia magnificamus; Denique in quocumque officio ſemper Pſalmi;Hymni,Collectæ, & reliqua diriguntur ad Deum.

11 Addimus,mente,& voce prolata,quia diuini officij forma, cum ab hominibus ſit inſtituta, neceſſario actum externum poſtulat, & cum non ſit oratio mentalis,ſed vocalis,quatenus oratio eſt,requirit mentis attentionem; quatenus vero vocalis eſt,requirit,vt voce proferatur; Sic etiam duplex eſt Dei laus, altera quidem interna altera vero externa,interna eſt cordis, ſeu mentis recogitatio diuinarum excellentiarum; quare tunc Deum interius laudamus,cum ipſius excellentias mente recogitamus:externa vero eſt,quæ fit ore,& voce,qua internam manifeſtamus; interna melior eſt, quam ſola externa,ſed externa,cum interna coniuncta,melior eſt,quam altera per ſe ſola. Diuinum igitur officium eſt, non ſolum Dei laus interna, ſed etiam externa, quæ voce,& prolatione fit. Quare ſicut muneri ſuo non ſatisfacit, qui ſine mentis attentione diuinum officiũ recitat,ſic nec ille,qui ſola mente orans,non etiam voce, verba omnia diſtinctè,& integrè profert.Denique additur,ab Eccleſia inſtituta;non enim ſemper cum Deum mente, & voce laudamus,eumque precamur,diuinum officium recitamus,ſed cũ illa laudandi,ac precandi Deum forma vtimur, quæ eſt à Summis Pontificibus,& Sacris Concilijs præſcripta.Dicitur,inſtituta, quia Eccleſia à tempore Apoſtolorum hunc modum publicè laudandi, precandique Deum inſtituit, deinde Summi Pontifices multa addiderunt.

DVBIVM II.

Quot ſint Diuini Officij partes.

1 Reſpondeo, & dico primo diuinum officium multas habere partes, quarum aliꝺ ſunt minores aliꝺ vero maiores: minores ſunt Pſalmi, Hymni, Cãtica, Lectiones, Antiphonę, Reſponſaria, Verſus, & Collectæ. Maiores vero ſunt Nocturni, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & Completoriũ: ex his enim totum conſtat officium: differunt autem prædictæ partes in hoc, quod ſingulæ maiores ex pluribus minoribus componuntur; Secundo, quod quælibet ex maioribus eſt integra oratio, ſeu integrum officium diuinum, pro aliqua certa hora deſignatum; ex omnibus autem ſimul ſumptis componitur vnum integrum officium diuinum, iuxta Eccleſiaſticos canones quotidie recitandum, & ideo ſingulæ partes maiores, Horæ Canonicæ appellantur.

2 Vt autem prædictarum horarum diuiſio bene intelligatur, ſupponendum eſt primo; Diem interdum ſumi pro die naturali, interdum pro artificiali. Dies naturalis eſt ille, qui integra Solis circulatione perficitur, & continet 24. horas æquales. Dies vero artificialis, incipit ab ortu ſolis, & terminatur in occaſu, & continet 12. horas inæquales, totidem etiam continet inæquales nox artificialis, quæ incipit ab occaſu, & terminatur in ortu ſolis. Ratio huius inæqualitatis eſt, quia, cum dies artificialis per totum annũ in 12. horas ſit à veteribus diſtributus, & in totidem horas etiam nox artificialis; neceſſario ſequitur, vt in æſtate, Horæ diurnæ ſint longiores nocturnis, & contra in hyeme nocturnæ diurnis: & eiuſmodi horas tempore Chriſti fuiſſe in vſu Iudęis, teſtatur Euangelium, nam Ioannis 11. ver. 19. Dixit Ieſus, *nonne duodecim ſunt horæ diei?* Matthæi 20. 1. fit mentio Horæ Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, & Vndecimæ: Ioannis 5. verſ. 39. fit mentio horæ decimæ. Ioannis 5. verſ. 7. dicitur *Hora erat quaſi ſexta*, & ver. 52. Reſponderunt ſerui Regulo, *Heri hora ſeptima reliquit eum febris.* Dies naturalis complectitur noctem, cũ die artificiali; iuxta id Geneſis 1. ver. 5. *Factumque eſt veſpere, & mane dies vnus*, quia dies artificialis eſt quaſi dimidia pars diei naturalis.

3 Supponendum eſt ſecundo duodecim horas noctis artificia-

lis

lis olim diuidi ſolitas eſſe in quatuor partes æquales, inter ſe; inæquales vero in ſe, ideſt longiores, vel breuiores, iuxta noctiũ longitudinem, vel breuitatem; nam in æſtate erunt breuiores, in hyeme vero longiores, quæ partes Stationes, & Vigiliæ militares dicebantur, quarum quælibet tribus horis cõſtabat. Prima incipiebat ab occaſu ſolis, & terminabatur in horam tertiam, & dicebatur Conticinium; ſecunda incipiebat ab hora tertia, & terminabatur in horam ſextam, & dicebatur intempeſtum; tertia incipiebat ab hora ſexta, & terminabatur in nonam, & dicebatur Gallicinium; Quarta quæ propriè dicebatur Vigilia Matutina incipiebat ab hora nona, & terminabatur in duodecimam, ideſt, vſque ad ortum Solis, & dicebatur Antelucanum. Prædictarum Vigiliarum mentio fit in veteri Teſtamento; De prima vigilia Threnorum 2. ver. 19. *Lauda in nocte in principio Vigiliarum*. De tertia Iudicum 7. ver. 19. *Incipientibus vigilijs noctis mediæ*. De quarta Exodi 14. ver. 24. *Iamque aduenerat vigilia matutina*; & in teſtamento nouo fit earum expreſſa mentio Lucæ 2. ver. 8. *Paſtores erant in Regione eadem vigilantes, & cuſtodientes Vigilias noctis*. Sanctus Matthęus cap. 14. ver. 25. dicit de Chriſto. *Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper mare*, & Marci 6. verſ. 48. idem dicitur; & Chriſtus Dominus. Marci 13. ver. 35. dixit *Vigilate ergo; neſcitis enim quando Dominus domus veniat: ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane*: quod hic dixit, Sero, intelligit primam vigiliam noctis: quod hic dixit, Media nocte, an galli cantu, Lucæ 12. ver. 38. dixit *Si venerit in ſecunda Vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit*, & quod hic dixit, Mane, Sanctus Matthæus, & Sanctus Marcus dixerunt, Quarta vigilia noctis. harum vigiliarum meminit S. Hieronymus in epiſt. 139. ad Cyprianum columna 5. vbi ait *Nox in quatuor vigilias diuiditur, quæ ſingulæ trium horarum ſpatio ſupputantur*: & idem dicit in cap. 14. Matthæi; & Sanctus Aguſtinus ſermone 14. de verbis Domini ait *Quarta vigilia noctis, extrema pars noctis, uigilia vna tres horas habet, ac per hoc nox quatuor vigilias habet, ternis horis per ſingulas vigilias diſtributis*.

4 Prædictas vigilias fuiſſe à primitiua Eccleſia ſeruatas in recitandis Nocturnis diuini officij in Dominicis, & alijs feſtis, referunt antiqui Scriptores S. Iſidorus lib. 1. de officijs cap. 19. ait, *Siquidem, & in nocte ſtationes, & uigiliæ militares in quatuor partes diuiſæ, ternis horarum ſpatijs ſecernuntur; ut*

in ipſis nocturnis mundialibuſque officijs, Trinitatis myſterium ueneretur. Amalarius lib. 4. de Eccleſiaſtico officio cap. 9. fin. cum oſtendiſſet, qua hora ſurgendum ſit in nocturnali officio, ſubdit, *& hic habent finem tres ſtationes uigiliarum, quæ per ternas horas diuiſæ, exercitæ ſunt, & in quarta oriente iam Lucifero*. Hugo de S. Victore in lib. 2. de officijs Eccleſiaſticis cap. 9. ait *Pſalmi, & Lectiones, & Reſponſoria diebus feſtis, ſub tribus diſtinctionibus cantantur, quartam faciunt laudes Matutinæ, tres priores nocturni, ſiuè vigiliæ more Romano nuncupantur, ſiquidem nox in quatuor uigilias antiquo more diuiditur*, idem dicunt Gullielmus Durandus in Rationali diuinorum officiorum lib. 5. cap. 3. num. 3. & 5. Thomas Vualdenſis tom. 3. de Sacramentalibus tit. 3. de Horis Canonicis cap. 24. n. 2. & alij recenſiores.

5 Dico ſecundo, Diuinum officium, quatenus conſtat ex prædictis partibus minoribus, & maioribus, fuiſſe ab Eccleſia in *Nocturnum*, & Diurnum diſtributum, quia hæ ſunt præcipuæ partes, ex quibus conſtat. Hæc diſtributio expreſſe habetur in C. Dolentes, De Celebratione Miſſarum; ibi *Præcipientes in uirtute Obedientiæ, ut Diuinum officium Nocturnum pariter, et Diurnum, quantum eis Deus dederit, ſtudioſè celebrent*, & in Clementina 1. eodem tit. ibi *Celebretur Diuinum Diurnum, et Nocturnum officium*: cum vero in c. Placuit 12. d. et C. Conuenit de conſecratione diſt. 5. dicitur Matutinum, & Veſpertinum officium, non eſt ſermo de Nocturno, & Diurno officio, vt aliqui recentiores putarunt; ſed de laudibus, & veſperis, vt benè probat Radulphus Lungrenſis in lib. de Canonum obſeruantia, propoſitione 14. columna 2. Amalarius Fortunatus in lib. de ordine Antiphonarij cap. 1. in principio, & cap. 3. vocat Nocturnale, & Diurnale officium. Hęc partitio fundamentum habet in ſacris litteris, nam 1. Paralipomenon 9. ver. 33. Conſtituti ſunt cantores ex familia Leuitarum in domo Domini, vt die, ac nocte iugiter ſuo miniſterio deſeruirent, & cap. 23. ver. 30. ſic legimus *Leuitæ vero, vt ſtent mane ad confitendum, & canendum Domino ſimiliterque ad Veſperam*. Habemus exemplum Dauidis Prophetæ, qui in pluribus pſalmis loquitur de ſua nocturna, & diurna oratione; De nocturna pſ. 118. ver. 64. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*. De diurna, pſ. 5. verſ. 4. *Mane exaudies vocem meam, & mane aſtabo tibi*, pſ. 87. verſ. 14. *Mane oratio mea præueniet te*: & Chriſtus Dominus,

non

Digitized by Google

non ſolum media nocte orabat,ſed etiam tota nocte,vt referũt S.Matthæus cap.14.verſ.23.& S.Marcus cap.6.verſ.86.& vt dicit S.Lucas cap.6.verſ.12. *erat pernoctans in oratione Dei*:cuius exemplum imitati ſunt Apoſtoli,ipſorumque diſcipuli Act.16. verſ.25. *Media autem nocte Paulus , & Silas orantes laudabant Deum* ; Hæc autem ipſorum oratio erat vocalis, quam in ipſo etiam carcere fecerunt,nam ſubdit S.Lucas ; *& audiebant eos, qui in cuſtodia erant* . De oratione diurna Act.3. ver.1. *Petrus autem , & Ioannes aſcendebant in Templum ad horam orationis nonam*. Prædictorum exempla ſequuta Eccleſia,canit in Hymno nocturni feriæ quartæ . *Mentes manuſque tollimus,Propheta,ſicut noctibus,nobis gerendam præcipit Pauluſque geſtis cẽſuit* : Et hæc fuit perpetua Eccleſiæ conſuetudo in orationibus publicis à tempore Apoſtolorum, vſque ad noſtra tempora , vt aperte conſtat ex vetuſtiſſimis Patribus, & antiquis Scriptoribus de Diuinis Officijs,quos infra citabo,cum de antiqua Canonicarum horarum inſtitutione agemus.

6 Dico tertio Nocturnam Diuini Officij partem fuiſſe ab Eccleſia diuiſam in Nocturnos, ſeu Nocturnas vigilias,quæ nunc communiter Matutinum appellatur;& in vigiliam Matutinã, quæ nunc Laudes dicitur. Matutinum interdum vno nocturno duodecim pſalmorum , cũ tribus lectionibus, totidemque reſponſorijs concluditur , vt in omnibus ferijs : Interdum tribus nocturnis conſtat,& ſinguli Nocturni tribus pſalmis , tribuſq; lectionibus in omnibus diebus feſtis . In diebus Dominicis dicuntur tres nocturni,cum 18.pſalmis , ſcilicet in primo dicuntur 12.pſalmi,cum tribus lectionibus,in ſecundo tres pſalmi,cum tribus lectionibus,totidemque pſalmi, & lectiones dicuntur in tertio : excipiuntur Dominicæ Reſurrectionis , & Pentecoſtes,cum ſuis octauis , in quibus dicitur vnum ſolum nocturnum,cum tribus pſalmis , & tribus lectionibus. Et Gregorius VII. qui ſedit Anno Chriſti 1070. prædictum modum ſtatuit in generali Synodo iuxta antiquum morem Eccleſiæ Romanæ , & regulam Antiquorum Patrum, vt ipſemet teſtatur cap. In die. De conſecratione diſtinct. 5. Vbi ſic ſtatuit. *In die Reſurrectionis , vſq; in Sabbatum in albis , & in die Pentecoſtes vſque in Sabbatum eiuſdem , tres pſalmos tantum ad nocturnas , treſque lectiones antiquo more cantamus , & legimus : Omnibus diebus alijs per totũ annum , ſi feſtiuitas eſt,nouem pſalmos,& nouem lectiones dicimus;alijs vero diebus, duodecim pſal-*

 mos,

mos, & tres lectiones recitamus : in Dominicis diebus 18. pſalmos (excepto die Paſcha, & Pentecoſtes,) & nouem lectiones dicimus. Prædictum decretum refert Micrologus, qui florebat anno Chriſti 1077. in lib. de Eccleſiaſticis obſeruationibus cap. 54. fin. & Radulphus Tungrenſis lib. de Canonum obſeruantia propoſitione decima columna 2.

7 Prædictarum diuerſitatum pſalmorum, & lectionum in nocturno officio recitando, hæc poteſt in generali ratio aſſignari, quia oportuit pro diuerſitate ſolemnitatum aliquam variationem fieri, in particulari vero credibile eſt in ternario pſalmorum, & lectionum numero habitum fuiſſe reſpectum ad Sāctiſſimæ Trinitatis Myſterium, vel ad tres primas vigilias noctis: duodenarium autem pſalmorum numerum, vel propter eius vniuerſalitatem vt illo ſignificetur omnibus modis laudādum eſſe Deum, vel propter 12. horas noctis, vt per tale officiū totius noctis tempori ſatisfacere videamur; cum propter humanæ naturæ debilitatem non poſſimus totam noctem in diuinis laudibus conſumere; Prædictæ variationis plurimas rationes afferunt S. Iſidorus lib. 1. de officijs cap. 19. Amalarius lib. 4. de Eccleſiaſtico officio cap. 1. fin. Hugo de S. Victore lib. 2. de officijs Eccleſiaſticis cap. 9. Gullielmus Durandus in Rationali lib. 5. cap. 2. n. 37. & alij.

8 Laudes, quia olim in quarta vigilia noctis dicebantur, ideſt tempore matutino, etiam matutinum appellabantur, vt conſtat ex cap. Presbyter 19. d. vbi dicitur, *Presbyter mane matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ canendo Primam Tertiam, Sextam, Nonamque perſoluat*: & infra ex Regula S. Benedicti cap. 16. numerantur ſeptem horæ canonicę, & inter diurnas Matutinum, ideſt laudes matutinæ numerantur; ſic enim ibi dicitur; *Propheta dicente, Septies in die laudem dixi tibi qui ſeptenarius ſacratus numerus à nobis ſic impletur; ſi Matutinæ, Primæ Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Veſperæ, Completorijque tempore, noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus, nam de nocturnis vigilijs idem ipſe Propheta ait, Media nocte ſurgebam ad confitendū tibi*. Sed in dicto cap. 1. de celebratione Miſſarum, loco, Matutinæ, dicitur *Si matutini*, ex quibus verbis aperte conſtat nocturnos, ſeu nocturnas vigilias à matutinis laudibus, ita diſtingui, vt etiam tempore diſtincto olim fuerint recitatæ, & nunc etiam, ita poſſint, & ſoleant recitari. Ratio eſt, quia laudes matutinæ habēt proprium initium, ſicut reliquæ horæ, ſci-

licet,

Digitized by Google

licet,Deus in adiutorium meum intende;& proprium hymnũ, diuerſum ab hymno nocturnorum,& poſſunt nocturni,poſt Te Deum laudamus in feſtis, & Dominicis, vel poſt nonum reſponſorium in ferijs, & Domicis, in quibus non dicitur Te Deum laudamus,propria oratione concludi, ſicut olim fiebat, & nunc fit in nocte Natalis Domini.

9 Dices ſi nocturnæ vigiliæ tempore nocturno recitari debẽt, vt dictum eſt, cur nunc matutinum appellantur? Reſpondeo officium nocturnum duobus modis ſumi poſſe, primo per ſe, abſque laudibus,quatenus eſt quædam pars, per ſe DiuiniOfficij, diſtincta à reliquis partibus, & hoc modo non poteſt matutinum appellari,ſed dicitur officium nocturnum, ſeu nocturnæ; ſecundo modo ſumitur ſimul,cum laudibus,quatenus ex eo,& laudibus fit vna hora canonica, quæ vnica oratione concluditur,& hoc modo vere dicitur matutinum, non ratione ſui,ſed ratione totius horæ canonicæ, quæ, cum complementum accipiat tempore matutino, proprie matutinum appellatur, nam denominatio horarum canonicarum non ſumitur, niſi à poſtrema parte temporis, in qua abſoluuntur, vt patet in hora tertia,ſexta,& reliquis, vt bene probat Marcellus Francolinus Tractatu de tempore horarum canonicarum cap. 8.num.8.& cap.10.num.2. Cum igitur, iuxta antiquiſſimum Eccleſiæ Romanæ vſum, vt refert Amalarius in præfatione libri de ordine Antiphonarij;nocturni, cum laudibus matutinis iungantur,& in quarta vigilia,quę matutina dicitur, recitari ſoleant, merito nocturnum officium matutinum eſt appellatum; Nam licet apud multos Regulares recitentur laudes, poſt mediam noctem,immediate poſt nocturnos,& non matutino tempore, adhuc matutinum dicitur,ratione laudum,quæ matutino debent tempore recitari. Vnde Caſſianus lib.3.de inſtitutis Cœnobiorum cap. 4. teſtatur ſuo tempore. *Matutinam, quæ expletis nocturnis pſalmis, & orationibus,poſt modicum temporis interuallum ſolet in Galliæ Monaſterijs celebrari in ſuo Monaſterio,cum quotidianis vigilijs conſummari*: & hac ratione Hugo de S. Victore lib. 2. de officijs Eccleſiaſticis cap. 2. fin. docet Nocturnum officium non concludi oratione,ſicut reliqua omnia, quia ibi non eſt ſeparatio, ſed matutinum coniunctim,cum eo canitur,& cap.9.fin. loquens de nocturno, ait. *Hoc officium ſecundum vſum Monachorum,oratione, ſicut cætera terminatur, in quo primariam ſeruare videntur inſtitutionem*

nem

nem: *Noſtra autem conſuetudo humanæ infirmitati parcens, & labori; officio prædicto laudes matutinas continuat, & oratione vna duo claudit officia;* nunc etiam, iuxta Breuiarij Romani formam coniunguntur; imo nunc nocturni, quatenus à laudibus diſtinguuntur, vulgo matutinum appellantur, & ita ſumitur in Miſſali Pij V. à Clemente VIII. recognito in Rubricis generalibus, tit. Ritus ſeruandus in celebratione Miſſæ num. 1. vbi dicitur, *Sacerdos celebraturus Miſſam præuia confeſſione ſacramentali, quando opus eſt, & ſaltē matutino, cum laudibus abſoluto, & cætera,* & omnes fere ſcholaſtici, & Summiſtæ ita illud accipiũt, præſertim illi; qui quærunt, An liceat Sacerdoti Miſſam celebrare, non recitato matutino, cum laudibus.

10 Dico quarto diurnam officij diuini partem in ſeptem horas diei artificialis fuiſſe ab Eccleſia diſtributam; hæc partitio aperte conſtat ex cap. Presbyter 91. D. & cap. 4. de celebratione Miſſarum, in quibus ſeptem canonicæ horæ officij diurni numerantur, iuxta id Pſ. 118. uer. 164. *Septies in die laudem dixi tibi; ſcilicet Matutinum, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ Completorium;* vbi Matutinum proprie, & ſtrictè ſumitur, pro laudibus matutinis, vt à nocturnis diſtinguuntur, ſicut ſupra dictum eſt: Ex prædictis horis tres ſunt celebriores, ſcilicet Tertia, Sexta, & Nona, nam ſub his nominibus notatæ sũt in ſacris litteris, tamquam horæ orationis. Hora tertia Apoſtoli orantes acceperunt Spiritum ſanctum, vt S. Petrus teſtatus eſt Act. 2. verſ. 16. dicens *Cum ſit hora diei tertia;* act. 10. verſ. 9. Aſcendit Petrus in ſuperiora, vt oraret, circa horam ſextam; & act. 10. verſ. 9. *Aſcendit Petrus in ſuperiora vt oraret circa horam ſextam.* & Act. 3. ver. 1. *Petrus autem, & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam*: de his tribus horis exponunt Sancti, id Danielis 6. verſ. 10. *Tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebatur coram Deo ſuo;* ita S. Cyprianus in ſermone de oratione Dominica prope finem, vbi ait, *In orationibus vero celebrandis inuenimus obſeruaſſe, cum Daniele tres pueros in fide fortes, & in captiuitate victores; Horam tertiam, ſextam, nonam.* S. Hieronymus in commentario capitis ſexti Danielis, ait, *Tria autem ſunt tempora, quibus Deo flectenda ſunt genua, tertiam horam, ſextam, & nonam Eccleſiaſtica traditio intelligit.* Amalarius Fortunatus lib. 4. de Eccleſiaſtico officio cap. 3. ait *Tres horæ diei nobis initiatæ ſunt ad orãdum Deum à Daniele Propheta,* & Chriſtus Dominus in his tribus

horis

Digitized by Google

horis redemptionem noſtram compleuit; Nam hora tertia crucifixus fuit Marci 15.verſ.25.Hora ſexta tenebræ factæ ſũt, Matthæi 27.verſ.45.& Marci 15.verſ.33. & hora nona expirauit Matthæi 27.verſ.46.& Marci 15.verſ.34.Hora etiam Matutina,& Veſpertina in ſacris litteris nominantur, tanquam orationi deſtinatæ.De Matutina pſ.87. verſ. 14. *Mane oratio mea præueniet te.* De Veſpertina pſ. 140. verſ.2. *Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum*. De vtraque pſ. 54. verſ. 18. *Veſpere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam;* Et quamuis hora prima,& Completorium,non videantur,tam antiquæ, ſicut reliquæ, nam Radulphus in lib. de Canonum obſeruantia propoſitione 14. in principio, ait *Quia multorum Epiſcoporum ſtatutum erat, vt clerus, & populus mane, & ſero preces, & orationes Deo funderent,cum Pater noſter,& Symbolo,ideo ad hoc introductæ ſunt duæ aliæ horæ,Prima, & Completa,vtraque cum precibus oratione Dominica, & ſymbolo*: tamen antiquiſſimæ ſunt;nam de hora prima ſcribit Caſſianus lib.de inſtitutis Cœnobiorum cap.4. vbi refert ipſam ſuo tempore fuiſſe inſtitutam, & tamen Caſſianus viuebat anno Chriſti 440. Completorij vero expreſse meminit S. Baſilius in lib.de Regulis fuſius diſputatis cap.37. prope finem.vbi ait, *Tum autem primis ſe iam noctis intendentibus tenebris, ſequetur petito,ut quies quam ſumus capturi ab omni perturbatione,ac vitio libera ſit,qua hora etiam neceſſario nonageſimus recitari pſalmus debet*:& nunc etiam,iuxta Breuiarium Romanum idem ſeruatur,nam in Completorio recitatur pſalmus; Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, qui eſt 90. & tamen S. Baſilius florebat anno Chriſti 370.

11 Dices Veſperæ pertinent ad tempus nocturnum, ergo non poteſt eſſe pars officij Diurni: antecedens probatur ex S. Auguſtino in pſalmum 29.enarratione 2.in id, *Veſpere demorabitur fletus*,vbi ait,*Veſpera fit, quando ſol occidit*, & S.Iſidorus lib. 6.etymologiarum cap.19.initio ait. *Veſpertinum officium eſt in noctis initio, vocatum à ſtella Veſpere, quæ ſurgit oriente nocte*: Prædictorum Doctorum dictis innixus Amalarius lib.4.de Eccleſiaſtico officio cap.7.in principio, dixit Veſpertinum officium ad noctem pertinere,ſic enim ait,*Ex etymologia Veſpertini nominis addiſcere poſſumus Veſpertinum officium ad noctem pertinere*,& id probat ex Iſidoro, & Auguſtino: idem videtur ſentire Hugo de S.Victore lib.2.de officijs Eccleſiaſticis cap.5.

vbi

Digitized by Google

vbi ait. *In noctis initio, ſole videlicet occidente Veſpertinum Deo offerimus ſacrificium*, & citat prædicta verba Iſidori, & Auguſtini.

12 Communis tamen Doctorum ſententia affirmat, Veſpertinum Officium ad diem pertinere; nam legitimum ipſius tempus eſt hora duodecima, quæ diem artificialem claudit, non quidem exacta, & completa, ſed labens, & hoc ſignificat Sanctus Baſilius in lib. de regulis fuſius diſputatis cap. 37. prope finem dicens, *Completo vero iam die, Veſperas celebrandas*, & S. Cyprianus ſermone de Oratione Dominica, prope finem, vbi cum egiſſet dè alijs horis Canonicis, & dixiſſet de hora matutina; *Mane orãdum eſt*, ſubdit de hora Veſpertina, *Recedente itẽ ſole, ac die ceſſante, neceſſario rurſus orandum eſt*, & expreſſius S. Athanaſius in lib. de Virginitate, vbi poſt officium Tertiæ, Sextæ, & Nonæ, affirmat officium plenius, & maius hora duodecima eſſe celebrandum; S. Benedictus, qui florebat anno Chriſti 524. & obijt anno 543. in ſua Regula cap. 16. numerat officiũ veſpertinum, inter ſeptem horas diei, dicẽs: *His horis referamus laudes Creatori noſtro Matutinis, Prima, Tertia, Sexta Nona, Veſpere, & Completorio*, & ijſdem fere verbis numerantur in cap. Presbyter 91. d. & cap. 1. de celebratione Miſſarum; quod vero S. Benedictus loquatur de horis diei artificialis, patet ex verbis ſequentibus, nam ſtatim ſubdit, *& nocte ſurgamus ad confitendum ei*. Quod ſi officium veſpertinum pertineret ad noctẽ, non eſſent ſeptem horæ Canonicæ diei, ſed tantum quinque, nam etiam Completorium, quod recitari debet, poſt veſpertinum pertineret ad noctem. Quare idem Amalarius in lib. de ordine Antiphonarij cap. 6. poſt medium, ait *Nos vero ſæpiſſime ſolemus Veſpertinale officium celebrare, ante ſolis occubitum*, & infra addit. Oportet Veſpertinum officium computare ad partem diei, & poſt pauca, ait *Officium primum diei inchoamus ab ortu ſolis, Veſpertinalem ſynaxin agimus, circa duodecimam horam*, quæ hora eſt, circa finem diei; quod vero ſupra in prima ſententia adduximus ex etymologia nominis, Veſperi, non eſt contra hoc, nam vere ſole occidente, & heſpero oriente, eſt finis diei, ſed non eſt nox, nam terminus lucis, qui eſt principium noctis, non eſt occaſus ſolis, ſed finis crepuſculi, & ita etiam intelligitur S. Auguſtinus loco ſupra citato, quia vere veſpera fit, quando ſol occidit, ſed tunc non eſt nox, ſed finis diei: & hoc ſignificauit Rabanus in lib. de Inſtitutione clericorum

rum

Digitized by Google

rum cap.7.vbi dixit *Veſpertinum officium in fine diei ſole occidente celebrandum eſſe*, & paulo poſt adiungit *Veſperam dici à ſydere, quod ſole occidente exoritur.*

13 Quares An Hora Prima, & Completorium pertineant potius ad officium Nocturnum, quam Diurnum: Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Primata ſſirma has horas in officio nocturno contineri; ducitur, quia in cap. 5. de celebratione Miſſarum dicitur in plurali numero de Nocturnis vigilijs; nam ex horis ibi numeratis, quatuor ſunt nocturnæ ſcilicet Nocturni, Matutinum, ideſt laudes matutinæ, Hora Prima, & Completorium; quatuor vero diurnæ, ſcilicet, Tertia, Sexta, Nona, & Veſperiæ. Hanc ſententiam quoad Completorium expreſſe docuit Amalarius lib.4. de Eccleſiaſtico officio cap.7. in principio, vbi ait *Opinionem eſſe cognoſcimus Sanctæ Eccleſiæ, iuxta ſententiam Bedæ, ſe quatuor officio celebrare in die, & quatuor in nocte*, & infra ait; *Noſtras quatuor Vigilias in nocte ſolemus vocitare, Veſpertinum, Completorium, Nocturnum, & Matutinum.* & lib. De Ordine Antiphonarij cap. 7. in principio, ait *remanet Octauum, quod vocatur completorium, iſtud officium ad noctem pertinet, ſed propter effectum ſui nominis in fine cæterorum officiorum ponitur*: Hanc ſententiam, quoad horam primam, & Completorium docet Ioannes Andreas, quem refert, & ſequitur Panormitanus in dicto cap.1. de celebratione Miſſarum nu.3.fin. Hoſtienſis ibi; Archidiaconus in cap. Preſbyter:91.d. Roſella verbo Horæ Canonicæ §.15.

14 Secunda ſententia communis, & vera docet, Horam Primã, & Completorium ad officium diurnum omnino pertinere, quia in die, & non in nocte recitari conſueuerunt, vt conſtat ex ipſarum hymnis; nam in Prima dicitur iam lucis orto ſydere; in Completorio vero Te lucis, ante terminum: nec prima ſententia vllũ habet in Iure fundamentum, nam in l. Preſbyter:91. d. & in cap. 1. de celebratione Miſſarum hæ prædictæ horæ expreſſe numerantur, inter ſeptem horas diurnas, quod vero ibi dicitur in plurali numero de nocturnis vigilijs intelligitur de Matutino, in quo diebus Dominicis, & feſtis dicuntur tres nocturni, qui nocturnæ vigiliæ nuncupantur, & de laudibus matutinis, quæ ad quartam noctis vigiliam pertinent; Hanc ſecundam ſententiam docet Marcellns Francolinus in Tractatu de tempore horarum Canonicarum cap.15.num. 14. & cap.16. vbi bene confutat primam ſententiam, cum ſequuntur

Digitized by Google

tur Cardinalis Bellarminus Tom.4. Controuerſiarum lib. 1. de Bonis operibus in particulari cap. 11. verſ. Officium Primæ P. Ioannes Azorius part. 1. Inſtitutionum moralium lib. 10. cap. 1. quæſt. 5. P. Suarius Tom. 2. de Religione lib. 4. de Horis Canonicis cap. 4. num. 1.

DVBIVM III.

Quot ſint Horæ Canonicæ.

1 RESpondeo circa numerum Horarum Canonicarum duas eſſe ſententias; prima affirmat Horas Canonicas eſſe octo ſecundum ſuam antiquam, & primariam inſtitutionem. Ratio eſt, quia Vigiliæ Nocturnæ, quæ nunc communiter Matutinum appellantur, conſtituunt vnam integram horam, diſtinctam à laudibus: nam tam ipſæ, quam laudes habent proprium initium, quale habent omnes aliæ horæ diſtinctæ; nimirum; Deus adiutorium meum intende; habent etiam proprios hymnos diſtinctos, & laudes, habent etiam propriam lectionẽ breuem, quam Capitulum vocant, & reliqua omnia, quæ ad integram horam diſtinctam conſtituendam requiruntur; Ergo eſt ſufficiens ratio diſtinguendi nocturnos à laudibus, præſertim ſecundum antiquam conſuetudinem, qua Nocturni diſtincto tempore recitabantur, & ſeparabantur à laudibus, & propria oratione concludebantur, ſicut nunc fit in nocte Natalis Domini, & ideo in cap. Presbyter 91. d. qui Canon ſumptus eſt ex Regula S. Benedicti cap. 16. vt ibidem notatur, verba illa pſ. 118. *ſepties in die laudem dixi tibi*; exponuntur de die artificiali, & impleri dicuntur in Eccleſia per ſeptem horas Canonicas Diurnas, quæ ibi enumerantur à Laudibus, vſque ad cõpletorium, & diſtinguntur à Vigilijs nocturnis; Sic enim ibi dicitur, *Qui ſeptenarius Sacratus numerus à nobis, ſic implebitur, ſi Matutinæ, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Veſperæ, Completorijque tempore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus, quia de his dixit Propheta, Septies in die laudem dixi tibi; nam de Nocturnis Vigilijs idem ipſe Propheta ait, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*; & iiſdem fere verbis idem dicitur in cap. 1. de celebratione Miſſarum, ex quibus iuribus aperte conſtat, quod præter ſeptem horas Canonicas diurnas, numerantur nocturnæ vigiliæ, tamquam hora diſtincta à lahdibus, quæ ibi vocan-

tur

Digitized by

tur] Matutinum, ideſt laudes Matutinæ, vt ſupra probatum eſt. & hac de cauſa omnes antiqui Scriptores Eccleſiaſticorum Officiorum ſeptem horis Canonicis diurnis, addunt nocturnas vigilias, vel nocturnale officium; ita Rabanus lib. 2. de Inſtitutione Clericorum cap. 3. Amalarius Fortunatus lib. 4. de Eccleſiaſtico officio cap. 7. in principio, ait *Opinionem eſſe cognoſcimus Sanctæ Eccleſiæ, ſe quatuor officia celebrare in die, & quatuor in nocte*, & lib. de ordine Antiphonarij cap. 7. dicit ſeptem officijs commemoratis *remanet octauum; quod vocatur cõpletorium*, Rupertus Abbas lib. 1. de diuinis officijs cap. 9. ait *Cum autem exceptis nocturnis vigilijs, hæ ſeptem ſint horæ diei, Matutini Prima, Tertia, Sexta, Veſpera Completorium.* Hugo de S. Victore in ſpeculo Eccleſiæ cap. 3. dicit *Octo igitur horas Sancti Patres præcæteris ad laudandum Deum elegerunt, Media ſcilicet nocte, dilucolum, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſperas, Completorium*, & lib. 2. de Officijs Eccleſiaſticis cap. 1. enumerat octo horas, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſperas, Completorium, & nocte Matutinum, & ſubdit, *his adiungũtur laudes matutinæ, quæ tamen inter horas diurnas computantur*. Radulphus Tungrenſis lib. de Canonum obſeruantia propoſitione 14. in principio, ait *Octo ſunt Canonicæ horæ, ſcilicet Vigiliæ Nocturnæ, & ſeptem diurnæ*. Gulielmus Durandus in Rationali diuinorum officiorum lib. 5. cap. 3. agit de nocturnis in cap. 4. de Matutinis laudibus, in reliquis capitibus, vſque ad decimum de ſex alijs horis Ioannes Beleth, in explicatione diuinorum officiorum cap. 20. agit de officio nocturno, in cap. 27. de diurno, quod in ſeptem diuidit horas. Hanc ſententiam ſequuti ſunt Archidiaconus in cap. Presbyter 91. d. S. Antoninus part. 2. tit. 9. cap. 12. §. 1. & part. 3. tit. 13. cap. 4. in principio, Gloſſa pragmat. tit. qualiter horæ, verb. Officiorum, Nauarrus cap. 3. de Oratione num. 27. & 28. & cap. 21. num. 5. verſ. ſecundo qui, Emanuel Rodriquez part. 1. ſummæ cap. 141. nu. 1. Cardinalis Bellarminus tom. 4. controuerſiarum lib. 1. de bonis operibus in particulari cap. 13. verſ. ſecunda ratio, Ludouicus Miranda tom. 1. Manualis Prælatorum Regularium quæſt. 97. art. 2. concluſ. vnica, Hanc ſententiam putat probabilem P. Sanchez tom. 2. Conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dubio 1. num. 4. concluſ. 1.

2 Secunda ſententia docet ſeptem tantum eſſe horas Canoni-

Digitized by Google

tas,ac proinde nec laudes à Nocturnis, tamquam diſtinctam horam ſeparandas,ſed ex vtriſque vnam integram horam conſtitui. Ratio eſt,quia horæ canonicæ non poſſunt eſſe plures illis,quæ à Romana Eccleſia ſunt inſtitutæ, ſed ab Eccleſia ſeptẽ tantum ſunt inſtitutæ, ergo non ſunt plures, Maior eſt nota, Minor probatur, quia inſtitutio horarum Canonicarum in Breuiario Romano continetur, ſed in illo ſeptem tantum continentur,vt patet ex Breuiario Concilij Tridentini,& Pij V. iuſſu edito,& Clementis VIII. & Pauli V. recognito, in quo præter ſex horas,ſcilicet Primam,Tertiam,Sextam,Nonam Veſperam,& Completorium, ponitur Matutinum ex Nocturnis, & laudibus conſtans,tamquam vna hora;nam,poſt nocturnos nõ ponitur oratio ſeu collecta, ſed immediate ſequuntur laudes, & nunc hic eſt communis Eccleſiæ vſus;confirmatur,quia de his rebus moralibus loqui debemus,iuxta communem,& vſitatum morem; ſed nunc tota Eccleſia ſeptem vocat horas canonicas, & nocturnas vigilias ſimul, cum laudibus,Matutinum appellat: & hic modus loquendi nunc eſt in Iure magis vſitatus,vt patet ex Clementina vnica de Reliquijs, & Veneratione Sanctorum prope finem, in qua ſolum ſeptem horæ canonicæ numerantur,inter quas nocturni,cum laudibus inſeruntur,qui ibi Matutinale officium appellantur. Hanc ſententiam ſequitur Gloſſa in cap. 1. de Celebratione Miſſarum,& ibi omnes fere Canonici iuris interpretes, Innocentius, Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Antonius Butrius, Ancharanus, Panormitanus, Imola, Cardinalis Zabarella ibi,& in Clementina 1. eodem tit Summiſtæ verbo horæ; Ita Angelus, Sylueſter, Tabiena, Armilla num. 1. Caietanus §. 2. Roſella num. 13. Aſtenſis in ſumma lib. 6. tit. 1. art. 6. Nicolaus de Ploue in tractatu Sacerdotali cap. de horis Canonicis quæſt. 15. Dominicus Sotus lib. 10. de Iuſtitia quæſtione 5. art. 1. concluſ. 5. Petrus de Aragonia 22. quæſt. 83. art. 12. dubio 1. concluſ. 4. Iacobus à Graffijs parte 1. deciſionum lib. 2. cap. 50. num. 3. Marcellus Francolinus Tractatu de tempore horarum Cano. cap. 6. num. 8. & 21. Garzia tom. 1. de beneficijs parte 3. cap. 1. nu. 224. Bonacina tractatu de horis Canon. diſput. 1. quæſt. 1. puncto 3. num. 3. Cardinalis Toletus in ſumma lib. 2. cap. 11. num. 1. P. Gregorius de Valentia tom. 3. diſput. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. quid ſit recitandum, P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis Canon. cap. 6. n. 11. in fin. P. Sanchez tom. 2. Conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 1. nu.
4. con-

4:concluſ. 1. P. Paulus Layman tom. 2.lib.4. tract.1.cap.2.5. Communiter P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.3.quæſt. 8. dicto 2.num.107.

3 Pro ſolutione huius difficultatis, explicandum eſt, quid requiratur ad vnitatem horæ Canonicæ, ita vt vere dici poſſit vna, & quid ad pluralitem earum, inter ſe, ita vt plures dici poſſint; Circa quod mihi videtur dicendum ad vnitatem horæ Canonicæ, non ſatis eſſe, ſi tempore continuo, ſeu contiguo recitentur, nec ad pluralitatem, ſi partes ipſius, non ſimul, ſed poſt longam temporis moram diuiſæ dicantur:nam hora prima;Tertia,Sexta,& Nona ſolent ſimul recitari:non tamen ſunt vna hora,ſed quatuor;Veſperæ,& Completorium,tam in choro,quam extra frequentiſſime tempore contiguo recitantur,non tamen ſunt vna hora; & contra quamuis pſalmi vnius horæ,non ſimul, ſed interpoſita temporis mora recitentur, non tamen ſunt plures horæ: quare in his philoſophandum eſt, ſicut in rebus naturalibus, in quibus illa res,ſeu quantitas eſt vna,quæ proprijs terminis clauditur; ita etiam illa hora Canonica dicenda eſt vna,quæ proprium principium,& finem habet,ſicut reliquæ horę. Cum igitur Nocturni proprium principium habeant, nimirum, Deus in adiutorium meum intende; & proprium finem, cum oratione concluduntur; & Laudes Matutinæ, cum à nocturnis ſeparantur, eodem modo habeant proprium principium, & finem, ſine dubio dicendum eſt Nocturnos,horam eſſe diſtinctam à laudibus, ac proinde cum alijs conſtituere octo horas Canonicas: Cum verò ſimul,cum laudibus coniunguntur,& vna tantum oratione concluduntur, vnam tantum eſſe horam, ac proinde, cum alijs ſeptenarium numerum non excedere. In hoc conſentiunt P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis cap. 6.num.11.& P.Filliucius tom.2.tract. 23. cap.3. quæſt.9.num. 110.& 111.

4 Reſpondent aliqui ad dubium propoſitum, cum diſtinctione;ſi enim loquamur de vſu antiquo,quando in Eccleſijs multarum Prouinciarum,præſertim in Conuentibus Monachorũ; Nocturni diſtinguebatur à laudibus matutinis, quæ poſtea mane,diſtincto tempore,tamquam hora diſtincta recitabãtur, & propria oratione terminabantur; certum eſſe Horas Canonicas octo fuiſſe, vt bene probauit prima ſententia, nimirum ſeptem diurnas, & vnam nocturnam; ſi vero loquamur

de

de iiſdem horis, vt nunc, iuxta communem, & receptum Eccleſiæ vſum recitantur, nimirum laudes matutinæ, ſimul cum vigilijs nocturnis, certum etiam eſſe horas canonicas tantum eſſe ſeptem, vt bene docet ſecunda ſententia; huic ſententiæ ex antiquis fauet Hugo de S. Victore lib. 2. de officijs eccleſiaſticis cap. 2. fin. vbi ait *Omne officium, præter Nocturnum oratione concluditur; in nocturno autem non ita fit, quia ibi non eſt ſeparatio, ſed matutinum coniunctim cum eo canitur*, & cap. 9. fin. loquens de nocturnis vigilijs ait, *Hoc officium, ſecundum vſum Monachorum oratione, ſicut cætera terminatur, in quo primariam ſeruare videntur inſtitutionem: Noſtra autem conſuetudo humana infirmitati parcens, & labori, officio prædicto laudes matutinas continuat, & oratione vna, duo claudit officia*, prædictam diſtinctionem ſequitur Turrecremata tractatu 73. in Regulam Sancti Benedicti, & in cap. Presbyter: 91. d. quæſt. 1. concluſ. 2. Ioannes Stefanus Duran. lib. 3. de Iuribus eccleſiæ catholicæ cap. 3. nu. 4. P. Ioannes Azorius tom. 1. inſtit mor. lib. 10. cap. 1. quæſt. 2. fin. eandem diſtinctionem ſequitur Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum Canonicarum cap. 6. num. 15. ſed diuerſo modo illam explicat, ait enim apud Monachos octo eſſe horas canonicas, quia ſeparant nocturnos à laudibus, & tãquam horam diſtinctum propria oratione concludunt; & laudes faciunt, quaſi propriam horam matutinam, inchoantes eas, quando ſtella matutina oriri ſolet; ſed iuxta Eccleſiæ Romanæ morem horas canonicas eſſe ſeptem, quia non ſeparat nocturnos à laudibus.

5 Sed prædictæ diſtinctioni obſtare videtur cap. 1. de celebratione miſſarum, in quo octo numerantur horæ canonicæ, & tamen ille Canon editus eſt, iuxta inſtitutionem Eccleſiæ Romanæ,, & iuxta conſuetudinem, quæ nunc communiter ſeruatur; nam tempore Gregorij IX. authoris Decretalium eadem conſuetudo, quoad hoc ſeruabatur in Eccleſia Romana; nam ipſe ſedit anno Chriſti 1227. & hæc conſuetudo erat in Eccleſia, ante Amalarium, qui florebat anno Chriſti 830. vt ipſe teſtatur in prologo libri de ordine antiphonarij. Reſpondet Panorm. ibi notabili primo illa verba ſepties in die, & c. ſumi pro die naturali 24 horarum, & quod poſtea dicit de nocturnis vigilijs, voluit ſpecialiter diuidere ipſas horas, inter diem artificialem, & noctem; non autem voluit denotare, quod eſſent vigiliæ nocturnæ præter ſeptem horas numeratas in textu. Sed

hæc

hæc reſponſio non placet recentioribus, quia verba prædicti Canonis ſumpta ſunt ex Regula Monachorum S. Benedicti cap.16.vt expreſſe dicitur in C.Preſbiter 91.diſt. ſed iuxta inſtitutum Monachorum horæ canonicæ ſunt octo, & Matutinum ſolas laudes ſignificat, & non horam conſtantem ex illis, & nocturnis vigilijs, ſicut fuit primæua impoſitio illius vocis. Ergo in illo Canone vere octo horæ canonicæ numerantur, ſcilicet ſeptem diurnæ,& vna nocturna; quare alij reſpondent Pontificem ibi vſurpando verba Regulę Monacorum, iuxta eorum morem fuiſſe loquatum,non tamen propterea voluiſſe nocturnas vigilias,tanquam horam diſtinctam ponere, ſed ſolum voluiſſe docere eſſe recitandas, ſiue ſint hora diſtincta à laudibus,ſiue non;ita P.Suar.tom.2.de Religione lib.4. de horis canonicis c.6.nu.8.fin.

6 Obijcies ſaltem in nocte Natiuitatis Domini octo Horas Canonicas à Romana eccleſia decantari. Reſpondet Cardinalis Bellar.tom.4. controuerſiarum lib. 1. de bonis operibus in particulari cap.11.ver.atque hæc. Romanam Eccleſiam in nocte Natalis Domini Nocturnos à Laudibus ſeiungere, *quoniã vetere inſtituto Miſſa illa, circa medirm noctem celebrari debet, & nimium prauerteretur tempus Laudum, quæ matutino tempo- celebrari debent,ſi ante mediam noctem canerentur.* Quare quod ſemel fit neceſſitate vngente, non eſt ſumendum pro Regula.

7 Dices prædictam reſponſionem non ſoluere difficultatem nam in triduo, ante Paſcha Eccleſia ipſa Romana publice Nocturnum officium, & laudes ad Veſperam canere ſolet;ergo non ſemper expectat tempus matutinum ad laudes canendas: Reſpondet idem Cardinalis Bellar. loco citato *Ratione Miſterij, & data opera id fieri; ideo enim tribus illis diebus officium matutinum ſole occidente celebratur; & in tenebras deſinit, vnde,& nomen accepit, vt repreſentetur occaſus ſolis iuſtitiæ, & vt ſignificentur tenebræ Gentis Iudaicæ, quæ Dominum abnegauerat,& crucifixerat; quod idem extinctio candelarum, & alia ſigna mæſtitiæ, quæ in officio illo exhibentur, oſtendunt,de quibus diffusè Amalarius lib.4. de Eccleſiaſtico officio cap.21.& 22.Rupertus Abb.lib.5.de diuinis cap.24.& ſequentibus.*

8 In hac controuerſi mihi dicendum videtur, quamuis nunc, iuxta communem vſum,& Breuiarij Romani formam, in quo Laudes Matutinæ, cum nocturnis iunguntur, verè affirmari poſſit ſeptem tantum eſſe horas Canonicas, ſimpliciter tamen,

&

& abſolute abſtrahendo ab vſu præſenti, & antiquo, à Monacali, & Clericali; ſi ſecundum ſe cõſiderentur iuxta propriam, antiquam inſtitutionem, vere, & proprie eſſe octo; nam omnes inter ſe habent ſufficientem diſtinctionem, & vnaquæque per ſe habet quidquid ad rationem integræ horæ eſt neceſſarium, & ideo puto ſuperfluam eſſe prædictam diſtinctionem vſus antiqui, & moderni; & ratio à priori eſt, quia id, quod eſt per accidens non poteſt mutare propriam rei naturam, & id, quod eſt per ſe; ſed per accidens eſt, quod nunc Nocturni nulla oratione claudantur, ſed poſt ipſos immediatè laudes matutinæ canantur; per ſe vero eſt iuxta antiquam inſtitutionem, & propriam rationem Nocturnorum, vt in vigilijs Nocturnis recitentur, & proprio fine, ſeu termino, oratione videlicet claudãtur: Laudes verò manè, tamquam hora diſtincta canentur, ergo ſemper poteſt antiqua inſtitutio retineri, & quicunque voluerit, ea vti poterit, & per conſequens hæ duæ horæ, ſecundum ſe diſtinctę ſunt, & octonarium canonicarum horarum numerum conſtituunt, licet nunc per accidentalem vſum per modum vnius recitentur.

. Dices ergo etiam nunc tam in choro, quam extra chorum poſſunt Nocturni à laudibus ſeparari. Reſpondeo in choro ſeruandam eſſe conſuetudinem vnius cuiuſque eccleſiæ; extra chorum vero id, omnibus licere. tum quia ſecundum primæuam inſtitutionem omnibus, tam Monachis, quam Clericis licitum fuit Nocturnos à laudibus ſeparare, tam in Choro, quã extra chorum, cum non conſtet de contrario præcepto, aut vniuerſali conſuetudine; tum etiam, quia nunc communis conſuetudo præſertim, extra chorum prædicta officia diuidit, vt notauit Nauar. cap. 3. de oratione dicto 19. num. 62. vbi ait *licere iuſta de cauſa recitare Matutinas, vſque ad laudes de nocte, & differre laudes ad tempus Matutinum, vt etiam nunc à nonnullis Religioſis fieri videmus, quod approbat doctiſſimus ille Canoniſta Guimies in Gloſſ. pragm. tit. qualiter horæ, verbo officium,* & in eodem capite 3. num. 28. ait Nauarr. *longe magis recedere à dicendis horis debito tempore illos, qui ob occupationes ſerò officium Nocturnum, & laudes diei ſequentis ſimul recitant, vel canunt, quam qui tantum officium Nocturnum ſerò, & laudes mane: ſiquidem laudes, quæ faciunt horam matutinam, longe ante horam eis propiam, dicunt*; & poſt pauca ait, *frequenter ſoleo ipſe dicere Nocturnos tantum ſerò, hora eis fere propria, circa mediã noctem,*

Digitized by Google

noctem, & laudes hora etiam illis fere propria ſua, circa Aurorã, & num. 56. dicto 17. addit *conſultius eſſe, tam ad animæ ſalutem conſequendam, quam ad maiori cum deuotione, animique conſolatione orationi vacandum, recitare Matutinum prima parte noctis vſque ad laudes, & cum primum ſurrexeris Laudes, & Primam*. idem docet Marcellus Francolinus trac. de horis Canonicis cap. 27. à num. 1. vſque ad octauum, & num. 18. probat ſeparari poſſe Nocturnos à laudibus *ex more dicendi quolibet veſpere vnum nocturnum per defunctis, abſque laudibus, quem, inquit, & Romæ in eccleſia Vaticana S. Petri ſeruari videmus, & alibi etiam generaliter ſeruari aſſerit Radulphus de Riuo in lib. de Canonum obſeruantia propoſitione 20. in principio, vbi ait generalis plurium vſus eſt, vt Veſpera, & Vigiliæ defunctorum dicantur die præcedenti, & laudes die ſequenti poſt Matutinas*, Cardinalis Bellar. tom. 4, contro. lib. 1. de bonis operibus in particulari cap. 11. verſ. atque hæc eſt; dicit, *minus abſurdum eſſe Nocturnos à laudibus ſeparare, quam totum illud officium, ante mediam noctem perſoluere*, Cardinalis Tol. in lib. 2. cap. 13. num. 4. verſ. hoc tamen obſeruationum, ſic ait: *poſſunt autem ſeparari Laudes à Matutino, vt dicatur nocte Matutinũ, & iam incipiente die Laudes*. Pater Suar. tom. 2. de Religione lib. 4. de horis canonicis cap. 6. num. 9. fin. ſic ait: *nullus doctus, & timoratus de hac diuiſione, ac ſeparatione laudum à nocturnis ſcrupulum format*, & probat, quia *cum hæc ſit primæua inſtitutio reductio ad illam per ſe loquendo bona eſt, cum nulla ſit aperta prohibitio, in contrarium* P. Azor. p. 1. lib. 10. cap. 8. qu. 4. ait Nocturnos diuidi poſſe à laudibus ob quamlibet honeſtam cauſam, *P.* Thomas Sanch. tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 20. concl. 1. ait licitum eſſe, etiam, abſque cauſa eos diuidere, eamdem ſententiam docet P. Henriq. lib. 9. de Miſſa cap. 24 nu. 7. Commento littera K. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubitatione 12. num. 79. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſec. 4. num. 164. verſ. de quibus, P. Layman. tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 2. §. officiũ, P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 7. qu. 7. num. 238. Rodriguez pa 1. ſum. cap. 142. concl. 5. Vega to. 1. cap. 28. caſu 26. Macignus cap. 48. num. 25. & 30. Molfeſius tract. 5. cap. 2. num. 29. Nicolaus Garzia tom 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. nu. 225. Bonac, tom. 1. tract. de officio diſp. 1. qu. 3. puncto 3. nu. 11.

10 Quæres, An ſit peccatum ſine cauſa diuidere Laudes à Nocturnis, Reſpondeo, circa hoc dubium eſſe duas ſententias.

Digitized by Google

Prima docet eſſe peccatum veniale;ita P. Azor. tom.1.lib.10. cap.8. quæſt.4. quem ſequitur Victorellus in additionibus ad ſummam Toleti lib. 2. cap. 13. num.4.verſ. poſſunt etiam ſeparari.

Secunda ſententia docet nullum eſſe peccatum, etiam ſi abſque vlla cauſa fiat. ratio eſt, quia in primitiua eccleſia Matutinum canebatur in tribus vigilijs noctis, & in quarta vigilia laudes,ergo nunc idem etiam fieri poteſt ſine vlla cauſa. ita ſupponunt omnes Doctores ſupra num. 9. citati, & expreſſe docet P.Sanch.tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub. 20.concluſione 1.& hæc ſententia eſt probabilior.

11 Dices ergo eadem ratione vnicuique licitum erit Nocturnos diuidere,abſque vlla cauſa,quia olim in tribus noctis vigilijs recitabantur. Reſpondeo, & dico primo in choro ſeruandam eſſe conſuetudinem ſemel introductam,& approbatam, quia in publicis ritibus nouitas,& varietas fieri non poteſt priuata authoritate,alioquin facile ſequentur perturbationes, & ſcandala,plus enim offendere poteſt nouitas, & mutatio ritus, quam antiqui ritus obſeruantia prodeſſe. Dico 2. extra chorũ nunc non eſſe conſuetudinem recitandi ſeparatim Nocturnos ſicut eſt de laudibus pro ſolo arbitrio, & voluntate vniuſcuiuſque.

12 Quæres An interdum ex aliqua iuſta cauſa licitum ſit interponere aliquod tempus,inter vnum, & alium Nocturnum, ſine vlla culpa,etiam veniali.Reſpondeo, Prima docet non licere Nocturnos diuidere.ratio eſt, quia nunc neque in publico officio diuidi, ſed continue cantari ſolent. ita docet Ioannes Medina codice de pœnit. tract. 6. qu. de horis canonicis reiterandis art.3.vbi ait non poſſe diuidi, cum notabili mora, puta cœnatum, vel cubitum eundo; eum ſequitur Marcellus Francolinus tract de tempore horarum canon.cap.27.num.9. vbi concedit ſolum *poſſe quemquam finito vno Nocturno ab amico interpellatum breue aliquod negotium expedire, moxque alium proſequi Nocturnum:non vero ſponte, & ex profeſſo interim ad extranea diuertere,non breui ſed diuturna, & notabili mora in ijs permanſurum.* P. Paulus Layman tom. 2. lib. 4. tract.1. cap.3.num.7.§.excipe à ſecundo, dicit non licere Nucturnos diuidere, niſi cauſa aliqua, ita exigat, idem docet Macignus cap.48.nu.24.

13 Secunda ſententia docet licitè poſſe tres Nocturnos ſeparari,

Digitized by Google

rari, & non continue recitari, ſed interponere vnum, duas, vel plures horas. ratio eſt, tum quia olim in tribus Nocturnis vigilijs ſeparatim dicebantur, tum etiam, quia multis in locis diuidi ſolent Nocturni in officio defunctorum, & non dicuntur nouem pſalmi, cum totidem lectionibus, ſed tres tantum, cum laudibus, & idem fit ordinarie in officio paruo B. Virginis, & in Eccleſia Ambroſiana, vt teſtatur Bonacina loco infra citando, tempore Quadrageſimæ ſinguli Nocturni officij defunctorum ſolent recitari, cum laudibus ſeparatim ab alijs Nocturnis. Ergo inter Nocturnos officij diuini non eſt tanta connexio, quin iuſta aliqua de cauſa ſeparatim recitari queant: immo hoc potius videtur eſſe conforme primæ inſtitutioni, & propterea iuſta de cauſa, ſine vllo peccato diuidi poſſunt. ita docet P. Ioannes Azor. par. 1. lib. 10. cap. 3. quæſt. 4. idem expreſſe docet P. Suar. tom. 2. de Religione lib. 4. de horis can. cap. 6. num. 10. & cap. 24. num. 9. vbi addit *Si interpolatio non ſit nimia, ſed moderata, & proportionata antiquæ conſuetudini, ſine peccato fieri poteſt, præſertim ſi quælibet rationabilis occaſio, vel commoditas melius recitandi interueniat.* idem docent P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. quæſt. 7. num. 202. & cap. 7. quæſt. 7. num. 238. Victorellus in additionibus ad ſummam Toleti lib. 2. cap. 13. num. 4. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſput. 1. quæſt. 3. pun. 3. num. 13.

14 Quæres quanta debet eſſe mora, quæ licite interponi poſſit, inter vnum, & alium Nocturnum, & quæ cauſa cenſeri poſſit iuſta, & rationabilis. Reſpondeo, circa primum; non poſſe id certo definiri, ſed ex citatis Doctoribus colligi poſſe ſpatium trium horarum eſſe moram proportionatam, hoc enim ſignificauit P. Suar. loco citato; dum dixit, vt ſit proportionata antiquæ conſuetudini. id expreſſe docet P. Filiuc. loco citat. num. 238. vbi ait interruptionem vnius Nocturni ab alio, ſi non ſit nimia, ſed proportionata antiquæ conſuetudini, vt ſi non excedat tres horas, non eſſe condemnandam peccati alicuius. & infra idem dicit, & addit, quia ſic etiam olim fiebat, Bonac. ait poſſe Nocturnos ſeparatim ſaltim intra ſpatium trium horarũ recitari. Ego vero probabilius puto poſſe interdum ipſam moram tamdiù durare, quamdiù durat iuſta cauſa, propter quam fuit interpoſita, etiamſi longiſſima ſit, dummodo totum officium, ante mediam noctem abſoluatur.

15 Circa ſecundum dico multas poſſe occurrere cauſas ratio-

 nabi-

nabiles interrumpendi Nocturnos,quæ arbitrio prudentis viri iuſtæ cenſeri poſſunt. Prima,vt ſi quis abſoluto primo Nocturno Dominicæ,propter laſſitudinem non poſſet deuote , & debitè proſequi immediate reliquos Nocturnos . Secunda ſi quis ante ſolis occaſum abſoluiſſet primum , & ſecundum Nocturnum,& non poſſet,cum lumine lucernæ recitare tertium,propter debilitatem viſus , hic licitè poſſet differre recitationem tertij Nocturni per aliquas horas,donec habeat lumen aliquod cereum maius lumine lucernæ . Tertia ſi Religioſus abſoluto primo Nocturno vocaretur à Prælato ad conſultationem neceſſariam, circa negotia Monaſterij , vel dato ſigno campanæ vocaretur ad exhortationem cõmunẽ,ad quam omnes cõuenire tenẽtur, hic licite poſſet poſt prædicta reliquos recitare Nocturnos,abſque vllo peccato,etiam ſi longiſſima ſit interpoſita mora,ſic etiam,ſi vocaretur ad cœnam, & idem iudicandum eſt de ſimilibus;ita Nauar.cap.16. de oratione num. 66. & ſequentibus P.Azor.parte 1.lib.10.cap. 8. quæſt.3. P.Suar.tom.2. de Relig.lib.4.de horis canon.cap.11.num.6. & cap. 24. num. 10.& 11.P.Leſſ.lib.2.de inſt.cap.37.dubita.10.num.58. §.dixi P.Reginaldus in Praxi lib.18.cap.12.lect.4.num.162.P.Filliuc. tom.2.tract.23.cap.7.quæſt.7.dicto 2.num.239.Bonaci. tom.1. tract.de officio diſput.1.quæſt.3.puncto 2.§.1.n.30.verſ.ſecus.

16 Quæres,an quando in eccleſijs Nocturni more antiquo ſeparatim à laudibus in choro , vel extra chorum priuatim ab aliquibus recitantur,dicenda ſit oratio,ſeu collecta in fine Nocturnorum,& oratio dominica iuxta regulas Breuiarij Romani de dicendis in fine cuiuſcunque horæ, quæ habentur in Rubricis generalibus tit.30.& 32.Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias.Prima negat,ducitur,quia id nullo iure,aut ratione probatur;ita P.Ioannes Azor.tom.1.lib.10.cap. 8. quæſt.4.fin. P.Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7.cap 2.dub.5. concl.2.& dub.20.concl.2.Bonac.tom.1. tract. de officio diſp. 1.q.3.puncto 3.num.14.

17 Secunda ſententia affirmat.ratio eſt,quia licet nulla rubrica prædicti Breuiarij præcipiat , vt in fine Nocturnorum recitentur,tamen,quia prædictæ Rubricæ præcipiunt,vt recitentur in fine laudum,Tertiæ,Sextæ,Nonæ,& Veſperarum; & poſt Completorium Rubrica particularis præcipit,vt poſt alias horas ſi terminetur officium,dicatur;ideo in fine Nocturnorum , cum recitantur ſeparatim à laudibus,tanquam hora distincta,dicẽ-

da

da eſt oratio,ſeu collecta, cum oratione Dominica. Secundo, quia Eccleſia Romana in nocte Natalis Domini,quia canit nocturnos ſeparatim à Laudibus,illos oratione concludit. Ratio à priori eſt,quia tunc finitur officium nocturnum, tamquam hora per ſe à ſequentibus diſtincta;ergo debet proprio termino,& fine concludi;proprius autem finis cuiuſcunque horæ eſt collecta,cui adiungitur oratio Dominica,ergo hoc fine debent etiam Nocturni concludi.Ita docet Nauar.cap.3.de orat.dicto 19.num.64.verſ. ſuboritur etiam quæſtio, Marcellus Francolin.tract.de tempore horarum can.27.num.18.Rodriguez parte 1.ſumm.cap.142.concluſ.5.Garzia tom.1.de beneficijs par. 2.cap.1.num.225.P.Suar.tom.2. de Relig. lib. 4. de horis can. cap.6.num.12.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.7.quæſt.7. num. 233.fin. Victorellus in additionibus ad ſummam Toleti lib. 2. cap.13.num.4.P.Reginaldus lib.18.cap.12. ſect.4.num.164.ſ. de quibus,& hæc ſententia eſt probabilior,quia eſt conformior Regulis Rubricarum, & à pijs , & religioſis hominibus ita fit in praxi.

18 Dices ex hac ratione ſequi idem faciendum eſſe in fine nocturni,quando ab inuicem ſeparatim recitantur ; Reſpondeo ita bene fieri poſſe,& P.Filliucius loco citato affirmat, ita faciẽdum eſſe;dicens *quando Nocturni diuiduntur, tunc appoſite recitanda eſt oratio in fine Nocturni,& in principio alterius Pater,& Aue.*Ego probabilius, puto illũ,qui id non faceret nõ peccare, neque dignum eſſe reprehenſione,quia tres Nocturni,licet poſſint licite ſeparatim recitari , non tamen cenſentur tres horæ, nam neque olim tres , ſed vna tantum hora habita eſt : ille vero,qui id faceret,bene faceret,quia licet nõ ſint horæ diſtinctæ,recitantur tamen,vt diſtinctæ.

19 Quæres,an quando inchoantur laudes ſeparatim à Nocturnis præmittenda ſit in principio oratio Dominica,& Aue Maria.Reſpondeo circa hoc dubium duas eſſe ſententias.Prima negat, ducitur, quia laudes non ſunt hora diſtincta à Nocturnis,nam vſus inualuit,vt vna tantum hora, ideſt officium vnius tantum horæ cenſeatur,ita P.Ioannes Azor.tom.1.lib.10. cap. quæſt. 8. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſput. 1.quæſt.3. puncto 3.num.14.

20 Secunda ſententia affirmat , ratio eſt, quia tunc laudes inchoantur,vt hora diſtincta,& per ſe,ergo debent ſicut aliæ horæ inchoari,iuxta Regulas,& Rubricas Breuiarij . nam,ante

pri-

Digitized by Google

primum officium,ſic dicitur *ante Matutinum ; & omnes horas, præter quam ad Completorium dicitur ſecreto Pater noſter, Aue Maria*,ſententiam docet Nauar.cap. 3. de oratione num.64. verſiculo,incidit tamen; Marcellus Francolin.tract. de tempore horarum canonicarum cap.27.num.18. Rodriguez part. 1. ſumm.cap.142.concluſ.5.Garzia tom.1.de beneficijs part.3.c. 1.num.225.P.Suar.tom. 2. de Religione lib. 4. de horis cap.6. num. 12.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.3.quæſt.9. num. 111. Victorellus in ſumma Toleti lib.2.cap.13.num.4. verſ. poſſunt etiam.Nec ratio primæ ſententiæ contrarium probat, nam tunc valeret, quando non recitarentur ſeparatim, ſicut hora diſtincta .

31 Quod ſi obijcias id nuſquam in principio laudum notari, aut ſignificari, vt notatur in principio aliarum horarum, nec in nocte Natalis Domini, in qua ſeparatim recitantur. Reſpondet Nauar.loco cit.ideo non fuiſſe hoc in initio laudum admonitum,quia vt plurimum non dicuntur ſeparatim,& noluit obligare ad id quando dicuntur coniunctim: in nocte vero Natalis Domini,quando,vt plurimum publice ſeparatim canuntur,excuſatur ab eo dicendo, qui Miſſam dicit, ne illam interrumpat,& chorus,ne cantum ſuum diuidat,quod æquum videtur .

22 Quæres quinam modus ſeruari debeat in ſeparandis Nocturnis à laudibus. Reſpondeo Marcellum Francolinum tract. de tempore horarum can.cap.27.num.18.ſequentem modum tradere,ſcilicet. Dicto hymno Te Deum Laudamus,ſiue vltimo Reſponſorio,dicatur Dominus vobiſcum, Oremus, deinde oratio propria,abſque vllis commemorationibus,& vltimo Dominus vobiſcum,Benedicamus Domino, & ſubmiſſa voce oratio Dominica.Ad Laudes vero oratio Dominica, & ſalutatio angelica,ſicut in reliquarum horarum initijs præmittantur. Sed Nocturnus defunctorum, cum ſine laudibus dicitur, ita terminatur. poſt vltimum reſponſorium dicuntur verſus ; A porta inferi,requieſcant in pace,Domine exaudi, Dominus vobiſcum,deinde vnica oratio,fidelium Deus, cum concluſione qui viuis,& regnas in ſæcula.vltimo requiem æternam; requieſcant in pace Amen.

23 Quæres an quando Nocturni dicuntur ſeparatim à laudibus dicendus ſit Hymnus Te Deum in fine Nocturnorum,an vero in principio laudum. Reſpondeo in primitiua Eccleſia ſerua-

Digitized by Google

ſeruatam fuiſſe aliam formam diuerſam ab illa, quam nunc præſcribit Breuiarium Romanum. Nam Gulielmus Durand. in Rationali diuinorum officiorum lib.1.cap.3.num. 3. dicit, quod in primitiua eccleſia priuſquam luceſceret apparente aurora pulſatis campanis cantabant, Te Deum Laudamus, & Matutinas laudes, & idem dicit num.30. idem etiam dicit Ioannes Beleth.in explicatione diuinorum officiorum cap.20. & 26. Nunc vero, quidquid ſit de vſu antiquo, certum eſt prædictum hymnum Te Deum Laudamus dicendum eſſe in fine Nocturnorum, ſcilicet poſt vltimam lectionem, ante collectam, illam horam claudentem, ſecundum Breuiarium Romanum, & ita fit in nocte Natalis Domini.ratio eſt, quia prædictus hymnus, quando dicitur in officio diuino, eſt pars vltimi Nocturni, ſicut nonum reſponſorium in officio nouem lectionum, & tertium in officio trium lectionum: nam loco prędictorum reſpōſoriorum in diebus feſtis, & Dominicis non luctuoſis dicitur hymnus Te Deum Laudamus; & ideo eſt pars illius horæ. præterea, quia, iuxta formam Breuiarij Romani; Deus in adiutorium meum intende; eſt initium omnium horarum; ſed hymnus Te Deum Laudamus dicitur, ante verſum, Deus in adiutorium meum intende; ergo. Nec obſtat, quod Innocentius III. in capite conſilium de celebratione miſſarum dicit. Te Deum Laudamus regularius dimittitur, quam dicatur in Laudibus matutinis, nam ibi Innocentius nomine laudum matutinarum intellexit totum officium nocturnum, quod nunc communiter dicitur Matutinum; & cum in eo contineantur laudes diuinæ, ſicut in alijs horis appellat laudes Matutinas: ita docet Nauar. loco ſupra citato dubio primo Marcellus Franc.cap.27. cit. n. 18.Rodriguez part.1.ſumm.cap.142.concl.5. P. Suar.tom.2. de Relig.lib.4.de horis cap.6.num.13.P.Filliucius to. 2. tract. 23.cap.3.qu.9.num.111.P.Sanchez tom.2. conſil. moralium lib.7.cap.2.dub.1.concl.2.nu.5.

DVBIVM IV.

Quis fuerit primus officij Diuini, ſeu canonicarum horarum inſtitutor.

1 REeſpondeo, circa hoc dubium varias fuiſſe Doctorum ſententias. Prima affirmat hanc inſtitutionem factam fuiſſe

fuiſſe à Pelagio I. & probat, quia in c. Eleutherius 91. diſt. continetur decretum de vigilijs quotidie in eccleſia celebrandis, quod Gratianus ibi dicit eſſe Pelagij Papæ, alij legunt Gelaſij. In ſumma Conciliorum inter decreta Pelagij I. hoc numeratur. Canonicas preces eccleſiaſticis quotidie perorandas inſtituit. ita Franciſcus Maurolycus, & ſupplementum chronicorum affirmat.

2 Secunda ſententia hanc inſtitutionem tribuit S. Hieronymo, ſed Pelagium II. poſtea decreuiſſe, vt quotidie horæ canon. à ſacerdotibus celebrarētur. ita docet Polydorus Virgilius lib. 6. de rerum inuentoribus cap. 2. in principio vbi ſic dicit. *Preces orarias, ſiue canonicas, quas vocant, Hieronymus primus Euſebio Cremonenſi, & pleriſque alijs, qui cum eo vixerant inſtituiſſe fertur, quibus diuina in templis laudes canerentur, vt ex ſacra patet hiſtoria, quas Patres deinde receperunt*, & infra ait, *Poſtea, quod ſatis conſtat, Pelagius II. decreuit, vt ipſæ ſeptem canonicæ horæ à ſacerdotibus quotidie celebrarentur.* Gilbertus Genebrardus lib. 3. chronographiæ anno Chriſti 555. loquens de Pelagio Primo, ait *Fertur inſtituiſſe ſeptem horas canonicas. Alij hoc tribuunt Pelagio II. prędeceſſori Gregorij Magni, quod de commendatione interpretandum eſt; nam hic ſeptenarius horarum precum, iam inueterauerat.*

3 Tertia ſententia docet diuinum officium iuſſu Damaſi Papę fuiſſe à S. Hieronymo ordinatum, deinde ab eodem Damaſo approbatum, & præceptum à cunctis Eccleſijs obſeruari; eius tamen inſtitutionem Damaſo tribui propter authoritatem ſuam, quam interpoſuit. ita docet Gulielmus Durand. in Rationali diuinorum officiorum lib. 5. cap. 2. num. 3. & num. 4. vbi ait S. Gregorium, & Gelaſium alia addidiſſe, idem refert Ioannes Beleth. in explicatione diuinorum officiorum c. 19.

4 Communis vero Catholicorum ſententia docet, ſi officium diuinum ſumatur ſecundum ſe obſolute, quoad ſuam ſubſtantiam, certum eſſe eius inſtitutionem, & vſum antiquiſſimum fuiſſe in Eccleſia Chriſti, ante Pelagium Primum, & ſecundum, Damaſum, Gregorium Primum, & Gelaſium, vt patet ex antiquiſſimis Patribus, qui horarum canonicarum expreſſam faciunt mentionem; ſcilicet Clemente Romano, Tertulliano, Cypriano, & alijs. nam ab Apoſtolorum temporibus vſu, & more receptum fuit, vt fideles in Oratorium cōuenirent, & pſalmos, & hymnos cantarent, vt aperte conſtat ex teſtimonio Plinij iunioris

Digitized by Google

nioris lib.10.epiſt.97. in qua de Chriſtianis ſcribens ad Traianum Imperatorē,qui anno Chriſti centeſimo cœpit imperare, hæc habet . *Affirmabant autem hanc fuiſſe ſummam,vel culpæ ſuæ,vel erroris , quod eſſent ſoliti ſtato die,ante lucem conuenire, carmenque Chriſto,quaſi Deo dicere ſecum inuicem.* hoc eodem teſtimonio vtitur Tertullianus in Apologetico cap. 2. vbi ſic ſcribit. *Plinius enim Secundus, cum Prouinciam regeret damnatis quibuſdam Chriſtianis , quibuſdam gradu pulſis,ipſa tamen multitudine perturbatus quid de cætero ageret , conſuluit tunc Traianum Imperatorem,allegans præter obſtinationem non ſacrificandi,nihil aliud ſe de ſacris eorum comperiſſe , quam cœtus antelucanos ad canendum Chriſto , ut Deo , & ad conferendam diſciplinam* . Si vero conſideretur officium,iuxtà formam partitionem,& numerum horarum, quém nunc habet,certum etiam eſſe, non ita fuiſſe ab initio , ſed incœpiſſe in aliqua forma imperfecta, paulatim vero perfectionem acquiſiſſe , iuxta formam quam nunc habet.ita docet Vualafridus Strabo lib. de rebus Eccleſiaſticis cap. 25.in principio , vbi ait *Sciendum eſt multa, poſt reuelationem Euangelij tempora tranſiſſe,antequam ita ordinarentur quarumdam per diem , & noctem horarum ſolemnia ſicuti nunc habentur.*& infra ait. *Apud multos horas , quæ & nunc celeberrimæ ſunt,obſeruatas:ſed non ea diſtributione pſalmorum, vel orationum,qua nunc vtimur . Quam & circa tempora Theodoſii ſenioris inchoatam,ac deinceps expletam multis animaduertimus cauſis.*Radulphus Tungrenſis lib. de Canonum obſeruãtia propoſitione 12.initio ſic ait:*Sciendum quod ab initio diuinum officium omnimodo conſtitutum erat in ipſis pſalmis .* & poſt pauca dicit: *Bina autem vice Sancti Patres conueniebant ad pſallendum,videlicet in nocte ad vigilias,& hora lucernarij ad veſperas.*hoc etiam manifeſte apparet ex magna varietate,quæ olim in horis recitandis in Eccleſia fuit,vt refert Ioannes Caſſianus in lib.2.de inſtitutis cœnobiorum cap.2. & 5. vnde etiam de Romano officio Pius V. in Bulla ſua Breuiario Romano præfixa ait *diuini officij formulā pie olim,ac ſapienter à Summis Pōtificibus,præſertim Gelaſio , ac Gregorio primis conſtituta,à Gregorio autem VII.reformata ad priſtinam orandi regulam conformata reuocatur.*Si denique diuinum officium ſumatur,quoad præceptum , & obligationem illud quotidie recitandi,vel quoad modum illud in choro canendi , veriſſimum eſſe illud fuiſſe à Damaſo,Pelagio Primo , vel Secūdo,Gelaſio,& Gregorio Pri-

E mo

mo præceptum.ita,vt quod antea vſu, & conſuetudine antiqua ſeruabatur, lege deinde lata, perpetuo in eccleſia iuſſerint obſeruari. Hanc ſententiam docet Thomas Vualdenſis tom.3.de Sacramentalibus tit.3.de horis canon.cap.21. num. 9. & cap. 22.num.5.& ſequentibus Gilbertus Genebrardus lib.3. chronographiæ anno Chriſti 555.in Pelagio Primo Marcellus Frãcolinus tract.de tempore Horarum can.cap.12.& 13.Dominicus Soto lib.10.de iuſt.quæſt.5.art.1.concluſ.5.Cardinalis Baronius tom.1.annalium anno Chriſti 34.num. 251.& anno 51. num.68.Cardinalis Bellar.tom.4.controuerſiarum lib. 1. de bonis operibus in particulari cap.13. P. Gregorius de Valentia tom.3.diſp.6.quæſt. 2. puncto 10. tit. de vtilitate Horarum canon.verſ.3.probatur P.Ioannes Azor.tom.1.lib.10.cap.1. q. 6.P.Suarius tom.2.de Relig.lib.4.de horis canon.cap. 6. num. 14.P.Leonardus Leſſius lib.2.de iuſt.cap.37. dubitatione 8. n. 41.P.Filliucius to.2.tract.23.c.3.q.5.nu.89.

5 Quod vero Eccleſia Chriſti ab Apoſtolorum temporibus perpetua conſuetudine ritum certis horis nocturnis, atque diurnis laudandi,precandique Deum ſeruauerit; & quod clerici,& Religioſi in prædictis horis ad eccleſias,aut ædes ſacras vt pſalmos,hymnoſque ſacros Deo canerent ſoliti fuerint cõuenire;ex eccleſiaſticis hiſtorijs, & veterum Patrum teſtimonio aperte conſtat. Nam Eccleſia Alexandrina inſtituta à S. Marco Euangeliſta,qui anno Chriſti 44.viuebat;inter cœtera edocta eſt pſalmos, & hymnos canere,vt refert Philo Iudæus in libro,quem de vita contemplatiua,ſeu ſupplicum inſcripſit, vbi inter alia dicit *Non ſolum ſubtilius intelligunt hymnos veterum,ſed & ipſi faciunt nouos in Deum omnibus eos,& metris, & ſonis honeſta ſatis, & ſuaui compage modulantes*.ita ex Philone refert Euſebius lib.2.hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap.18.& infra ex eadem addit, *& vt vnus ex omnibus conſurgens in medio, pſalmum honeſtis modulis concinat,vtque præcinenti ei verſiculũ omnis multitudo reſpondeat*.& S.Hieronymus in lib.de Scriptoribus eccleſiaſticis in Philone, cum retuliſſet ea, quæ ille ſcribit de Eccleſia Alexandrina,ſub Marco,& de multis alijs Prouincijs, ait *Ex quo apparet talem primam in Chriſto credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nũc Monachi eſſe nituntur,& cupiunt,vt nihil cuiuſquam proprium ſit,nullus inter eos diues,nullus pauper, patrimonia egentibus diuidantur,orationi vacetur, & pſalmis,* Ioannes Caſſianus lib.2.de inſtitutis Cœnobiorum cap.5. affirmat

firmat;*hoc inſtitutum diebus ac noctibus orandi, in primordijs Fidei Monachos à S. Marco didiciſſe à quo normam ſuſcepere viuendi.* Thomas Vualdenſis tom.3. de ſacramentalibus tit.3. de Horis canon. cap.22. nu. 5. in principio dicit *in primæuis Eccleſijs uſus officiandi eſt inſtitutus communiter, cæpitque, inter Religioſos S. Marci inſtitutio quædam haberi ſolemnis, quam poſtea multæ traxerunt Eccleſiæ; quam vtique deſcribit Philo, qui S. Petri fruebatur alloquio.* S. Clemens Romanus, qui ſedit anno Chriſti 92. lib.8. conſtitut. S. Apoſtolorum cap.40. ſequentem refert Apoſtolicam conſtitutionem. *Preces veſtras facite diluculo, tertia hora, Sexta, Nona, Veſpere, & in galli cantu*: hoc etiam confirmat teſtimonium Plinij iunioris, qui viuebat anno Chriſti 100. quod ſupra num. præcedenti retuli de Chriſtianorum cœtibus ante lucanis ad canendum Chriſto, & Deo.

6 Nec ſolum in primo ſæculo hæc conſuetudo perſeuerauit, ſed etiam in poſterioribus perfectior ſemper euadens; nam S. Cyprianus, qui florebat anno Chriſti 250. in ſermone de oratione Dominica prope finem ait: *In orationibus vero celebrandis inuenimus obſeruaſſe, cum Daniele tres pueros in fide fortes, & in captiuitate victores Horam Tertiam, Sextam, Nonam,* & infra ait, *ſed nobis fratres dilectiſſimi præter horas antiquitus obſeruatas, orandi nunc, & ſpatia, & ſacramenta creuerunt. Nam, & mane orandum eſt, vt reſurrectio Domini matutina oratione celebretur; recedente item Sole, ac die ceſſante neceſſario rurſus orandum eſt.* & infra, *qui autem in Chriſto, hoc eſt in lumine ſemper ſumus, nec noctibus ab oratione ceſſemus.* S. Athanaſius, qui florebat anno Chriſti 340. in lib. de virginitate columna 5. ait *oriens ſol videat librum in manibus tuis, poſt Tertiam ſynaxes conficies, quoniam ea hora defixum eſt lignum crucis; Sexta hora abſolues deprecationes, cum pſalmis ploratu, & ſupplicationibus, quoniam hac hora pependit filius Dei in cruce; Nona hora rurſum in hymnis, & glorificationibus eis, cum lacrymis, & confeſſione peccatorum tuorum Deo ſupplicabis, quoniam hac hora Dominus in cruce pendens reddidit ſpiritum ſuum.* & columna ſeptima, ait *Duodecima hora maiorem, & longiorem facies ſynaxim, cum virginibus tecum concordibus,* & columna nona, ait *Media nocte excitaberis, & hymnis celebrabis Dominum Deum tuum.* S. Baſilius, qui florebat anno Chriſti 270. in lib. de Regulis fuſius diſputatis q. 37. multo apertius canonicarum horarum facit mentionem, & & ſingularum rationes reddit, quas his nominibus appellat,

Digitized by Google

Matutinum,Horam Tertiam,Sextam,Nonam, deinde addit officium initio tenebrarum,pro quiete nocturna captanda, quod eſt Completorium, & ſubdit *qua hora etiam neceſſario nonageſimus recitari pſalmus debet , & officium mediæ noctis ideſt vigilias nocturnas* S. Ambroſius,qui florebat anno Chriſti 374.hymnos compoſuit pro omnibus horis canonicis , vt ipſe teſtatur in oratione in Auxentium,quæ extat lib.3.epiſtolarum , & refert etiam S. Auguſtinus lib.1.retractationum cap.21.S. Hieronymus,qui florebat anno Chriſti 390. in epiſtola 22. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis,paulo ante finem alias cap.16. ait *Horam Tertiam,Sextam,Nonam,diluculum quoque , & Veſperam nemo eſt,qui neſciat*,& infra,ait *noctibus bis , terque ſurgendum*; & in epiſtola 27. ad eamdem in epitaphio Paulæ columna 13.alias c.10. loquens de virginibus Monaſterij à Paula fundati,ait *Mane hora Tertia,Sexta,Nona,Veſpere noctis medio per ordinem pſalterium cantabant* . Eaſdem etiam horas nominat in epiſtola ſeptima ad Lætam de inſtitutione filij columna antepenultima S.Ioannes Chryſoſtomus, qui florebat anno Chriſti 398.Homilia 59. ad Populum Antiochenum columna 2.deſcribens Monachorum conſuetudinem ; dicit *ante diem exurgunt excitante eos Prælato,& cõſiſtunt ſanctum conſtituentes chorum,& ſtatim manus extendentes,ſacros hymnos decantant*,& colum.4.de diurnis precibus ait *Tertiam,Sextam,Nonam , & veſpertinas orationes celebrant,& in quatuor partes diem diſpartiti,dum ſingulæ partes implentur pſalmodijs , & hymnis Deum venerantur* S.Auguſtinus, qui florebat anno Chriſti 410. ſermone 55. de tempore qui eſt primus feriæ quartæ in capite ieiunij,ait *Rogo vos fratres cariſſimi ad vigilias maturius ſurgite ad Tertiam,ad Sextam,ad Nonam,ante omnia conuenite* , & in Regula tertia quæ ſumpta eſt ex epiſt.109. ait *orationibus inſtate horis,& temporibus conſtitutis*.Ioannes Caſſianus , qui florebat anno Chriſti 440.lib.2.de inſtitutis cœnobiorum agit de officio nocturno,& in tertio de diurno S. Benedictus qui anno Chriſti 524. Monachorum ordinem inſtituit in ſua Regula c. 16.ſic dicit,*His horis referamus laudes Creatori noſtro; Matutinis Prima,Tertia,Sexta,Nona, Veſpere , Completorio; & nocte ſurgamus ad confitendum ei*.

7 Poſt quintum ſæculum fuerunt multi grauiſſimi,& doctiſſimi Scriptores, qui de diuinis officijs , tamquam de antiquo & vniuerſali totius Chriſtianæ Eccleſiæ ritu egerunt; & exactiſſi-

me

Digitized by Google

me ſingularum horarum Canonicarum tempora, & myſteria explicarunt: videlicet S. Iſidorus, qui anno 596. cœpit in Epiſcopali ſede ſedere lib. 1. de officijs eccleſiaſticis, Amalarius Fortunatus, qui florebat anno Chriſti 830. lib. de eccleſiaſtico officio, & lib. de ordine Antiphonarij. Rabbanus qui florebat anno Chriſti 835. lib. 2. de inſtitutione clericorum: Vualafridus Strabo, qui florebat anno Chriſti 849. lib. de rebus eccleſiaſticis cap. 25. Rupertus Abb. qui floruit anno Chriſti 1119. lib. 1. de diuinis officijs; Hugo de S. Victore, qui floruit anno Chriſti 1130. lib. 2. de officijs eccleſiaſticis; Gulielmus Duran. qui floruit anno Chriſti 1280. in Rationali diuinorum officiorum lib. 5. Radulphus Tungrenſis, qui fuit tempore Gregorij XI. qui ſedit anno Chriſti 1371. vt ipſe refert in lib. de Canonũ obſeruantia propoſitione 23. colum. 11. verſ. Vnde totius: de horis canonicis diffuſe agit lib. citato propoſit. 14. & alij poſteriores Doctores, vſque ad hunc præſentem annum 1640.

DVBIVM V.

Quo tempore Horæ Canonicæ recitari debeant.

1 RESpondeo huic dubio præſertim ex dictis in dubio ſecũdo magna ex parte fuiſſe ſatisfactum; nam ex partibus diuini officij, & ipſarum nominibus facile cognoſcitur, quibus temporibus vna quæque ſit aſſignata. Quare hic ſolum aſſignabo tempus canonicum, quo ſingulæ horæ recitandæ ſunt, iuxta primæuam inſtitutionem.

2 Dico igitur primo ſi Nocturni ſimul recitentur, vt nunc cõmuniter ab omnibus fieri ſolet, proprium eorum tempus eſſe mediam noctem, iuxta id pſal. 118. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi; nam hoc tempus præſcribunt SS. Patres dubio præcedenti num. 6. citati, præſertim S. Athanaſius in lib. de virginitate S. Baſilius lib. de Regulis fuſius diſputatis quæſt. 37. S. Hieronymus in epiſt. 27. ad Euſtochium in epitaphio Paulæ, & alij. Si vero diuiſim recitentur in Dominicis, & feſtis, vt olim fieri ſolebat, recitari debent in tribus vigilijs nocturnis de quibus ſupra egimus dub. 2. num. 3. & 4. vbi ex antiquis Scriptoribus retuli antiquum Eccleſiæ vſum, circa hoc.

3 Dico ſecundo laudes matutinas in aurora celebrandas eſſe ratio eſt, quia tempus canonicum ipſarum eſt ab initio crepuſculi

Digitized by Google

ſculi matutini,vſque ad ortum Solis. vnde,quia olim quarta vigilia noctis;ideſt tempore matutino recitabantur, dictum eſt à veteribus officium matutinum. Amalarius Fortunatus lib.4. de eccleſiaſtico officio cap.10. in principio appellat Matutinale officium,cui tribuit quartam noctis vigiliam,quæ Exodi 14. verſ.24.dicitur vigilia matutina; Hugo de S.Victore lib. 2. de officijs eccleſiaſticis cap. 10. initio,ſic expreſſe hoc definiens, dicit. *Laudes matutinæ noctis partem ſibi vendicant vltimam, quartam videlicet vigiliam, quæ vſque ad ſolis ortum protenditur,* & in c.Presbyter 91. diſt. & cap.1. de celebrat. Miſſar.dicitur *Presbyter mane Matutinali officio expleto* &c. idem etiam confirmatur ex hymnis,qui laudibus cantantur,in quibus mẽtio fit auroræ S. Iſidorus in lib.6. etymologiarum cap. 19. initio ait *Matutinum officium eſt in lucis initio à ſtella Lucifero appellatum, quæ oritur incboante mane*. Gulielmus Duran. in Rationali diuinorum officiorum lib.5.cap.4. num. 1. ait *Laudes Matutinas rubeſcente aurora dicunt, ſcilicet in quarta vigilia, quam lucifer totam illuſtrabat; quæ & Matutina dicitur à Mane quod eſt lumen*,idem dicit Ioannes Beleth.in explicatione diuinorum officiorum cap.28.

4 Aduertit Gulielmus Duran. loco citato num. 3. officium Matutinum,& Veſpertinum eſſe ſimile,ideſt laudem,& Veſperarum officia eſſe valde ſimilia;nam ſæpe habent eaſdem antiphonas,eumdem hymnum,idem capitulum, eaſdem commemorationes,eumdem numerum pſalmorum,primum officium habet canticum Zachariæ, ſecundum vero S.Mariæ.De prædictis horis extat decretum Concilij Bracharenſis primi celebrati,ſub Honorio Primo,qui ſedit anno Chriſti 626.& refertur in cap.placuit diſt.12.vbi dicitur. *Placuit omnibus communi conſenſu, vt vnus, atque idem pſallendi ordo in Matutinis, vel Verſpertinis officijs teneatur, & non diuerſæ,ac priuatæ,neque Monaſteriorum conſuetudines, cum Eccleſiaſtica Regula ſint permiſtæ*,quod Radulphus Tungrenſis lib. de Canon. obſeruantia propoſitione 14. ſic interpretatur *Vtrobique debet eſſe idem ordo pſallendi,quia ambo ſimiliter incboantur, vtrobique ſunt quinque pſalmi,qui vtrobique debent habere quinque antiphonas,vtrobique dicuntur Capitulum, Hymnus,verſus Canticum, cum antiphonis,oratio,cum memorijs ſimilibus*; De Monachorum cõſuetudine ideo dicit, quia in Benedictino officio ad Laudes ſunt quinq;pſalmi, & ad Veſperas tãtũ quatuor. Extat etiã alterum

decre-

Digitized by Google

decretum Concilij Agathenſis celebrati anno 434. can. 30. quod refertur C.conuenit de conſecrat. diſt. 5. vbi ſtatuitur, *vt poſt antiphonas collationes per ordinem ab epiſcopis,vel preſbyteris dicantur: & hymni matutini vel veſpertini diebus omnibus decantentur*, ideſt poſt pſalmos, antiphonatim dictos dicantur Capitula,& hymni in Laudibus,& Veſperis; ſic exponit Radulphus loco citato.

5 Dico tertio: tempus canonicum,quo recitari debet, Hora Prima,eſſe ab ortu ſolis,vſque ad finem primæ horæ, nam hoc ſignificat ipſum nomen,Primæ,& hymnus, qui in ipſa dicitur. Iam lucis orto ſydere; immo hoc expreſſe dicimus in collecta, ſeu oratione, Horæ Primæ illis verbis; *Qui nos ad principium huius diei peruenire feciſti*. Caſſianus in lib. 3. de inſtitutis Cœnobiorum cap.4. ait ſuo tempore in ſuo Monaſterio à ſenioribus fuiſſe decretum vt poſt ſolis ortum *cuncti pariter è ſuis ſtratis conſurgerent, ac tribus pſalmis, & orationibus celebratis, ſecũdum modum, qui antiquitus in obſeruatione Tertiæ, Sextæ, vel Nonæ, trinæ confeſſionis exemplo ſtatutus eſt, & ſomno deinceps finẽ, initium operationi æquali ſimul moderamine facerent.* Amalarius Fortunatus lib 4. de eccleſiaſtico officio cap.2. colum.1. fin. ait *Sicut enim ouibus, quæ nocte cuſtodiuntur in ouilibus, & poſt matutinam cuſtodiam exeuntibus de vico ad paſcua in latitudinem camporum, neceſſe eſt, vt illico habeant opilionem qui eas defendat à lupis irruentibus: ita nobis neceſſe eſt primò diluculo ſurgentibus ad mandata Domini, vt habeamus Paſtorem, & Doctorem qui nos introducat ad eadem mandata, & defendat à lupis*, & lib. de ordine antiphonarij cap. 6. initio ait *Diem duodecim horarum inchoari debere ab ortu ſolis, & finiri in eius occaſu*, deinde addit officium Horæ Primæ primo mane celebrari. Rabbanus lib. 2. de inſtit. clericorum cap. 3. ait vt in ipſo ſolis ortu Solem iuſtitiæ nobis orientem poſtulemus; Rupertus Abbas lib.1. de diuinis officijs cap. 3. dicit, *quia primum quærendum eſt regnum Dei, & cætera adijcientur nobis; Primam offeramus horam diei noſtro Redemptori, & quæramus regnum eius*, Idem ſignificat Hugo de S. Victore lib. 2. de officijs eccleſiaſticis cap.1. initio.

6 Dico quarto officium trium horarum canonicarum, ſcilicet Tertiæ, Sextæ, & Nonæ, in ipſis horis recitandum eſſe, nam tempore æquinoctij dies artificialis diuiditur in duodecim horas æquales, & ideo eo tẽpore hora decima quinta erit tẽpus Ho-

ræ

Digitized by Google

ræ Tertiæ;hora decima octaua erit tempus Horæ Sextæ, & hora vigeſima prima erit tempus Horæ Nonę: in alijs vero anni temporibns duodecim horæ diei artificialis ſunt inæquales, nam in Solſtitio æſtiuali ſunt longiores, in ſolſtitio vero hiemali ſunt breuiores; reliquo vero tempore horæ, quæ ſunt ab Aequinoctio ad Solſtitium æſtiuale,tanto ſunt longiores, quãto ad prædictum ſolſtitium magis accedunt, & tanto ſunt breuiores,quanto ad ſolſtitium hiemale magis accedunt; & tunc quotidie,iuxta proportionem longitudinis, vel breuitatis ipſarum denotant tempus canonicum ſingularum horarum.

7 Dico quinto officium veſpertinũ,ſine controuerſia celebrãdum eſſe vltima hora diei artificialis, ſcilicet occidente ſole, ac proinde tempus canonicum Veſperarum eſſe horam duodecimam,& poſtremam totius diei, non quidem exactam, & completam,ſed labentem,vt de ali s horis infra dicemus: hoc autem probatur,tum ex ipſo nomine,nam,vt dicit S. Auguſtinus enarratione ſecunda in pſalmum 29. Veſpera fit, quando ſol occidit,& S.Iſidorus lib.6.etymologiarum cap. 19. ait veſpertinum officium eſt in noctis initio,vocatum à Stella Veſpere,quæ ſurgit oriente nocte; tum etiam ex antiquis Patribus, qui vltimam diei horam huic officio tribuunt S.Cyprianus ſermone de oratione Dominica prope finem dicit, Recedente Sole,ac die ceſſante;S. Athanaſius lib. de virginitate columna 7.ait,duodecima hora maiorem,& longiorem facies ſynaxim. S.Baſilius in lib.de Regulis fuſius diſputatis,quæſt.37.ait completo vero die S.Ioannes Chryſoſtomus homil. 59 ad Populũ Antiochenum dicit Monachos quatuor in partes diem diſtribuere,dum celebrant,Tertiam,Sextam Nonam, & veſpertinas orationes, vbi per veſpertinam neceſſario intelligit horam duodecimam;nam illa explet quartam diei partem; & ob hãc cauſam veteres vocabant officium veſpertinum lucernale, quia accenſa lucerna celebrandum erat, vt expreſſis verbis ſignificauit S.Hieronymus in epiſt.7.ad Lætam de inſtitutione filiæ,colum.antepenultima, vbi ait, *accenſaque lucerna reddere ſacrificium veſpertinum*;lucerna enim non eſt neceſſaria hora decima, vel vndecima inchoante, cum ſol adhuc clariſſime luceat,ſed hora duodema iam labente, ſole, iam iam occumbente,præſertim in locis obſcurioribus,qualia oratoria,& chori eſſe ſolent;idẽm confirmatur ex illis verbis hymni veſpertini.*Iam ſol recedit igneus;infunde lumen cordibus*. Et hanc fuiſſe

con-

conſuetudinem ſui temporis refert Amalarius Fortunatus in libro de ordine antiphonarij cap.6. colum. 3. vbi ait, *Nos vero ſapiſſime ſolemus veſpertinale officium celebrare, ante ſolis occubitum*,& infra ſic dicit, *Officium primum diei inchoamus ab ortu ſolis; Veſpertinale ſynaxim agimus, circa duodecimam horam, quæ hora eſt , circa finem diei* idem dicunt alij antiqui Scriptores, Rabanus lib.de inſtitutione Clericorum cap.7.ait, Veſpertinū officium ſole occidente celebrandum eſſe; Hugo de S. Victore lib.2.de officijs Eccleſiaſticis cap. 5.ait *In noctis initio , ſole videlicet occidente, Veſpertinum Deo offerimus ſacrificium.*

8 Dices Ioannes Caſſianus lib.3. de inſtitutis Cœnobiorum cap.3.fin.dicit horam lucernalem eſſe vndecimam; ergo non poteſt eſſe duodecima . Reſpondeo Caſſianum ibi loqui de hora vndecima, iam exacta, & completa, ac proinde de duodecima, iam cœpta; nam accomodat laudes officij veſpertini ad illorum opus, qui hora vndecima vocantur ad vineam, ſic enim ait: *In his quoque horis etiam ille Euangelicus Pater familias operarios conduxit in vineam ſuam. ita enim, & ille primo mane cōduxiſſe deſcribitur, quod tempus deſignat matutinam noſtram ſolemnitatem; deinde Tertia, inde Sexta, poſt hæc Nona, ad extremū vndecima, in qua lucernaris hora ſignatur.* Hæc Caſſianus, ſed illos operarios hora vndecima exacta operari cœpiſſe, & vſque in finem duodecimæ operatos, teſtatur Euangelium Matth.20. *Hi nouiſſimi vna hora fecerunt*: ergo ita etiam loquitur Caſſianus .

9 Dico ſextò tempus canonicum, quo Completorium recitādum eſt, abſque dubio eſſe initium noctis, ante finem crepuſculi veſpertini. Hoc expreſſis verbis ſignificat S. Baſilius in lib.de Regulis fuſius diſputatis quæſt.37.fin.vbi ait, *tum autem primis ſe iam noctis intendentibus tenebris , ſequeretur petitio, vt quies, quam ſumus capturi ab omni perturbatione ac vitio libera ſit, qua hora etiam neceſſario nonageſimus recitari pſalmus debet.* idem aperte colligitur ex omnibus antiquis Scriptoribus, qui dicunt Completorium poſt cœnam, & omnia alia opera , quæ ſomnū præcedunt celebrandum eſſe. ita S. Iſidorus lib. 1. de officijs c. 21. Amalarius Fort. lib. 4. de Eccleſiaſtico officio cap. 3. ait, *Completorium ideo dicitur, quia in eo completur quotidianus uſus cibi, ſiue potus , qui neceſſario ſumitur ad ſuſtentationem corporis ſeu locutio communis . Vnde , & apud Monachos tenetur uſus ex Regula S. Benedicti , ut ab eo officio clauſtra oris muniant , & ea*

F aliena

Digitized by Google

aliena faciant à communi colloquio, uſque dum iterum ad opera redeant,& lib.de ordine antiphonarij cap.7. loquens de Completorio ait:*in eo ſumma perfectio eſt cæterorum officiorum*,& infra *iſtud officium ad noctem pertinet, ſed propter effectum ſui nominis in fine cæterorum officiorum ponitur*, *In iſto conſumitur eſus,potus,& collatio,& omne commune opus.* Hugo de S.Victore lib.2. de officijs Eccleſiaſticis c. 7. ait *Completorium ideo dicitur,quia in eo complentur,quæ uſque ad dormitionis quietem facienda ſunt.*idem etiam dicit Gulielmus Durand. in Rationali diuinorum officiorum c.10.n.1.fin.

10 Officium Primæ, & Completorij eamdem habent inter ſe proportionem,& ſimilitudinem,quam ſupra diximus habere Laudes matutinas, & veſpertinas, vt bene obſeruauit Radulphus Tungrenſis in lib.de Canonum obſeruantia propoſitione 14.colum.2.fin.Sunt enim officia ſimillima, nam habent eumdem numerum, & ordinem pſalmorum, & precum;in vtroque dicitur hymnus,ſymbolum,fit confeſſio,& abſolutio,& dicitur Capitulum,ſed Completorium præcellit in Cantico Simeonis; quare ſicut officium Primæ recitatur prima hora diei, ita officium Completorij recitari debet prima hora noctis,quemadmodum,quia Laudes matutinę celebrantur vltima hora noctis, Laudes veſpertinæ celebrari debent vltima hora diei,vt ſupra probatum eſt.Dices illa verba *Te lucis, ante terminum*, ſignificare videntur Completorium recitandum eſſe, ante occaſum ſolis;ergo non prima hora noctis. Reſpondeo terminum lucis non eſſe occaſum ſolis, ſed finem crepuſculi,cum igitur Completorium recitari debeat, ante finem crepuſculi,vere recitatur,ante lucis terminum.

CAPVT II.

De Choro Eccleſiaſtico.

QVoniam tam clerici ſæculares,quam Regulares ad chorum deputati,& Moniales tenentur diuinum officium publice in choro recitare : neceſſarium duxi in hoc ſecundo capite agere de choro eccleſiaſtico, & de ijs, quæ pertinent ad inſtitutionem,& veluti naturam ipſius chori ; in ſequenti vero capite de illis, qui tenentur horas canonicas publice in choro recitare.& ideo hoc caput ſequentia dubia continebit. Primũ

Quid

Digitized by Google

Quid ſit Chorus Eccleſiaſticus, & vnde dicatur. Secundum, An vſus in choro canendi, ſit antiquus. Tertium Quis fuerit primus author Antiphonarum, ſeu vſus alternatim pſalmos in choro canendi. Quartum, An ſit de ratione diuini officij, vt tã in choro, quam extra chorum voce alta, & ſenſibili illud proferatur. Quintum, An in choro dum diuinum officium perſoluitur, licitus ſit cantus organicus, quem figuratum appellant. Sextum denique, An in choro dum canitur diuinum officium, licitum ſit vti muſicis inſtrumentis.

DVBIVM I.

Quid ſit Chorus Eccleſiaſticus, & vnde dicatur.

1 RESpondeo, & dico primo Chorum duobus modis accipi poſſe, primo pro loco, in quo perſonæ Eccleſiaſticæ pſalmos, hymnos, & Laudes diuinas cantare, & pſallere ſolent, qui locus ab altari, & ab ea parte templi, in qua populus adſtat ſecerni ſolet; ſecundo vero modo ſumitur, pro ipſo cantu, & pſalmodia, quæ in prædicto loco exercetur. quare primo modo ſumitur continens, pro contento. ſi igitur chorus primo modo ſumatur, dicitur à chorea, ſeu corona, eo quod initio in modũ coronæ, circum aras clerici ſtabant, & ita pſalmos concorditer concinebant. hoc ſignificare videtur Eccleſiaſticus cap. 50. ver. 13. vbi agens de Simone magno ſacerdote ait *Ipſe ſtans, iuxta aram, & circa illum corona fratrum*, & S. Dionyſius Areopagita cap. 3. de Eccleſiaſtica hierarchia par. 3. paulo poſt principium agens de cantu eccleſiaſtico ait *diuinorumque cantuum concentu, quaſi vna conſentaneaque ſacrorum chorea*, quibus verbis videtur ſignificare antiquum modum canendi, qui fiebat per vnũ chorum ſtantem circum aram per modum coronæ, aut choreę; ita expreſſe S. Iſidorus lib. 6. etymologiarum cap. 19. in principio, vbi ait, *dictus eſt chorus, quod initio in modum coronæ, circum aras ſtarent, & ita pſallerent*, & lib. 1. de officijs eccleſiaſticis c. 3. ait *Chorus ab imagine ductus eſt coronæ, & ex eo ita vocatus*, planius vero, & apertius idem explicant Rabanus Maurus lib. 1. de inſtitutione clericorum cap. 33. Amalarius Fortu. de eccleſiaſtico officio cap. 3. Ioannes Stephanus Duran. lib. 1. de ritibus eccleſiæ catholicæ cap. 17. num. 1. Gulielmus Duran. in Rationali diuinorum officiorum lib. 1. cap. 1. num. 18. ait *dictus*

Digitized by Google

eſt autem chorus à chorea, vel corona; olim enim in modum coronæ, circa aras ſtabant, & ita pſalmos concorditer concinebant. idē dicunt Thomas Vualdenſis 103. de Sacramentalibus, titulo 2. cap. 19. num. 2. Marcellus Francolinus tractatu de tempore horarum canonicarum c. 3. n. 25. & 26.

2 Quæres, an chori in hac prima acceptione ſumpti fiat mentio in eccleſiaſticis canonibus: Reſpondeo affirmatiue; nam de eo paſſim Concilia loquuntur; Concilium Turonenſe Secundū Can. 3. ſtatuit, *vt laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrantur, inter clericos, tam ad vigilias, quam ad miſſas ſtare penitus nō præſumant, ſed pars illa, quæ à Cancellis verſus altare diuiditur, choris tantum pſallentium pateat clericorum.* Hoc Concilium celebratum fuit ſub Pelagio Papa I. qui ſedit anno Chriſti 555. & Concilium Toletanum 4. celebratum ſub Honorio Papa I. qui ſedit anno Chriſti 626. can. 17. ſtatuit, *vt ſacerdotes, & leuitæ, ante altare communicent, in choro clerici, extra chorum populus.* ſolet etiam chorus presbyterium appellari. c. Sacerdotum de conſecrat. diſt. 2. vbi dicitur *nulli laicorum liceat in eo loco, vbi ſacerdotes, & reliqui clerici conſiſtunt, quod presbyterium nūcupatur; quando Miſſa celebratur, conſiſtere, ut libere ac honorifice poſſint ſacra officia exercere,* quod autem hoc loco chorus intelligatur, & non ſacrarium, ſeu altare, manifeſtum eſt, quia clerici diaconis inferiores, non poterant ingredi ad altare; nam ſolis presbyteris, & diaconis id erat conceſſum; ita ſtatuit Concilium Laodicenum celebratum in fine Pontificatus Liberij, qui ſedit anno Chriſti 352. & confirmatum in ſexta ſynodo generali in Trullo celebrata; Can. 21. vbi ſic ait, *non oportet ſubdiaconos licentiam habere in ſecretarium, ſiue ſacrarium quod Græci diaconion appellant ingredi,* & refertur à Gratiano in C. Non oportet 23. diſt. vbi Gloſſa ait *ſecretarium, id eſt altare, & uerbo diaconium,* ait *Diaconium appellatur altare, quia ibi diaconus miniſtrat ſacerdoti.* Ex dictis patet Chorum appellari presbyterium, cum ſit locus ſacerdotum, & reliquorum clericorum. De ſedilibus autem chori, ſeu ſubſellijs meminit S. Clemens Romanus lib. 2. conſtitutionum Sanctorum Apoſtolorū cap. 61. in principio, vbi ait *In eius medio ſit Epiſcopi ſedes, ad cuius utrumque latus conſideant presbyteri diaconi aſſiſtant ſuccincti, & expediti.* quibus verbis dum dicit conſideant presbyteri, ſedilia ſeu ſubſellia indicat, & S. Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, commemorat Arianos in magna

Digitized by Google

platea combuſſiſſe Thronum ſubſellia,menſam ligneam,aliaq; Eccleſiæ Alexandrinæ ſuppellectilia.

3 Dico ſecundo ſi chorus ſecundo modo ſumatur eſſe cantantium conſenſionem.ita expreſſe docet S.Auguſtinus in pſalmū 149. ante medium , in id *Laudent nomen eius in choro*,vbi ait, *& chorus,quid ſignificat? Multi nouerunt chorum,& quia in ciuitate loquimur prope omnes norunt . Chorus eſt conſenſio cantantiū* S.Iſidorus lib.6.etymologiarum cap.19.in principio , ait *Chorus eſt multitudo in ſacris collecta* . Prædictorum ſententiam ſequuntur Amalarius Fort.lib. . de Eccleſiaſtico officio cap.3. initio, Gulielmus Duran. in Rationali diuinorum officiorum lib.1.cap.1.num.18.vbi ait,*Sane chorus clericorum eſt conſensio cantantium vel multitudo in ſacris collecta* Thomas Vualdenſis tom.3.de Sacramentalibus tit.2.cap.19.num.2.ſic ait , *Hi ergo Chori ſunt,qui multi concinunt , & tunc,cum inuicem concinunt ſunt chori compoſiti*;Hanc ſententiam ſequitur Marcellus Francolinus in tractatu de horis canonicis c.3.n.26.

4 Dico tertio Chorum in hac ſecunda acceptione ſumptum dictum eſſe à concordia,quæ in charitate conſiſtit; ita S. Iſidorus loco citato , vbi ſic ait *Alij Chorum dixerunt à concordia, quæ in charitate conſiſtit, quia ſi charitatem non habeat reſpondere conuenienter non poteſt,cum autem vnus canit græce* Μονωδία, *Latine ſolicinium dicitur, cum vero duo canunt bicinium appellatur,cum multi chorus ; nam chorea ludicrum cantilena, vel ſaltationes claſſium ſunt*.Idem docet Rabanus lib.1. de inſtitut. Clericorum cap.33.& Gulielmus Duran.loco citato num.18. fin. Ego vero dicerem Chorum dictum eſſe à concordia canentiū, & conſonantia reorum;quare ille vere, & proprie dicendus eſt Chorus,vbi eſt multorum canentium concors , & conſona vocum modulatio.Hæc ſententia aperte colligitur ex S. Auguſtino loco citato,vbi ſubdit,*ſi in Choro cantemus, concorditer cantemus,, in choro cantantium quiſquis voce diſcrepauerit,offendit auditum,& perturbat chorum*.S.Iſidorus lib.1. de officijs eccleſiaſticis cap. 1. ad rationem chori requirit multitudinem canentium, ſic enim ait. *Chorus proprie multitudo canentium eſt ; quippe apud Iudæos , non minus decem conſtat canentibus; apud nos autem incerto numero paucioribus,aut plurimis , ſine vllo diſcrimine conſtat*.S.Auguſtinus loco citato dicit,*Chorum myſtice ſignificare vitam iuſtorum,qui voce , & opere Deum laudant,* & ideo Pſalmiſta ait,*Laudent nomen eius in choro , in tympano, &*

pſalte-

Digitized by Google

pſalterio pſallant ei,& ſubdit,*quare aſſumit tympanum , & pſalterium? vt non ſola vox laudet, ſed & opera,quando aſſumit tympanum , & pſalterium manus concinunt voci .* Gulielmus vero Duran.loco citato ait *duo chori pſallentium deſignant Angelos , & ſpiritus iuſtorum,quaſi reciproca voluntate laudantium , & ſe ad bonam operationem inuicem exhortantium.*

DVBIVM II.

An vſus in Choro canendi ſit antiquus.

1 RESpondeo , & dico primo vſum in Choro canendi antiquiſſimum eſſe.ratio eſt, quia initium habuit à Moyſe , qui,cum filijs Iſrael,poſt tranſitum maris rubri carmen Domino cecinerunt,Exodi 15.1.*tunc cecinit Moyſes,& filij Iſrael carmen hoc Domino,& dixerunt.Cantemus Domino : glorioſe enim magnificatus eſt.*ita expreſſe docet S. Iſidorus lib. 1. de eccleſiaſticis officijs cap. 3. vbi ait , *Choros idem Moyſes,poſt tranſitum rubri maris primum inſtituit,vtrorumque ſexuum diſtinctis claſſibus ſe,ac ſorore praeunte canere Domino in choris carmen triumphale perdocuit* . Alij dicunt chori inſtitutionem initium habuiſſe ex Rege Dauid, qui non ſolum pſalmos plurimos compoſuit,ſed etiam choros cantorum inſtituit,quando arcam Domini reportauit ex domo Obededon in ciuitatem ſuam 1.Paralipomenon. cap. 15. & 16. ita docet Amalarius Fortunatus lib.3.de eccleſiaſtico officio cap.3. vbi ait , *Cantorum ordinem ſuſcepimus ex Dauidica inſtitutione,quando reportanda erat arca Domini de domo Obededon in ciuitatem Dauid.*Alij putant vſum in choro canendi ab ipſis Angelis originem duxiſſe : nam Iſaias cap.7. refert ſe vidiſſe Seraphim duo laudes Dei in choro canentes,ſic enim ait verſ. 3. *& clamabant alter,ad alterum, & dicebant, Sanctus Sanctus , Sanctus Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius* . ita docet Alfonſus de Caſtro lib.4.aduerſus hæreſes verbo cantus fol.1.vbi ait , *Duo namque Seraphim clamabant alter ad alterum Sanctus, Sanctus, Sanctus. &c. Ad quorum ſimilitudinem duo chori in Eccleſia fiunt, qui per vices alternas cantant, & tamquam duo Seraphim alter , ad alterum clamant.*Et nato Chriſto Domino Angeli cecinerunt,nam vt refert S.Lucas cap.2.verſ.13. *Facta eſt , cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum , & dicentium Gloria in altiſſimis*

Digitized by Google

tiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ex quo verba illa hymnum Angelicum appellare cœperunt, vt notat Vualfridus Strabo in libro de rebus eccleſiaſticis cap. 22. colum. 1. fin. & conſtat ex Concilio Toletano 4. can. 12. vbi *Angelicum hymnum appellat* hanc ſententiam ſequitur Cardinalis Bellarminus tom. 4. controuerſiar. lib. 1. de bonis operibus cap. 16. exemplo 1 & 2. P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis Canon. cap. 7. num. 9.

2 Dico ſecundo huius antiquæ conſuetudinis laudes Dei in choro canẽdi in lege gratię ab ipſo Chriſto eiuſq; Apoſtolis initiũ ſumpſiſſe. nam, cũ obuiam Chriſto venirent turbæ Matth. 2.9. & quæ præcedebant, & quæ ſequebantur quaſi in duobus choris diſtinctę clamabant dicentes *Hoſanna filio Dauid benedictus, qui venit in nomine* Domini *Hoſanna in altiſſimis*, eas Chriſtus probauit, & Principes ſacerdotum, & ſcribas volentes prohibere pueros clamantes in templo Hoſanna filio Dauid compeſcuit dicens eis *Nunquam legiſtis, quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti Laudem*. Et Lucæ 19. verſ. 40. dixit Phariſæis. *Si hi tacuerint lapides clamabunt*, & Matthæi 26.30. Marci 14.27. poſt cœnam *hymno dicto exierunt in Montem Oliueti*: Nam vere fuiſſe hymnum illum à Chriſto, & Apoſtolis cantatum indicat Concilium Toletanum 4. Can. 12. vbi ait De *hymnis, & pſalmis, etiam canendis publice in Eccleſia, & Saluatoris, & Apoſtolorum habemus exemplum; nam & ipſe* Dominus *hymnum dixiſſe perhibetur Matthæo Euangeliſta atteſtante, & hymno dicto*, & refertur cap. de hymnis de conſecratione diſt. 1. & colligitur ex ipſa voce græca *ὑμνήσαντες*, & ex Sancto Auguſtino, qui explicans titulum pſalmi 72. docet de ratione hymni eſſe, vt canatur, ſi enim non canetur hymnus vocari non poteſt. Sic enim ait *Hymni Laudes ſunt* Dei, *cum cantico, hymni cantus ſunt continentes laudes* Dei, *ſi ſit laus, & non ſit* Dei, *non eſt hymnus, ſi ſit, & laus, & Dei laus, & non cantetur, non eſt hymnus, oportet ergo vt ſi ſit hymnus habeat hæc tria, & laudem, & Dei, & canticum*, & epiſtola 119. cap. 18. ad hunc locum aſpiciens dicit *de canendis hymnis nos habere Saluatoris, & Apoſtolorum exemplum*. S. Iſidorus lib. 6. etymologiarum cap. 19. colum. 2. ait de ratione hymni eſſe, vt canatur. Hanc ſententiam docent Thomas Vualdenſis tom. 3. de ſacramentalibus tit. 2. cap. 17. num. 6. Alfonſus à Caſtro lib. 4. aduerſus hæreſes, verbo cantus fol. 2. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 2. arg. 4. Cardinalis

Bellar-

Digitized by Google

Bellarminus tom.4.lib.1.de bonis operibus cap.16. P. Benedictus Iuſtinianus Magiſter meus in epiſt.ad Epheſios cap.5.19. num.1.& 3.

3 Dico tertio vſum Dei laudes in choro canendi à temporibus Apoſtolorum fuiſſe in Eccleſia Chriſti frequentatum; nam actorum 4.24.redeuntibus Apoſtolis à Concilio Phariſæorum ad fidelium cœtum, & narrantibus illis quomodo eos dimiſiſſent, ſubditur. *Qui cum audiſſent vnanimiter leuauerunt vocem ad* Deum, *& dixerunt*: Domine *tu es, qui feciſti cœlum, & terram, &c.* vbi non tantum corda, ſed etiam vocem ad Deum eleuaſſe dicuntur, vt notat Lyranus, & indicat Chryſoſtomus; quare, cum multa eo modo orantes dixiſſent videntur ad modum chori cecinisse & Actorum 16.25. *Paulus, & Silas media nocte orantes, laudabant* Deum, hoc eſt hymnos cantabant, nam hoc ſignificant verba græca προσευχόμενοι ὕμνοι. Quod autem clara, & elata voce canerent, conſtat ex eo, quod audiebantur ab alijs, qui erant in cuſtodia, & Paulus ad Epheſios 5.19. ait *Implemini Spiritu ſancto loquentes vobismet ipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris* Domino, vbi dum dicit pſallentes in cordibus veſtris, non vocem excludit, ſed declarat illud eſſe præcipuum, etiam, cum voce oramus. & Haymo in hunc locum, ait *nobismet ipſis loquimur, quando alternatim canimus pſalmos*. Idem etiam dicit ad Colloſſenſes 3.16. *Commonentes nosmet ipſos pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus in gratia cantantes in cordibus veſtris* Deo. In his conueniunt Thomas Vualdenſis tom.3. de ſacramentalibus tit.2.cap.18. Alphonſus à Caſtro loco citato Sotus loco citato arg.6.

4 Dico quarto Prædictum canendi vſum ab ipſo Eccleſiæ naſcentis exordio, vſque ad noſtra tempora fuiſſe perpetuo continuatum, & conſeruatum: hoc aperte colligitur ex antiquis Patribus, & Scriptoribus Eccleſiaſticis; nam Dionyſius Areopagita lib.de eccleſiaſtica hierarchia cap. 7. parte 2.meminit cantus eccleſiaſtici, quo vtebatur Eccleſia illius temporis in ſepeliendis mortuis, S. Clemens Romanus S. Petri Apoſtoli diſcipulus lib. 8. conſtit. Apoſtolicarum cap.34.alias 40.ait, *Preces veſtras facite diluculo Tertia hora, Sexta, Nona, Veſpere, & in Galli cantu*, quod autem ibi loquatur de oratione publica, patet ex his, quæ ſubiungit; *Si propter infideles ad Eccleſiam iri nõ poteſt, domi cætus congregabis O Epiſcope, ne pius ingrediatur*

Eccle-

Eccleſiam impiorum. Iuſtinus Martyr, qui floruit anno Chriſti 150. in Apologia 2. pro Chriſtianis in fin. agens de vſu Baptiſmi ſolemnis, de baptizato ſic ſubdit *Eum ad eos, qui fratres dicuntur ducimus, & in eum locum, quo conuenerunt, comprecandi cauſa*. Et infra *Tunc ſurgimus omnes, & comprecamur*. Plinius 2. lib. 10. epiſt. 97. ad Traianum Imperatorem de Chriſtianis illius temporis, ait *Affirmabant autem hanc fuiſſe ſummam, vel culpæ ſuæ, vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die, ante lucem conuenire, carmenque Chriſto, quaſi Deo dicere, ſecum inuicem*. Quo teſtimonio niſi ſunt Tertullianus in Apologetico cap. 2. Euſebius lib. 3. hiſtoriæ cap. 32. Paulus Oroſius lib. 7. cap. 12. Nicephorus lib. 3. cap. 17. Philo Iudæus lib. de vita contemplatiua, ſiue ſupplicum virtutibus; agens de primis Chriſtianis S. Marci Euangeliſtæ diſcipulis, qui apud Alexandriam vitam monaſticam exercebant, ait: *Eos pſalmos, & hymnos in choris congregatos canere, ſeorſim viros à mulieribus in duobus diſtinctis choris*. Idem ex Philone refert Euſebius lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 17. S. Epiphanius, qui floruit anno Chriſti 370. lib. 3. contra hæreſes fin. ait, *Matutini etiam hymni in ipſa Sancta Eccleſia perpetuo fiunt, & orationes matutinæ, lucernaleſque ſimul pſalmi*. S. Baſilius qui eodem, etiam tempore florebat epiſt. 63. ad Clerum Neocæſarienſem docet *Ritum in Eccleſiis canendi à ſe receptũ, orienti pene toti eſſe communem*. S. Hilarius in commentario pſ. 65. ait: *Audiat orantis populi conſiſtens quis extra Eccleſiam, vocem, ſpectet celebres hymnorum ſonitus*. S. Ambroſius in oratione de tradendis Baſilicis, quæ habetur lib. 5. epiſtolarum Cantum Eccleſiaſticum, hymnoſque ſuos defendit. S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 56. in Matthæum, & 59. ad Populum Antiochenum, refert Monachos nocte ſurgentes, hymnoſque in choro canentes; S. Hieronymus in epiſt. 22. ad Euſtochium, poſt medium, loquens de monaſterijs Virginum à S. Paula fundatis ait: *noctis medio per ordinem pſalterium cantabant* S. Auguſtinus lib. 9. confeſſionum cap. 7. Scribit de cantu à S. Ambroſio in Eccleſia Mediolanenſi inſtituto; idem etiam docent omnes alij Patres, Nanziazenus, Cyprianus, Climacus, Caſſianus, Beda, S. Bernardus, & alij, quos referunt Ioannes Stephanus Durandus lib. 3. de ritibus Eccleſiæ Catholicæ c. 4. & 21. Marcellus Francolinus tractatu de tempore horarum Canonicarum c. 2. & 3.

5 Quæres an prædictus modus Dei laudes in choro canendi ſit Eccleſiæ authoritate ſancitus, & confirmatus; Reſpondeo

affirmatiuè, nam Damaſus Papa decreuit, *Vt pſalmi in Eccleſia die noctuque cantentur.* ita refert Beda in Martyrologio die 11. Decembris, & liber Pontificalis in vita ipſius Damaſi, Vualfridus Strabo lib. de rebus Eccleſiaſticis cap. 25. colum. 1. & in Breuiario Romano à Clemente VIII. recognito in lectione 3. ipſius vitæ, ſic legitur: *Statuit, vt quod pluribus iam locis erat in vſu, pſalmi per omnes Eccleſias die, noctuque ab alternis canerentur, & in fine cuiuſque pſalmi diceretur Gloria Patri, & Filio, & Spiritui. S.* Idem refert Sigisbertus in chronico anno 382. fin. Rodulphus Tungrenſis lib. de canonum obſeruantia, propoſitione 8. colum. 1. S. Gregorius Magnus in Concilio Romano decreuit, *vt Diaconi in choro non cantent, ſed ſolum Euangelium, inter Miſſarum ſolemnia legant; pſalmos vero, ac reliquas lectiones ſubdiaconi, aut minores clerici canant.* Habetur lib. 4. epiſtol. 44. ſeu cap. 88. in lib. 12. poſt finem epiſtolarum, & refertur cap. In Sancta Romana 92. diſt. Idem etiam decreuerunt varia Concilia ex præcipuis orbis terræ partibus; Concilium Laodicenũ celebratum circa annum Chriſti 356. Can. 15. ſtatuit *Vt nullus alius in Eccleſia pſalmos canat, præter eos, qui cantorum funguntur officio.* Concilium Carthaginenſe IV. celebratum circa annum 384. Can. 10. ſic ſtatuit. *Cantor poteſt abſque ſcientia Epiſcopi, ſola iuſſione presbyteri officium cantandi ſuſcipere, dicente ſibi presbytero, Vide vt quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis operibus comprobes.* Refertur cap. pſalmiſta 23. diſt. Concilium Toletanum IV. celebratum ſub Honorio Papa, qui ſedit anno Chriſti 514. Can. 12. ait *De hymnis, & pſalmis, etiam canendis publice in Eccleſia, & Saluatoris, & Apoſtolorum habemus exemplum* refertur cap. De hymnis, de conſecrat. diſt. 1. Concilium Agathenſe celebratum, circa annum Chriſti 452. Can. 21. ſtatuit, *Vt hymni matutini, vel veſpertini decantentur diebus ſingulis* Concilium Aquiſgranenſe celebratum, circa annum Chriſti 800. Can. 132. & 133. monet cantores Eccleſiæ, *vt ædificationem, non adulationem populi quærant, dum ſacras lectiones, & pſalmos, atque hymnos modulatis vocibus canunt.* Denique Concilium Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. de reformat. præcipit, vt in Collegijs, ſeu Seminarijs, inter alia cantus diſciplinam diſcant.

Digitized by Google

DVBIVM III.

Quis fuerit Primus Author Antiphonarum, ſeu vſus alternatim pſalmos in choro canendi.

1 RESpondeo circa hoc dubium duas eſſe ſententias: prima docet Flauianum, & Diodorum Monachos Antiochenos, qui floruerunt tẽpore Conſtantij Imperatoris, fuiſſe huius conſuetudinis inuentores. ita tradit Theodoretus lib. 2. hiſtorię Eccleſiaſticæ cap. 24. vbi de ipſis loquens, ſic ait *Hi primi pſallentium choro in duas partes diuiſo, hymnos Dauidicos alternis canendos tradiderunt: quæ res primum incœpta Antiochiæ, vbique peruaſit, & ad vltimas orbis terræ oras peruagata eſt.* Eum ſequitur Sigibertus in chronico anno 382. fin. vbi ſic ait. *Vt autem chori in duas partes diuiſi ipſos pſalmos alternatim cantarent, id à tempore Conſtantij Imperatoris in Eccleſia Antiochena inſtituerant primi Flauianus, & Diodorus viri probatæ vitæ, & doctrinę; quod inde ad terminos totius orbis vſque peruenit.* Sigisbertum refert Rodulphus Tungrenſis lib. de Canonum obſeruantia propoſit. 8.

2 Secunda ſententia docet prædictam conſuetudinem à S. Ignatio Antiochiæ Epiſcopo primum fuiſſe introductam; ita refert Socrates lib. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 8. vbi ſic ait: *Iam vero dicamus, vnde conſuetudo hymnorum, qui in Eccleſia alternis decantantur initium cœperit. Ignatius Antiochiæ, quæ eſt in Syria tertius à Petro Apoſtolo Epiſcopus, qui, cum Apoſtolis ipſis multum verſatus eſt, viſionem vidit Angelorum, Sanctam Trinitatem hymnis alterna uoce decantatis, collaudantium, & formam canendi in uiſione expreſſam, Eccleſiæ Antiochenæ tradidit; unde illa traditio in omnibus Eccleſijs recepta eſt.* Idem etiam refert Caſſiodorus in tripartita lib. 10. cap. 9. & Nicephorus lib. 13. cap. 8. Hæc ſecunda ſententia eſt magis probabilis, & recepta; nam S. Baſilius, qui fuit Flauiano antiquior in epiſt. 63. ad clerum Neocæſarienſem huius conſuetudinis meminit, & ſignificat eam ſeipſomet Baſilio eſſe antiquiorem, quia non vt à ſe inuentam, ſed vt ab alijs vſitatam illam commemorat; & ideo hanc ſententiam ſequuntur Vualfridus Strabo lib. de rebus Eccleſiaſticis cap. 25. colum. 2. Amalarius Fortunatus lib. 4. de Eccleſiaſtico officio cap. 7. colum. 2. Hugo Victorinus lib 2. de

Digitized by Google

officijs Eccleſiaſticis cap. 6. Rodulphus Tungrenſis lib de Canonum obſeruantia propoſit.12. Gulielmus Durandus in Rationali diuiuinorum officiorum lib.1.cap.1.num.18.lib.5.cap. 2.num.36.Thomas Vualdenſis tom. 3. de Sacramentalibus tit. 2.cap.18.num.8.Nauar.cap.10.de oratione num. 27. Alphonſus à Caſtro lib.4.aduerſus hæreſes,verbo Cantus fol.2.Gilbertus Genebrardus lib.3.Chonographiæ anno Chriſti 383. Marcellus Francolinus tract.de tempore horarum canonicarum cap.3.num.3.Cardinalis Bellarmin.tom.4 controuer.lib.1. de bonis operibus cap.14.§.vltim.P. Henriquez lib.9. de Miſſa c. 31.num.8.P.Ioannes Azorius tom.1. inſtitutionum moralium lib.10.cap.7.quæſt 5.Suarius tom.2.de Religione lib.4. de horis canonicis cap.12.num.1.P.Leonardus Leſſius lib.2.de iuſt. cap.37.dubitatione 9.num.52.fin. P. Filiucius tom.2. tract.23. cap.6 qu.4.num.193.

3 Pro ſolutionē huius dubij,dico primo vtramque ſententiam veram eſſe, ſi bene intelligantur; nam prima ſententia intelligenda eſt,non de prima inſtitutione;ſed vel de inſtauratione, vel de commodiore aliqua ratione alternatim concinendi;ita expreſsè docet Gulielmus Durandus in Rationali diuinorum officiorum lib.1.cap.1.num.18.vbi ait *Flauianus, & Theodorus*(quod puto eſſe errorē impreſſoris pro Diodoro)*alternatim pſallere conſtituerunt, edocti ab Ignatio, qui ſuper hoc fuit diuinitus edoctus*. Marcellus Francolinus in tractatu de tempore horarum canonicarum cap.3.num.3. ſic vtramq; ſententiam conciliat. *Quod S. Ignatius primus Eccleſiæ tradidit ſimpliciter modum canendi alternatim; Flauianus vero, & Diodorus primi in ſpecie pſalmis Dauidicis hunc alternandi morem accomodauerunt,quos deinde plurimæ in oriente Eccleſiæ ſunt ſequutæ.*Et in vrbe Conſtantinopolitana primus S. Ioannes Chryſoſtomus prædictam conſuetudinem introducit,vt referunt Socrates lib. 6. hiſtoriæ cap.8.Caſſiodorus in tripartita lib.10.cap.8. Nicephorus lib.13.cap.8.Sozomenus lib.8.cap.8.eodem fere modo prædictas ſententias conciliat Cardinalis Bellarm. tom. 4. lib. 1.de bonis operibus cap.14.§.vltim.P.Henriquez lib.9.de Miſſa cap.13.num.8.

4 Dico ſecundo prædictum modum alternatim pſalmos canendi, ita vt ſinguli verſus alternis vocibus à pſallentibus dicantur,appellatum fuiſſe à Græcis veteribus vſum Antiphonarum,quia alternationem Græci Antiphonam vocant:Antipho

na

na enim eſt vox contraſonans,quod fieri videtur in viciſſitudine illa verſus pſalmorum alternatim canendi . ita docet S. Iſidorus lib.6.Etymologiarum cap.19.colum. 1. vbi ait *Antiphona ex Græco interpretatur vox reciproca,duobus ſcilicet choris alternatim pſallentibus , ordine commutato,ſiue de vno, ad vnum, quod genus pſallendi Græci inueniſſe traduntur* . & ideo omnes antiqui Scriptores dicunt S. Ignatium vſum Antiphonarum Eccleſiæ tradidiſſe , quia vidit viſionem Angelorum, qui per Antiphonas Sanctę Trinitati hymnos canebant.ita Vualfridus, Amalarius,Rodulphus,& alij locis citatis. Sed hic aduertendũ eſt,quod quamuis Antiphona. ſecundum ſuam primam impoſitionem ſignificet alternationem ,vt dictum eſt,qua ratione totus pſalmus , quatenus alternatim per verſus reciproce à duobus Choris canitur, dici poteſt Antiphona; nunc tamen Antiphona eſt breuis illa ſententia , quæ pſalmo præcinendo præmittitur , ſecundum cuius modulationem totus pſalmus canitur,atque vtrumque Chorum in fine coniungit, vt bene docet Amalarius Fortunatus lib.4.de Eccleſiaſtico officio c.7. colum.2.Cardinalis Bellar.to.4.lib.1.de bonis operibus c. 14. §.penultimo P.Suarius to.2.de Religione lib.4.de oratione vocali c.2.n.18.& cap.12.nu.1.

5 Quæres,quis nam fuerit primus , qui prædictam conſuetudinem in Eccleſia occidentali introduxit.Reſpondeo communem eſſe ſententiam S.Ambroſium Mediolanenſem Epſcopum eam introduxiſſe;ita ſcribit S. Paulinus Nolanus Epiſcopus in vita S.Ambroſij,his verbis.*Hoc in tempore primum Antiphonæ, Hymni , ac Vigiliæ in Eccleſia Mediolanenſi celebrari cœperunt; cuius celebritatis deuotio vſque in hodiernum diem, non ſolum in eadem Eccleſia , verum per omnes pene occidentis Prouincias manet.* Meminit etiam S.Auguſtinus lib. 9. confeſſionum cap.7. vbi ait *Tunc Hymni,& Pſalmi,vt canerentur, ſecundum morem Orientalium partium inſtitutum eſt , & ex illo in hodiernum retentum,multis iam,ac pæne omnibus gregibus tuis , & per cætera orbis imitantibus.*Idem refert S.Iſidorus lib. 1. de Eccleſiaſticis officijs cap.7.Rabanus lib. 2. de inſtitutione Clericorum cap. 50.Vualfridus Strabo lib.de rebus Eccleſiaſticis cap.25.colum. 1.Smaragdus Abb.in Regulam S. Benedicti cap. 9.Rodulphus Tungrenſis lib. de canon obſeruantia propoſit. 12. Thomas Vualdenſis tom.3.de Sacramentalibus tit.2.cap.19.num. 4. Sigisbertus in Chronico anno 387.ſic ait *Ambroſius Epiſcopus ri*

Digitized by Google

tum canendi Antiphonas in Eccleſia primus, apud Latinos tranſtulit à Græcis, apud quos hic ritus iam inoleurat ex inſtituto Ignatij Antiocheni Epiſcopi. Genebrardus lib. 3. Chonographiæ anno 380. Et hanc ſententiam ſequuntur etiam recentiores Polydorus Virgilius lib. 6. de inuentoribus rerum cap. 2. Marcellus Francolinus tractatu de tempore horarum canonicarum cap. 3. num. 8. & 9. Cardinalis Bellarm. tom. 4. controuer. lib. 1. de bonis operibus cap. 14. §. vltimo P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 7. quęſt. 5. P. Leonardus Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. num. 52. fin. P. Suarius. tom. 2. de Religione lib. de horis canonicis cap. 12. num. 1. P. Filiucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. q. 4. dicto 1. num. 193.

6 Dices S. Damaſus Papa qui eodem fere tempore vixit, cum S. Ambroſio, præcepit, vt pſalmi in Eccleſia die, noctuque alternatim canerentur, ergo prædictam conſuetudinem S. Damaſus introduxit in Occidente, & non S. Ambroſius. Antecedens probatur, nam ita referunt Martinus Polonus in ſupplemento Chronicorũ, Platina, & Onuphrius in vita Damaſi, Sigisbertus in Chronico anno 382. fin. Rodulphus Tungrenſis lib. de canonum obſeruantia propoſit. 8. colum. 1. Gulielmus Durandus in Rationali diuinorum officiorum lib. 5. cap. 2. num. 36. & alij. Reſpondeo id quod prædicti Scriptores referunt, ſic eſſe intelligendum; non quod S. Damaſus prædictam canendi conſuetudinem primus introduxerit; ſed quod, cum eſſet Summus Pontifex præcepit omnibus Eccleſijs, vt die, noctuque pſalmos canerent, & illo modo ab Ambroſio primũ in Occidente introducto, vterentur: & ideo Beda in Martyrologio die 11. Decembris, liber Pontificalis in vita Damaſi, & Vualfridus Strabo lib. de rebus Eccleſiaſticis cap. 25. colum. 1. fin. nulla facta mentione alternationis, de eo hæc referunt. *Hic conſtituit, vt pſalmi die, noctuque canerentur per omnes Eccleſias, & hoc præcepit Epiſcopis, presbyteris, & Monaſterijs* Nauarrus cap. 10. de oratione num. 27. & 28. dicit Damaſum non fuiſſe primum inuentorem huius conſuetudinis, ſed præceptum dediſſe id faciendi in choro. Polydorus Virgilius lib. 6. de inuentoribus rerum cap. 2. ait *vtrumque poſſe dici authorem huius conſuetudinis, cum eodem tẽpore vixerint*; nam quod Ambroſius incepit Damaſus ſequutus eſt, Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canon. cap. 3. num. 8. & 9. ait Damaſum præcepto id fieri ſtatuiſſe, P. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis Canon. cap. 12. num. 1. ait

præ-

Digitized by Google

prædictam conſuetudinem ab Ambroſio Mediolani introductam eodem fere tempore Damaſum probaſſe, & Romanæ Eccleſiæ imperaſſe.ideoque illi,etiam ſpecialiter attribui in Pontificali . idem dicit P.Filiucius tom.2.tract.23.cap.6.quæſt.dicto 1.nu.193.

7 Dices modus cantandi pſalmos alternatim videtur originẽ traxiſſe ab Hebræis,nam Rex Dauid 2.Regum 6. 12. conſtituit ſeptem choros canentium Domino,& Eſdra lib.2. cap.12.ver. 31.duos conſtituit Choros,ita Amalarius Fortunatus lib. 3. de Eccleſiaſtico officio cap. 3. & hanc ſententiam expreſsè ſequitur Polydorus Virgilius lib.6. de inuentoribus rerum cap. 2. Reſpondeo ex pluralitate chororum,non inferri neceſſario alternationem cantus; nam poſſunt eſſe plures chori , qui ſimul omnes canant in diuerſis partibus conſtituti ; ita vt vnus nihil communicet, cum altero , & ita videtur Dauid feciſſe in reductione arcæ,& Eſdra in dedicatione templi: vel poſſunt conſtitui plures chori in eadem parte , qui ſibi inuicem ſuccedant in cantu,ita vt finito vno choro, omnium ſimul canentium , alter incipiat.Quare probabilius puto hunc modum alternatim canendi potius originem traxiſſe ex Seraphinis,quos Iſaias cap. 6.vidit clamantes Sanctus, Sanctus, Sanctus ; nam ibi Iſaias dicit,quod clamabant alter , ad alterum,hoc eſt Vnus prius canebat,& poſtea alter reſpondebat.Hanc ſententiam videtur ſequi S.Iſidorus lib.1.de Eccleſiaſticis officijs c. 2. vbi dicit hanc fuiſſe inſtitutionem Græcorum ad imitationem illorum Seraphinorum introductam;Alfonſus à Caſtro lib. 4. aduerſus hæres.verbo cantus , circa medium , vbi cum adduxiſſet verba Iſaiæ , ait *Ad quorum ſimilitudinem duo chori in Eccleſia ſiunt, qui per vices alternas cantant , & tamquam duo Seraphim alter, ad alterum clamant.*Eamdem ſententiam probabiliorem exiſtimat Marcellus Francolinus tract.de tempore horarum Canon. cap.3. num. 22. vbi ait hanc viſionem ſimilem eſſe illi, quam vidit S.Ignatius,P.Suarius tom. 2. de Religione lib.4. de horis Canon.cap.12.num.1.fin.fin. agens de viſione Iſaiæ , ait *licet non interceſſiſſet alia canentium Angelorum viſio,illa ſufficeret ad excitandum pium animum ad reuereniendum hunc ritum laudandi* Deum.P.Filiucius tom.2.tract.23.cap.6. quæſt.4.dicto 1. num. 193. ait *Fundatur in Scriptura Iſaiæ 6. clamabant alter, ad alterum* .

DVBIVM IV.

An ſit de ratione Diuini Officij, vt, tam in Choro, quam extra Chorum voce alta, & ſenſibili proferatur.

1 Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet illum, qui ſolus officium diuinum mentaliter diceret, ad maiorem deuotionem, excuſari à peccato: hanc ſententiam ſequuntur aliqui, quos, ſine nomine refert P. Emanuel Sà in ſumma, verbo horæ Canonicæ, num. 11. eandem ſententiã ſpeculatiuè, non vero practice ſequitur Nauarrus in cap. 19. de oratione num. 88. verſ. Sexto, vbi ait: *poſſet teneri, etiam iure communi licere mentaliter tantum dicere, quæ ſecreto dici iubentur, quia verba uidentur requiri principaliter, vt alij audiant.* & cap. 20. num. 14. ait *ſuſtineri poſſet diſputando, licet ipſe non conſulerem, quod ea, quæ iubentur dici in Miſſa, & horis canonicis ſecreta, ſufficiat dicere mentaliter.* Sed hæc ſententia, vt bene aduertit P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis Canon. cap. 7. nu. 2. fin. practice non eſt probabilis, tum quia nullo authore, vel fundamento nititur; tum etiam, quia officium diuinum eſt oratio publica Eccleſiaſtica lege præcepta; Eccleſia autem non præcipit actum mere internum per ſe, ac nude ſumptum: denique non oportet præbere occaſionem introducendi nouos ritus. Iure igitur P. Emanuel Sà loco citato ait *Mihi tutum non videtur mente ſola dicere*, & P. Thomas Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 8. concl. 1. dicit non ſatisfacere, qui ſola mente recitat, & n. 4. dicit Nauarri ſententiam non eſſe probabilem.

2 Prædictam ſententiam videntur ſequi Rodriquez to. 1. quæſtionum regularium quæſt. 42. art. 4. & Ludouicus Miranda tom. 1. Manualis Prælatorum regularium quæſt. 37. art. 17. qui referunt priuilegium Leonis X. qui conceſſit Fratribus, *Vt ne mutuo ſe impediant in officio diuino, aut alijs ſint faſtidioſi, quod illa, quæ in ordinario iubentur dici ſecrete, ſub ſilentio tam in horis canonicis, quam etiam in Miſſa, non teneantur proferre vocaliter ſed ſatisfaciant dicendo mentaliter, aut legendo, inter ſe per librum, quia aliqui deuotius, ſic dicunt, & abſque impedimento, & faſtidio aliorum: & quod eodem modo poſſit facere, qui ſolus dicit officium per ſe, cum prolatio verbalis ſit præcipue, vt ab*

alijs

alijs intelligatur. Hoc priuilegium habetur in compendio priuilegiorum Mendicantium verbo officium diuinum 1.num.9. & illud referunt Nau.cap.19.de oratione num.88.& cap.20.n. 14.& Rodriquez,& Ludouicus Miranda locis citatis. Sed hoc Priuilegium confirmat prædictam ſententiam de iure communi non eſſe tutam,quia non indigeret priuilegio.

3 Secunda ſententia communis, & vera docet de neceſſitate diuini officij, vt ab Eccleſiæ Miniſtris recitatur, eſſe,vt voce ſenſibili proferatur,& hoc eſſe quaſi de ſubſtantia huius actionis moralis. Ratio eſt, quia,ita eſt ab Eccleſia inſtitutum, & præceptum illis,qui tenentur officium recitare; nam ex vi talis præcepti obligantur,non ſolum corde, ſed etiam voce orare,vt conſtat ex cap.1. & c. Dolentes,de celebratione Miſſarũ. & Clementina 1.eodem titulo:Hæc autem lex in ipſa officij diuini natura,& ſubſtantia fundata eſt, & ideo vox ſenſibilis eſt quaſi de eſſentia,& ſubſtantia diuini officij,quatenus eſt publica,& communis oratio. Hæc eſt expreſſa ſententia S. Thomæ 2.2. quæſt.83. art. 12. vbi ait. *Quod oratio communis, quæ per miniſtros Eccleſiæ in perſona totius fidelis Populi Deo offertur, oportet, vt innoteſcat toti Populo, pro quo offertur, quod non poſſet fieri,niſi eſſet vocalis, & ideo rationabiliter inſtitutum eſt, vt Miniſtri Eccleſiæ huiuſmodi orationes, etiam alta voce pronuncient,vt ad notitiam omnium poſſint peruenire.* Vbi addit Caietanus. *neceſſitatem eſſe communis orationis, vt ſit vocalis, quia in perſona Eccleſiæ offertur, quæ cum ex ſenſibilibus creaturis conſtet,oportet ſenſibiles,ac proinde vocales per ſuos miniſtros orationes offerre; alioquin neſciret, offerri per miniſtros orationis cultum, & munus, quod* Deo *per illos offert; ſolum enim nouit, quæ foris ſunt*,eãdem ſententiam expreſsè docent S. Antoninus 3.parte tit.13.cap.4.§.7.fin. Medina codice de oratione quæſt. 7.Nicolaus de Ploua in tractatu ſacerdoli, tit.de horis Canon. cap.de modo dicendi horas canonicas quæſt.3.Nau.cap.19.de oratione vbi ait,*Conſulendo tamen longe verius videtur omnem orationem publicam,etiam ſecreto dicendam,requirere verba ſaltem,inter dentes,& labia formanda*, & idem dicit cap.20 num. 14.Petrus de Aragonia 22.quæſt.83.art. 12. dubio 6.Cardinalis Tolet.in ſumma lib 2.cap.10.nu.3.verſ.tertia pars. P. Emanuel Sà verbo horæ n. 11.P.Ioannes Azorius tom.1.lib.10.cap. 11.quæſt.4. Suar.tom. 2. de Religione lib. 4.de horis canon.c. 7.num. 2. P. Reginaldus in Praxi lib. 18.tract.2.cap.12.ſect.6.

H dub.

Digitized by Google

dub.5.propoſitione 1.num.174.P.Filiucius tom.2.tract. 23. c. 5.queſt. 10.num.114.Bonacina tom.1.tract.de officio diſput.2. qu.1.puncto 3.num.1.

4 Quæres quænam vox neceſſaria ſit, quando diuinum officium publice in choro recitatur. Reſpondeo neceſſarium eſſe, vt tunc alta voce proferatur; ratio eſt, quia modus actionis debet eſſe accomodatus fini eius, ſed finis huius orationis publicę eſt, vt fideles eam audiant, & per eam ad deuotionem, gratiarum actionem, petitionem, vel Dei laudem excitentur; ad hoc autem neceſſarium eſt, vt alta voce proferatur, ergo neceſſario alta vox requiritur. Præterea, cum officium diuinum in choro alternatim canitur à multis; neceſſe eſt, vt ab ipſis cantoribus percipiatur, vt quiſque poſſit ſuam partem canere; hoc autem fieri non poſſet, niſi alta voce recitetur; ergo talis modus proferendi, eſt non ſolum conueniens, ſed etiam neceſſarius in publica diuini officij recitatione. & ita docet praxis, & communis Eccleſiæ vſus. In hac concluſione omnes Doctores conueniunt.

5 Quæres, an ille, qui in choro ſocios non adiuuat canendo verſus ſuos, illos tamen ſubmiſſa voce recitat obligationi chori, & debito diuinum officium perſoluendi, ſatisfaciat. Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet prædictum non peccare mortaliter, ac proinde ſatisfacere obligationi recitandi diuinum officium, ſi verſum alterius chori attente audiat, quia quamuis male faciat, ſi id, ſine iuſta cauſa facit; nam languidum, & remiſſum ſe præbet in laudibus diuinis, implet tamen præceptum recitandi diuinum officium, cũ integrum perſoluat, vnum verſum ſubmiſſe recitando, & alterum attente audiendo, & ideo non tenetur illud iterum recitare. Ratio huius ſententiæ eſt, quia ad hoc, vt quis, cum alijs orare dicatur, ſatis eſt, vt choro pſallentium corpore, & animo aſſiſtens, partim audiat canentes, & partim ipſe recitet, ita vt ab ijs, qui circumſtant audiri poſſit; nam ius canonicum ſolum præcipit intereſſe choro, & ad ſummum, ibi officium recitare, non vero canere, vt patet ex C.Finali diſt.92. vbi Gloſſa ſic caput illud ſũmat. *Si quis Clericus noluerit diuinis officijs admonitus intereſſe, deponi debet*. Hanc ſententiam probabilem citat Caietanus in ſumma verbo horæ cap.vltimo §.finali; vbi ait *Si autem intelligerem, quod viri timorati conſueuerunt ſic facere, dicerem, quod conſuedo bonorum optima eſt legum interpres, & ebari-*

Digitized by Google

charitas, quæ omnia communia reddit, vt uerſus auditus ſit communis omnibus, audientibus, tanto magis, quanto Maiores in choro non debent cantare, ſed meditari, quæ ab inferioribus cantantur. Eamdem ſententiam abſolute docent Tabiena verbo horæ §. 33.num.34.fin. Petrus Nauar.lib.2.de reſtit.cap. 2.nu.216. Petrus de Aragonia 22.quæſt.83.ar.12.dub.vlt.concl.2. Emanuel Rodriquez parte 1.ſummæ cap.143.concluſ.2. P. Suarius tom. 2.de Religione lib.4.de horis canonicis cap.12.num.8. P. Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dubio 14.num. 2. P. Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.34.dubio 33.num. 184. P. Filiucius tom.2.tractatu 23.cap.6.nu.195. Molfeſius in ſumma tract.5.cap.2.nu.24. Bonacina to.1.tract. de officio diſp.1.q.3. puncto 2.§.1.nu.16.

6 Secunda ſententia docet ex vi iuris communis prædictum non ſatisfacere obligationi chori, & præcepto recitandi diuinum officium. Ratio eſt, quia quilibet ad Chorum deputatus tenetur integrum officium recitare, vt patet ex C.1.de celebratione Miſſarum. Ergo hoc præceptum debet implere, vel per ſe, vel per communicationem, cum alijs, ſed cum quis ſubmiſſe recitat alternatim verſus, non recitat totum officium per ſe; nec communicat cum alijs, quia orationem ſuam non communicat alteri choro, nam ſibi recitat, & non alijs, ergo non implet præceptum recitandi integrum officium; ergo neque ſatisfacit obligationi. confirmatur, quia, vt ſatisfaciat, neceſſe eſt, vt cantet partem ſuam, non tantum materialiter, ſed formaliter; ideſt, vt partem illius communis orationis, quod non facit, qui non, cum alijs, ſed ſubmiſſe officium ſibi ſoli recitat. Hanc ſententiam expreſsè docet, & probat Caietanus tom.1. opuſculorum tract.31.reſponſione 8. & in ſumma verbo horæ cap. vltimo §.finali, Armilla eodem num. 22. vbi ait *prædictum non ſatisfacere, & mortaliter peccare, ſi non replicat.* Nauarrus cap.10. de oratione num.47. Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.4.concluſ.3.fin. Iacobus Graſſijs parte 1.deciſionum lib. 2.cap.52. num.21. P. Ioannes Azorius to.1.lib.10.cap.11.quæſt.5. P. Paulus Comitulus lib.1.reſponſorum moralium quæſt. 62. num.2. P. Suarius tom.2.de Religione lib.4.de horis canonicis cap.12. num.8. P. Reginaldus in praxi lib.18.tract.2.cap.12.ſectione 6. dubio 6.num.175. P. Filiucius tom. 2. tract.23.cap.6.quæſt.5. num.195. Paulus Squillans parte 1.de obligatione Clericorum dubio 29.num.60. Deza parte 1.cap.55. Bonacina tom.1.trac-

Digitized by Google

catu de officio diſputatione 1. quæſt. 3. puncto 2. num. 17. Pro ſolutione Dubij

7 Dico primo illum, qui in choro ſubmiſſa voce recitat partẽ diuini officij ad ſuum chorum pertinentem, licet attentè audiat partem alterius chori alta voce canentis; nullo modo ſatisfacere obligationi chori, quæ eſt, vt cum alijs alta voce canat, ac proinde peccare, eo grauius, quo maior eſt obligatio, quam habet ad chorum; nam Canonici, & alij Clerici, quibus ratione beneficij, vel præbendæ dantur reditus Eccleſiaſtici ſpecialiter, vt choro inſeruiant, ſi non canunt, non ſeruiunt choro, nec implent officium ſuum, ac proinde peccant, contrà iuſtitiam, & per conſequens ex genere ſuo mortaliter; Regulares vero magis, vel minus graue ratione obligationis, quam habent ex Regula, vel conſtitutione, aut conſuetudine Religionis, prædicta autem obligatio reſpectu clericorum manifeſta eſt ex iure communi. nam in C. Finali 92. diſt. ſic ſtatuitur. *Si quis presbyter aut Diaconus, vel quilibet clericus Eccleſiæ deputatus, ad quotidianum pſallendi officium, matutinis, vel veſpertinis horis ad Eccleſiam non conuenerit, deponatur à Clero.* Quæ verba ſignificant hoc præceptum eſſe grauiſſimum, obligãs ſub peccato mortali, cum eius tranſgreſſioni imponatur pœna depoſitionis quæ eſt grauiſſima. præterea hæc verba faciunt ſenſum formalem, non materialem; nam conuenire ad officium pſallẽdi, non eſt conuenire in loco, in quo pſallitur, aut ad audiendã pſalmodiam, ſed eſt conuenire ad pſallendum, cum pſallentibus; & præter verborum proprietatem, materia ipſa hunc ſenſum poſtulat; clerici enim non deputantur, vt audiant, vel ibi appareant, ſed vt miniſtrent, & inſeruiant, & ita conueniunt ad pſallendum officium. Idem colligitur ex Concilio Baſilienſi ſeſſ. 21. titulo Quomodo diuinum officium in Eccleſia celebrãdum ſit, vbi dicitur. *Et cum pſallendi gratia ibi conueniant, muta, aut clauſa labia tenere non debent, ſed omnes præſertim, qui maiore funguntur honore, in pſalmis, hymnis, et canticis* Deo *alacriter modulentur.* Quare id qnod dixit Caietanus in ſumma verbo horæ in fine ſcilicet maiores in choro non debere cantare, ſed meditari, quæ ab inferioribus cantantur, eſt expreſsè, contra prædictum Concilium Baſilienſe, vt bene aduertit Nauarrus c. 10. de oratione quæſito 5. nu. 47. fin.

8 Denique hæc noſtra Concluſio probatur ex Concilio Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reformatione, prope finem, vbi agens de habentibus

Digitized by Google

bentibus dignitatem, Canonicatus, Præbendas aut portiones in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis, ait *Omnes diuina per ſe, & non per ſubſtitutos compellantur obire officia, atque in choro ad pſallendum inſtituto hymnis, & canticis Dei nomen reuerẽter, diſtinctè, deuoteque laudare.* Vbi Concilium agit de modo pſallendi in choro, & vel imponit, vel ſupponit obligationem pſallendi in choro; non enim præciperet hos omnes ad id compelli, niſi ipſi tenerentur, ex quibus conſtat inferiores clericos beneficiatos choro addictos multo magis eadem obligatione teneri, & idem cum proportione dicendum puto de Regularibus; nec ſufficit choro aſſiſtere; nam præſentia non propter ſe requiritur, ſed propter miniſterium, alioquin poſſent omnes ibi adeſſe, & tacere, vel obmurmurare; eſt ergo obligatio canẽdi in omnibus, & non eſt maior ratio de vno, quam de alijs; ergo eſt in ſingulis, alioquin vnuſquiſque excuſari poſſet, quod non teneretur canere, ratione ſui muneris, ac proinde non eſſet diuino officio, & ſeruitio ſufficienter prouiſum. In hac concluſione conueniunt non ſolum omnes Doctores ſecundæ ſententiæ; nam hanc ſolum probant eorum rationes; ſed etiam aliqui ex prima ſententia, expreſsè P. Suarius, & Rodriquez locis citatis, vbi addit *verum eſt tamen, quod ſi omnes, qui ſunt vnius chori loquantur, tam ſubmiſſe, vt non poſſint audiri ab alio choro peccant cum ſint cauſa, vt alter chorus non ſatisfaciat, & faciunt contra ordinem Eccleſiæ præcipientis, vt choratim impleatur præceptum recitandi diuinum officium*, & idem videtur ſentire Petrus de Aragonia loco citato concluſione 2. dum dicit *prædictum male facere.*

9 Dico ſecundo probabilius eſſe, illum, qui ſubmiſſa voce in choro partem ſui chori canit, & partem alterius chori attente audit, perfectè ſatisfacere præcepto recitandi diuinum officiũ, ac proinde non teneri illud iterum repetere. Ratio eſt, quia integrum officium recitat, nam reuera dicit partem ſuam, & in alia communicat cum alijs. nam, vt partem ab alijs communicatam recipiat, non eſt neceſſe, vt ipſe alijs ſuam partem communicet, quia non oportet, vt hæc ſit, veluti mutua relatio, præſertim, reſpectu ſingulorum; ſatis enim eſt, quod ſit reſpectu cõmunicatis. Et ad rationem Caietani reſpondeo diſtinguendo maiorem. Qui ſubmiſſe recitat, non communicat cum alijs, diſtinguo: non communicat alijs partem ſuam, concedo; non cõmunicat ab alijs partem eorum, nego. nam, vt quis totum offi-

cium

cium recitet,ſatis eſt,vt vnam partem ipſe recitet, & alteram habeat communicatam à ſocijs;nec repugnat participare partem aliorum, etiam ſi illis non communicet ſuam; quia poteſt ipſe attente audire partem aliorum, licet illi non poſſint audire ſuam. Ad confirmationem reſpondeo concedendo prædictum non dicere partem ſuam, quatenus eſt pars publici, & ſolemnis officij;nego tamen, quatenus eſt pars integræ recitationis, ſaltem priuatæ; inde tamen non ſequitur illum non ſatisfacere præcepto recitandi diuinum officium; ſed ſolum non ſatisfacere obligationi canendi in choro, in quo conueniunt omnes Doctores primæ ſententiæ, & quoad obligationem recitandi diuinum officium vera eſt, in quo ſenſu ſolum eam ſequitur P. Suarius non vero, quoad ubligationem canendi in choro;vt dictum eſt. Pater Paulus Comitulus lib. 1. reſponſionū moralium quæſt. 62. num. fin. ait *Sacram Congregationem reſpondiſſe Canonicos officio ſuo non ſatisfacere,niſi ipſi in choro pſal lant.* Prædicta declaratio habetur in declarationibus Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 12. de Reformatione n. 24.

10 Quæres an prædictus, qui in choro ſubmiſſe recitat partem ſuam lucretur quotidianas diſtributiones. Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima negat. ratio eſt, quia diſtributiones quotidianę, non dantur illis, qui ſolum recitant diuinum officium, ſed illis, qui illud canunt, cum alijs in choro, ſed prædictus licet ſatisfaciat obligationi recitandi diuinum officium, vt numero præcedenti dictum eſt, non tamen ſatisfacit obligationi chori, cum non canat cum alijs, & ideo non poteſt lucrari, nec percipere diſtributiones, quæ in choro canētibus conferuntur: idem colligitur ex Bulla Pij V. quæ incipit. Ex proximo Lateranenſi Concilio; quam refert Nauarrus c. 7. de oratione num. 32. in qua Pius V. illum, qui choro additus officium non recitat, licet cum alijs præſens adſit, punit per fructuum, & diſtributionum amiſſionem. Hæc eſt communis ſententia, quam docet Caietanus tom. 1. opuſc. tract. 31. de 17. reſponſionibus, reſponſione 8. Sotus lib. 10. de iuſt. qu. 5. art. 4. in medio, colum. 4. verſ. ſed aiunt & prope finem, Nauar. cap. 10. de oratione num. 47. Petrus Nauar. lib. 2. de reſtitut. cap. 2. num. 216. Rodriquez parte 1. ſummæ cap. 146. concl. 5. Lopez parte 2. inſtructorij cap. 96. Iacobus à Graffijs parte 1. deciſ. lib. 2. cap. 52. num. 22. Sandoual lib. de offcio Eccleſiaſtico parte 6. cap. 16. P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 11. q. 5. 5. P. Suarius

rius

Digitized by Google

rius tom.3.de Religione lib.4.de horis canonicis cap.12.n.10. vbi addit *hoc peccatum eſſe contra iuſtitiam commutatiuam*, *ergo obligat ad reſtitutionem*. P. Gabriel Vaſquez opuſc. de beneficijs cap.4.§.3.dubio 4.num.234.& 235.P. Reginaldus lib.18. cap.2.ſect. 6.dub.6.num.175.P.Layman.tom.2.lib.4. tract. 2. c. 7. quæſt.6.num.6.P.Sanchez tom.1.conſiliorum moral.lib. 2.c. 2.dub.89 concl.vnica num.4. P. Filiucius tom.2.tract. 23. cap. 6.quæſt.5.num.196.Bonacina tom.1.tract.de officio, diſput.1. quæſt.3.puncto 2.§.1.num.17.verſ.Hinc ſequitur.Paulus Squillante par.1.dub.29.num.70.

11 Secunda ſententia limitat primam, dicens poſſe prædictum percipere medietatem diſtributionum.ratio eſt,quia non deeſt in totum ſuo muneri,cum aſſiſtat choro; nam præſentia eſt in Dei cultum, & in chori honorem, & authoritatem redundat, partem cantus implere videtur,cum attente, & deuote audiat canentes, & officium ſubmiſſe recitet; hanc ſententiam docet Medina in ſumma lib.1.cap.14.§.111.P.Suarius tom.2.de Religione lib.4.de horis cap.12.num.10. P. Filiucius tom.2.tract. 23.cap.6.quæſt.5.num.196.fin.Bonacina tom.1.tract.de officio diſput.1.quæſt.3.puncto 2.num.17.Diana parte 2.tract.12. de horis canonicis reſolutione 33. hæc ſententia eſt probabilis, nec obeſt Bulla Pij V.quia ibi dicit non recitantem amittere non ſolum diſtributiones,ſed etiam fructus, ſed in caſu noſtro hic non amittit fructus; quia vere recitat, officium licet ſubmiſſe.

12 Quæres,an ſi Canonicus nullo modo caneret,ſed ſolum aſſiſteret,lucretur diſtributiones quotidianas.Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias; Prima affirmat,quia etiam pro aſſiſtentia conferuntur diſtributiones, & ita eſt vſu receptum,quia Canonici eorum præſentia ornant chorum, & authoritatem præbent,ita docet Petrus Nauar. lib. 2.de reſtitut. cap.2.dub.3.num.217.Panormitanus cap. Cum olim.de ſentẽtia,& re iudicata num.6.Medina in ſumma lib.1.cap. 14.§. 11. Petrus de Aragonia 2.2.quęſt.8 .art.13.colum.penultima; Villalobos in ſumma tom.1.tract.24.dub.10.num.9.Portellus in dubijs Regularibus verbo horæ canonicæ num. 15. Beia parte 1.caſu 55. Carolus Macignus tract. de horis canonicis cap.68. num.3.P.Sanchez tom.1.conſiliorum moral.lib.2.cap. 2. dub. 99.num.2.& dubio 101. Diana parte 2. tract. de horis canonicis reſolutione 6.& 33.

Secun-

13 Secunda ſententia negat, ratio eſt, quia diſtributiones quotidianæ non ſunt conſtitutæ, ob nudam præſentiam, ſed, vt cum alijs pſallant, & officium diuinum decantent, ita docet Sotus lib. 10. de Iuſtitia quæſt. 5. art. 4. in medio verſ. ſed aiunt, vbi dicit, *diſtributiones conſtitutæ ſunt Canonicis, non vt aſſiſtant, ſed vt cantent* Nauarrus cap. 10. de oratione num. 47. & cap. 11. num. 41. cap. 13. num. 17. verſ. Sequitur 2. & cap. 22. num. 10. Couarruuias lib. 3. variarum reſolutionum cap. 13. in principio, P. Leſſius lib. 2. cap. 34. dubitatione 33. dicto 1. num. 184. vbi eſt conſuetudo, Bonacina tom. 1. tract. de officio diſput. 1. quæſt. 3. puncto 2. num. 17. Ioannes Petrus Moneta tract. de diſtributionibus quotidianis parte 2. quæſt. 2. concluſ. 7. num. 31. hæc ſententia eſt probabilior, ſi loquamur de iure communi. Si vero loquamur de illis, qui, ex priuilegio, vel ex fundatione, aut conſuetudine legitime præſcripta tenentur ſolum aſſiſtere in choro, dũ adſunt, manſionarijs, qui canonicorum nomine perſoluunt officium in choro, dico prædictum ſatisfacere, & lucrari diſtributiones deuote aſſiſtendo, & attente audiendo. ratio eſt, quia nõ deeſt ſuo muneri, ita docet Petrus Nauarr. lib. 1. de reſtitut. cap. 2. num. 217. P. Azorius parte 1. lib 10. c. 11. quæſt. 6. & 7. P. Suar. tom. 2. de Religione lib. 4. de horis Canonicis cap. 12. num. 11. Nauarrus cap. 22. de oratione num. 101. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 34. dubitatione 33. dicto 2. num. 185. P. Filiucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. quæſt 5. num. 197. Molfeſius in ſumma cap. 2. num. 25. Naldus verbo officium diuinum num. 14. Garzia to. 1. de beneficijs parte 3. cap. 2. num. 514. & num. 517. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſput. 1. q. 3. puncto 2. num. 18. Ioannes Petrus Moneta loco citato n. 43.

14 Quæres an Canonici, qui choro non interſunt, lucrentur diſtributiones quotidianas, & an eas receptas teneantur reſtituere. Reſpondeo Canonicos, qui non interſunt choro, dum diuinum officium ab alijs canitur, niſi interueniat aliqua iuſta cauſa, ſcilicet infirmitas, ſeu iuſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut euidens Eccleſiæ vtilitas, non lucrari diſtributiones quotidianas, ſed ſi illas receperint, teneri in conſcientia eas reſtituere. ita expreſſe ſtatuit Bonifacius VIII. in cap. vnico de clericis non reſidentibus lib. 6. vbi ait: *Statuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianæ in quibuſcunque rebus cõſiſtant, Canonicis, ac alijs beneficiatis, & clericis Eccleſiarum ipſarum, qui eiſdem officijs in ipſis Eccleſiis adfuerint, tribuantur;* iuxta Eccleſiæ cuiuslibet

Digitized by Google

iuslibet ordinationem rationabilem, iam factam, ſeu etiam faciendam. Qui uero aliter de diſtributionibus ipſis quidquam, receperit, Exceptis illis, quos infirmitas, ſeu iuſta, & rationabilis corporalis neceſſitas, aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſarent rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas ſuas; immo ad omnium reſtitutionem, quæ, contra huiuſmodi conſtitutionẽ receperit, teneatur.

Quod decretum renouatum fuit in Concilio Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reformatione; vbi hæc addit. *Diſtributiones vero, qui ſtatis horis interfuerint, recipiant: reliqui quauis colluſione, aut remiſſione excluſa his careant.* Vbi per colluſionem intelligit reciprocam condonationem, quam facerent Canonici, qui inuicem ſibi remittunt, mulctas, & pœnas. Hæc enim fieri non poteſt, cum per eam derogetur diuino cultui, & Legi Canonicæ; per remiſſionem autem intelligitur ſimplex remiſſio, non reciproca, quæ fieret alicui; hic enim non poſſet tuta conſcientia eam recipere vt declarauit Sacra Congregatio Concilij Trid. quam affert P. Suarius loco infra citando. hanc ſententiam expreſſe docent Angelus verbo Clericus 7. num. 8. Syलueſt. verbo beneficium 5. qu. 3. Couar. lib. 3. variarum reſolutionum cap. 13. nu. 2. & 3. Petrus Nau. lib. 2. de reſtitut. cap. 2, nu. 3. in principio P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 10 num. 20. P. Sanchez to. 1. conſiliorum moralium lib. 2. cap. 2. dubio 89. num. 4. concluſione vnica P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 4. qu. 10. nu. 141. Ioannes Petrus Moneta parte 2. de diſtributionibus quotidianis qu. 2. nu. 4. verſ. ſuppono 2.

15 Quæres an ſi cœteri Canonici remittant diſtributiones quotidianas illi, qui non interfuit Choro, poſſit prædictus tuta conſcientia non reſtituere. Reſpondeo circa hoc dubium tres eſſe ſententias. Prima dicit talem remiſſionem valere, quando illæ diſtributiones accreſcunt alijs præſentibus. Ratio eſt, quia illi Canonici ſunt veri domini, & habent ius ad illas diſtributiones, ergo poſſunt illas remittere ita Gloſſ. in dicto c. vnico de clericis non reſidentibus in 6. verſ. ſuas, ibi Francus §. qui vero nu. 4. Angelus verbo Clericus 7. nu. 8. Sylu. v. beneficium 5. qu 3.

16 Secunda ſententia docet dictam remiſſionem valere; quando non fieret in fraudem legis, ſi autem fieret in fraudem legis, & cultus diuini detrimentum; vt ſi generaliter omnes Canonici

nici ſibi inuicem remittãt diſtributiones, non valere. *S*ic Gabriel 4.diſt.15.qu.8.art.2.concluſ.2.Honcala in opuſculis, opuſculo 1.tract.4.de diſtributionibus quotidianis, *S*andoual lib. de officio eccleſiaſtico parte 6.cap.17.Rodriquez part.1.*S*ummæ cap.33. nu.3. Vega in ſumma parte 1.cap.36.caſu 11. hanc ſententiam probabilem putat Ioannes Petrus Moneta tract. de diſtributionibus quotidianis parte 3.quæſt. 5.concluſione 2 num.9.

17 Tertia ſententia docet nullam remiſſionem excuſare quominus Canonicus abſens teneatur diſtributiones quotidianas receptas reſtituere. Ratio eſt, quia diſtributionum amiſſio eſt inducta principaliter in fauorem publicum cultus diuini; ſed conſenſus priuatorum ius publicum tollere nequit, & Concilium Trid. id expreſſe ſtatuit. ita Archidiaconus, quem refert Gloſſa in dicto c. vnico de Clericis non reſidentibus in 6. verſ. tuas, Nau. cap.22. de oratione nu.49.& conſilio 7. de clericis non reſidentibus. P. Henriquez lib.7. de indulgentijs cap.36. nu.4.P.Azorius parte 2.lib.7.cap.7.qu.9.Sanchez tom.1. conſiliorum moralium lib.2.cap.2. dub.108.nu.3.Garzia to.1.de beneficijs par.3.cap.3.nu.431. Moneta in tract. de diſtributionibus quotidianis parte.3.qu.5.concl.2.nu 10 putat hanc ſententiam probabiliorem, & reuera, poſt Concilium *T*rid. hæc ſententia tamquam probabilior eſt ſequenda.

18 An ſi Canonicus, qui Choro non interfuit diſtributiones quotidianas male quæſitas ſibi applicatas, & traditas reſtituat alijs Canonicis, quibus accreſcunt, ſi ipſi Canonici prædictas diſtributiones reſtitutas reddant ipſi reſtituenti, & donent, poſſit prædictus Canonicus, qui Choro abfuit illas recipere, & retinere, ac ſi iuſte eas fuiſſet lucratus. Reſpondeo, ſi prædicta reſtitutio fieret, cum pacto de donando poſtea reſtituta, talem redditionem, ſeu donationem non valere. ratio, eſt quoniam in effectu hoc idem eſſet, ac ſi non reſtitueret. At ſi bona fide ſine dolo, & fraude reſtitueret diſtributiones male partas eis quibus accreſcunt, & poſtea illi libere, ſine metu, aut alia coactione ex charitate, & beneficentia redderent eas reſtituenti, præſertim intuitu paupertatis, vel pietatis, talem redditionem, ſeu donationem valere. ratio eſt, quia Concilium Trid. loco citato prohibet remiſſionem, non donationem rei, iam reſtitutæ, et cum hæc ſit pæna non eſt extendenda. Secundo quia licet largo modo paria ſint remiſſio, & donatio; proprie

prie tamen loquendo longe differunt,vt patet ex lege Iulianus ff.de conditio. & demonſtratio. vbi hoc notauit Bartholus, & Decius in l. ſi quis obligationem ff.de regulis iuris nu. 7. nam facilius quis remittit,quam donat. Hanc ſententiam expreſſe docet Gloſſa communiter recepta in c. ſtatutum §. ſi quid autem de reſcriptis lib. 6. verbo remiſſione verſ. quid ſi poſtquam reſtituit Nau. cap.22.de oratione nu.50. verſ.4.P. Henriquez lib.7.de indulgentijs cap.36. nu.4.& commenti littera X.P.Azor.parte 2.lib.7.cap.7. qu.9.verſ.quæres;P. Sanchez to. 1.conſiliorum moralium lib. 2. cap.2.dubio 109.concluſ. vnica Moneta tract. de diſtributionibus quotidianis parte 3. qu 5.concl.1. num.6. hoc idem in caſu ſimili docet Gloſſa in cap. ſtatutum de reſcriptis in 6.§.ſi quid autem,Angelus verbo iudex nu.8.Sylu.verbo iudex 1.quæſt.8.Roſella ibi nu 6.Armilla nu.6.cum enim in dicto c. decretum ſit iudicem eccleſiaſticum delegatum teneri reſtituere munera accepta,non obſtante partis remiſſione;concludunt prædicti Doctores quod ſi finito iudicio iudex reſtitueret munera in fraudem, vt ſibi poſtea redonarentur,non valere donationem,ſecus ſi reſtitueret, ſine fraude, & pars,liberaliter ea redonaret.

19 Quæres An conſuetudo inducta, vt Canonici non aſſiſtentes horis canonicis lucrentur diſtributiones quotidianas, eos excuſet,quominus diſtributiones perceptas teneantur reſtituere. Reſpondeo negatiue.ratio eſt quia in dicto Capite vnico dicitur non obſtante quauis conſuetudine. In Concilio Trid. cap.12.citato dicitur non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis, & conſuetudinibus, quibus verbis cenſetur reprobari etiam conſuetudo immemorabilis, quia Canon reprobat conſuetudinem,vt iniquam,& ideo cenſetur reprobare omnem conſuetudinem, non ſolum præteritam, ſed etiam futuram.ita docet Couarruuias lib.3. variarum reſolutionum cap.13. num.5.P. Sanchez to.1.conſiliorum moral.lib.2.cap.2.dubio 110. concl. 1.4.& 5. Sed licet conſuetudo generalis non valeat; valet tamē ſi ex cauſa ſpeciali inducta ſit,V.G.ſi in aliqua Eccleſia ſit conſuetudo, vt dentur diſtributiones quotidianæ illis, qui abſunt cauſa ſtudij vel ad breue tempus, ità Couar. loco citato nu. 5. Sadoual lib.de officio eccleſiaſtico parte 6.cap.17.P. Sanchez loco citato concl.3.

20 Quæres an ille, qui,extra chorum officium diuinum recitat priuatim, ſiue ſolus, ſiue, cum ſocio teneatur illud recitare,

pronunciare. *R*eſpondeo negatiue, ratio eſt, quia, cum ille non teneatur pro vſu aliorum fidelium publice in Eccleſia officiũ recitare, tunc per ſe loquendo non eſt neceſſe illud alta voce proferre, ſed ſatis eſt, ſi ſubmiſſa voce dicatur: Ratio à priori eſt, quia tunc nec ex natura rei, nec ex præcepto Eccleſiæ oritur obligatio altius orandi. ergo ſufficit vox ſubmiſſa; antecedens probatur, quia hæc non eſt publica, ſed priuata recitatio ad quam non eſt neceſſaria vox alta, nec eſt iure præcepta, ergo. Liberum tamen eſt vnicuique alta voce, ſi velit diuinum officium priuatim recitare, quantum ad excitandam deuotionem in ſe ipſo vtile iudicauerit, niſi circumſtantiæ occurrant, ratione quarũm prudentia dictet, non eſſe tunc altius recitandum, ne talis recitatio ſit alijs impedimento, vt ſi fieret in loco publico, vel coram alijs, aut, ne aliqua ſcandali occaſio præbeatur, dùm uideretur deuotio affectari, & oſtentari; & in his caſibus reprehenditur clamoroſa oratio à *S*ancto Chryſoſtomo homil. 13. & 19. in Matthæum, & ab alijs Patribus: *E*xtra vero prædictos caſus licitum eſt vnicuique, etiam cantare, ſi velit, & locum habeat accomodatum, ſi præſertim cantu ad deuotionem excitetur; quia hoc nec eſt per ſe malum, aut reprehenſibile, nec vllo iure prohibitum. Hæc concluſio colligitur ex *S*. Thoma 22. qu. 83. ar. 12. vbi ait *in ſingulari oratione tantum eſt vocibus vtendum, quantum proficit ad excitandum interius mentem.* hanc ſententiam expreſſe docent Medina codice de oratione qu. 7. Nauarrus cap. 20. de oratione nu. 14. poſt principium. Petrus de Aragonia 22. qu. 83. ar. 12. dubio vltimo concl. 1. P. Ioannes Azorius parte prima lib. 10. cap. 11. qu. 4. fin. P. Suar. tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 7. nu. 3. & 4. P. *R*eginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dub. 5. num. 174. propoſitione 2. *P*. Filliucius to. 2. tractatu 23. cap. 3. qu. 10. dicto 2. nu. 115.

21 Quæres, an ille qui priuatim recitat diuinum officium teneatur ſaltem, tam alta voce illud pronunciare, vt à circumſtantibus poſſit audiri. Reſpondeo, circa hoc dubium tres eſſe ſententias. Prima docet illum, qui ſolus recitat diuinum officium non teneri alta voce illud proferre; ſed ſatis eſſe ſi ſic recitet, ac proferat, vt vere dici queat ore, & voce preces fundere, ſiue ab alio, vel à ſe audiri poſſit, ſiue non, quoniam iure ſolum cogitur voce, & ore, & non tantum mente, & animo precari, & orare, ac proinde ſi reuera linguam, & labia moueat,

voce

Digitized by Google

voce orat,non mente dumtaxat;ita expreſſe docet P. *I*oannes Azorius part.1.lib.10.cap.11.qu.4.fin.quamuis deinde videatur ſequi Nauarri ſententiam, hanc ſententiam Patris *Azorij* probabilem putant, pro ſcrupuloſis P. Layman tom.2. lib. 4. tract.1.cap.5.nu.8.fin.P. Filliucius tom.2 tract.23.cap.3.n.113. Victorellus in Summa Toleti lib.2.cap.10.nu.3.Bonacina to.2. tract.de officio, diſp.3.puncto 2.ſſ.1. num.24. Diana parte 2. tract.12.de horis canonicis reſolutione 11.

22 Secunda ſententia docet quocunque modo diuinum officium dicatur, neceſſe eſſe,vt ſic intelligibiliter dicatur, vt percipi poſſit à ſe,& ab alijs diſtincte ſenſus verborum ità expreſſe Caietanus 22.qu.83.ar.12.fin. Medina codice de oratione qu.7.vbi dicit *tantam debere eſſe vocis pronunciationem,vt aſtantes audire poſſint ſi attendant.* Hæc ſententia probari poteſt,quia officium diuinum eſt oratio communis Eccleſiæ, ergo requirit vocem ſenſibilem, reſpectu Eccleſiæ; ſed non eſt ſenſibilis, niſi per auditum, ergo debet eſſe talis,vt ab alijs audiri poſſit, ſaltem ab aſſiſtentibus, idem docet P. Valentia tom.3. diſp.6. quæſt.2.punct.10.§.circa quartum verſ.eſt igitur.

23 Tertia ſententia docet illum, qui priuatim diuinum officiũ recitat non teneri ex præcepto illud,tam alte pronunciare, vt poſſit ab aſſiſtentibus percipi, ſed ei ſufficere, ſi ita illud pronunciet,vt à ſe ipſo poſſit audiri. Ratio eſt, quia ille, qui diuinum officium recitare tenetur, debet humano modo implere præceptum illud recitandi, & certus fieri, quod illud impleuerit, hoc autem fieri non poteſt, niſi ille, qui recitat ſuammet vocem audiat; nam phyſice loquendo vix poteſt quis vocem formare,quæ ab ipſo audiri nõ poſſit,& hoc confirmat Conſilium Baſilienſe ſeſſ. 21. vbi ſtatuit *eos qui priuatum recitant diuinum officium non debere in gutture,vel inter dentes dictiones formare*. Ergo Concilium requirit vocem ſenſibilem,quæ ſaltem ab ipſo loquente audiri poſſit. Hæc eſt communis,& probabilior ſententia,quam expreſsè docet Nau. cap.19.de oratione concluſ.9.num.88.dicto 6. & cap.20.num. 14.poſt principium;vbi ait *ſufficere formare verba, inter labia, ita vt illa ipſe audire vel intelligere queat*, & probat quia communis vſus virorum piorum, & doctiorum eſt, vt in Eccleſijs, ſacellis,choris, vel cubiculis, vel iterfaciendo, cum alijs,ne eis moleſti ſint, aut impedimento, ita diuinum officium ſubmiſſe recitent,vt non poſſit ab alijs audiri.& multi in præſentia Do-

minorum

Digitized by Google

minorum, amicorum, & aliorum ex vrbanitate, & ciuilitate, vel ad fugiendam hypocriſis ſpeciem eodem modo ſubmiſſe recitant. Denique, quoniam Caietanus 22. quæſt. 83. art. 12. docet orationem publicam de præcepto debere eſſe vocalem; ſed claram, & altam ſolum de decentia; ſed hæc decentia ceſſat, cũ ad non impediendum, vel offendendum alios, decentius eſt illam ſubmiſſe dicere. Hanc ſententiam ſequuntur Petrus de Aragonia 22. quæſt. 83. art. 12. dubio vltimo concluſ. 1. Iacobus à Graſſijs parte 1. deciſ. lib. 2. cap. 52. num. 21. Rodriquez parte 1. ſumnſæ cap. 143. concl. 1. P. Suar. tom. 2. de Religione lib. 4. de horis canonicis cap. 7. num. 5. & 6. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dub. 5. num. 174. propoſit. 2. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 8. num. 7. concluſ. 7. P. Filiucius tom. 2. tract. 23. cap. 3. num. 116. & cap. 7. quæſt. 8. dicto 2. num. 242.

24 Pro maiori prædictæ ſententiæ declaratione diſtinguendum eſt; nam vel ille, qui diuinum officium priuatim recitat, ſolus illud recitat, vel cum ſocio, ſi ſolus non tenetur ex præcepto, tam alta voce illud pronunciare, vt poſſit ab aſſiſtentibus audiri, ſed ſatis eſt, ſi à ſe ipſo audiatur, vt bene docet tertia ſententia. nam licet quantitas vocis non præcipiatur, tamen in ipſo præcepto vocaliter orandi, intrinſece includitur obligatio, ita orandi, vt quiſque poſſit orationem ſuam vocalem percipere ſublatis impedimentis, & certus reddi, quod eam protulerit, ſi vero, cum ſocio recitet, tenetur, tam alta voce illud proferre, vt à ſocio audiri poſſit. ratio eſt, quia vnuſquiſque tenetur recitando, vel audiendo totum, & integrum officium explere; præterea, niſi ſocius audiat, non poteſt conuenienti tempore, aut modo reſpondere. In hoc conueniunt omnes Doctores tertiæ ſententiæ, præſertim P. Suar. loco citato, & P. Reginaldus loco citato propoſitione tertia, & quarta, & cap. 11. ſect. 3. num. 146.

25 Quæres, an ſi quis priuatim recitet diuinum officium, cum ſocio, qui non tenetur illud recitare, ſed ſolum voluntarie ipſũ adiuuat, ſatisfaciat ſuæ obligationi, ſi partem ſuam, ita ſubmiſſe recitet, vt non poſſit à ſocio audiri; ipſe tamen partem ſui ſocij alte pronunciantis, attente audiat. Reſpondeo affirmatiuè. ratio eſt, quia prædictus vere dicit partem ſuam, & alteram ſocij audit; ergo totum officium integre, abſoluit: quod vero ſocius non audiat partem ipſius, contra nullum præceptum

eſt,

Digitized by Google

eſt,cum ſupponamus illum non teneri ad recitandum diuinum officium,ſed ſolum teneri,ita illud recitare,vt ille,qui ex obligatione recitat,poſſit ipſum audire. Quare licet ille, qui ex obligatione recitat,non teneatur in hoc caſu,tam alte pronũciare,vt ſocius poſſit audire,cum ſocius,nec recitare teneatur; ex ſuppoſitione tamen, quod vult alium adiuuare ad recitandum,tenetur,ita pronunciare,vt alius poſſit audire. Hęc concluſio patet ex praxi,nam multi pij,docti, & timorati viri ſæpe ita recitant;vel,vt minus fatigentur, vel quia, ita magis ad deuotionem prouocantur. Sic docet P.Ioannes Azorius parte 1. lib.10.cap.7.q.6.& P. Suar.to.2. de Relig. lib.4.de horis canonicis c.7.n.5.c.12.n.6.& c.25.nu.2.

DVBIVM V.

An in choro,dum diuinum officium perſoluitur, licitùs ſit cantus organicus,quem figuratum appellant.

1 RESpondeo circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet non licere,ac proinde peccare nunc cantores, qui in horis canonicis perſoluendis cantu vtuntur organico,& per conſequens,etiam Eccleſiarum Prælatos, qui eos conducunt, ipſiſque conſentiunt,nec prohibent abſurdos exceſſus. Ratio eſt,quia,nec attente,nec modeſte,ac deuote canunt, ſed potius geſtibus,ita indecentibus vtuntur, vt eos aſpicientes magis diſtrahant,quam ad deuotionem ſua melodia attrahant, & dum non canunt fabulantur, & ita totum chorum perturbare ſolēt, vt non modo, non excitent attentionem, & deuotionem officio diuino debitam,ac Dei,diuinarumque rerum contemplationem; ſed potius adimant. præterea cantus organicus eſt cauſa, vt non audiantur, nec intelligantur verba, quæ canuntur,ac proinde adimit duas ſpecies attentionum, nimirum ad verba,& ad ſenſum verborum, & per conſequens eſt contra finem,quo cantus permiſſus eſt, ſcilicet, vt augeatur deuotio propria,vel aliena. denique hoc eſt iure eccleſiaſtico prohibitum in extrauaganti vnica de vita, & honeſtate clericorum. inter communes Ioannis 22,vbi de conſilio Cardinalium diſtricte præcipit,vt nullus in diuinis officijs alium cantum,præ-

ter

ter Eccleſiaſticum, quem ſimplicem vocat, attentare præſumat. Hanc ſententiam expreſſe docet Nauar.in cap.16.de oratione Corollario 19.nu.32. & Rodriquez tom.2. quæſtionum regularium qu.40.ar.1.

2 Secunda ſententia communis docet cantum organicum, ſeu figuratum,ſi cum debitis circumſtantijs fiat in diuinis officijs, nec per ſe malum eſſe, nec iure eccleſiaſtico ſimpliciter prohibitum. ratio eſt, quia in hoc cantu per ſe conſiderato nulla eſt intrinſeca deformitas, quæ contra ſanctitatem diuinorum officiorum,vel decentiam,& honeſtatem clericorum eſſe videatur; cum experientia ipſa conſtet, quando debita moderatione, & grauitate fit maxime conducere ad myſterij ſolemnitatem celebrandam, diuinorum officiorum maieſtatem declarandam, & audientium animos ad deuotionem didiuinarumque rerum contemplationem excitandos; quod confirmat vniuerſalis Eccleſiæ vſus, præſertim Romanæ, qui etiam nunc in ipſo Pontificio ſacello ſeruatur. Quare non eſt eccleſiaſtico iure prohibitus, nam in prædicta Extrauaganti Ioannis 22.ſolum fuit prohibitus indecens modus huius cantus, nec in alijs decretis talis prohibitio reperitur. Huic ſententiæ fauet S. Ambroſius, qui in Eccleſia Mediolanenſi cantum inſtituit,vt refert S.Auguſtinus lib.9.confeſſionum cap.7. & ipſe Auguſtinus lib.10. confeſſionum cap.33. prope finem, vbi ait *Magiſque adducor cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia, vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat.* & S.Tho.22.qu.91.ar.2.ait *Salubriter fuit inſtitutum, vt in diuinas laudes cantus aſſumeretur, vt animi infirmorum magis prouocarentur ad deuotionem*, & Caietanus ibi notabili 1. ait *prudentia opus eſt in iſtis, vt penſatis conditionibus perſonarum, &c. quantum pro excitanda, & conſeruanda deuotione expedire uidebitur, cantetur* Thomas Vualdenſis tom.3. de Sacramentalibus tit.2. à cap.26. vſque ad 20. cantum probat. Hanc ſententiam expreſſe docet Sotus lib.10. de iuſtitia qu.5. ar.2. prope finem, ante ſolutionem argumentorum, Ludouicus Miranda tom.1. Manualis Prælatorum regularium qu.37.ar.6.concluſ.3. Cardinalis Bellar.tom.4. controuer. lib.1. de bonis operibus in particulari c.16. P. Henriquez lib.9. de Miſſa cap.31. num.8. commento littera T. & V. vbi alios citat,P.Suar.to.2. de Relig.lib.4. de Horis Canonicis cap.8.num.2.P.Filliucius to.2. tract.23.cap.3.num.118. & 119.

Bonacina

Digitized by Google

Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.2.qu.1.puncto 3.num.1. Hanc ſententiam nunc in praxi ſequuntur omnes fere Epiſcopi,& Prælati, tam ſæculares, quam Regulares, qui in ſuis eccleſiis, præſertim in feſtis ſolemnibus procurant, vel permittunt cantum organicum, ſeu figuratum, dum in Choro diuinum officium recitatur.

3 Proſolutione præſentis dubij dico 1. certum, & indubitatum eſſe, apud omnes Doctores, tam primæ, quam ſecundæ ſententiæ eſſe omnino illicitos omnes cantus indecentes, & modulationes vanas,& indecoras.quales ſunt non ſolum illæ, quæ turpes ſunt, nam huiuſmodi etiam in recreationibus humanis illicitæ ſunt, ſed etiam illæ, quæ fiunt, cum geſtibus, & motibus indecentibus, vel ratione vſus profani, aut propter peculiarem modum flectendi vocem, aut melodiam quæ ſolent profanas, & laſciuas cogitationes, aut indecentes motus excitare; & huiuſmodi cantus reprehendit S. Hieronymus lib.3. commentariorum in Epiſtolam ad Epheſios, in id capitis quinti *Cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris domino*,& refertur cap.cantantes diſt.92.vbi ait *Audiant hæc adoleſcentuli,audiant ij, quibus pſallendi in Eccleſia officium eſt*: *Deo non voce, ſed corde cantandum:nec in tragoedorum modum guttur,& fauces dulci medicamine colliniendas,vt in Eccleſia Theatrales moduli audiantur, & cantica.* Vbi Gloſſa verbo liniendæ ait *vt Populum delectent, & verbo Theatrales, ait tragoedi ſic faciebant in Theatro de cantando tragoedias*,& S.Tho.22.qu. 91.art.2.ad 2. ait *quod Hieronymus non ſimpliciter vituperat cantum, ſed reprehendit eos, qui in eccleſia cantant modo Theatrico,non propter deuotionemexcitandam,ſed propter oſtentationem procurandam.*Ibi Caietanus ait,*cantus Theatrales,aut tragici, propter vſum profanum prohibiti ſunt in Eccleſia*, & in ſumma verbo organorum vſus, ait *Eccleſia interdixit profanos cantus in Eccleſia, vt cantus Theatrales diſtinct. 92. cantantes* Cardinalis Bellar.to.4.controuerſ. lib.1. de bonis operibus c. 17.ad 4. reſpondeo *Hieronymus abuſum reprehendit, non bonũ vſum tollit,& cum ait Deo, non voce, ſed corde cantandum, non intelligit ſolo corde, ſed non ſola voce eſſe cantandum*, & Papa Ioannes 22. in prędicta extrauaganti vnica de vita,& honeſtate clericorum afferens multas rationes, quibus huiuſmodi cãtus indecentes,& illiciti ſunt,ac proinde omnino prohibendi, & ab Eccleſia Dei prorſus abijciendi,& profligandi,inter alias

Digitized by Google

enumerat ſequentes *Aures inebriant, & non medentur, geſtibus ſimulant, quod depromunt, quibus deuotio quærenda contemnitur, vitanda laſciuia propalatur: non enim inquit fruſtra ipſe Boetius laſciuus animus, vel laſciuioribus delectatur modis, vel eoſdem ſæpe audiens emollitur, & frangitur,* vbi Gloſſa verbo geſtibus ſimulant, ait *quod turpe eſt, & contra honeſtatem Clericalem, in hoc quodammodo comparandi illis, qui ludos Theatrales in Eccleſia faciunt, vel ibi laruas induunt, vt ſuæ inſania ludibria exerceant,* & de his, & ſimilibus circumſtantijs cantus loquitur Nauar. in prædicto cap. 16. de oratione nu. 32. & ſequentibus, & Rodriquez loco citato ar. 1. & 2. fin.

4 Quæres an ſit per ſe malum in diuinis officijs cantum organicum adhibere, præcipue, propter ſenſibilem delectationem ex ipſo cantu, & non potius propter ſpiritualem deuotionem ex re cantata. Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima affirmat eſſe per ſe malum, ac proinde ex genere ſuo peccatum: ratio eſt quia hoc eſt contra finem, propter quem cantus in diuinis officijs fuit in Eccleſia Dei introductus, ſcilicet ad excitandam propriam, vel alienam deuotionē in Deum; nam ita expreſſe docet Papa Ioannes 22. in prædicta Extrauag. in principio, dicens *Inde etenim in Eccleſijs Dei pſalmodia cantanda præcipitur, vt fidelium deuotio excitetur,* hæc videtur expreſſa ſententia S. Auguſtini lib. 10. confeſſionum cap. 33. fi. vbi ſe accuſans de aurium voluptatibus ait *Cum mihi accidit, vt me amplius cantus, quam res, quæ canitur moueat pænaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem* Hanc ſententiam videtur ſequi S. Thomas 22. qu. 91. art. 2. ad 2. vbi affert prædictum locum S. Auguſtini, & Caietanus ibi notabili 1. in principio vbi ait *Finem cantus conſiſtere in excitatione deuotionis propriæ, vel alienæ ad Deum, & cum omnia, quæ ſunt propter finem, non ſint propter ſe appetenda vel facienda, niſi in quantum ſunt vtilia ad finem, conſequens eſt vt in Eccleſiaſticis officijs in Eccleſijs perſoluendis debeat tantum cantari quantum expedit excitandæ deuotioni cantantium, ſi alienæ deuotionis ratio ceſſet, & non plus,* & poſt pauca concludit *vnde cauendum eſt, ne cantetur cauſa delectationis noſtræ, vel alienæ in Eccleſiaſticis officijs, vt patet ex fine, & ex authoritate Auguſtini* hanc ſententiam expreſſe docet Nau. in cap. 16. de oratione num. 34. vbi ait *Delectari, aut alium delectare velle in officijs diuinis magis cantu, quam verbis eſt peccatum, vti confitetur*

*uit Beatus Auguſtinus lib.*10.*confeſſionum*, & poſt pauca ait ex ſententia Caietani, vt ſit licitus cantus in diuinis officijs neceſſarium eſſe, *vt non cantetur delectationis dandæ, vel accipiendæ gratia.* eum ſequitur Ludouicus Miranda tom.1. manualis Prælatorum regularium q.37.ar.6.concl.3.

5 Secunda ſententia docet plus moueri cantu ipſo quam re cantata per ſe, non ſemper eſſe peccatum, cum non ſit intrinſece malum, quia poteſt hoc eſſe naturale, & non pendens ex hominis libertate; immo ſi quis bene vtatur illa naturali conditione, aut complexione, ordinando illam ad ſpiritualem profectum, eſſet laude dignus, quare peccatum illud, quod in ſe recognoſcit S. Auguſtinus, vel non erat propria culpa, ſed pœnale peccati vt ipſe ait ideſt motus ſurreptionis ex fomite, qui plus iuſto interdum ſenſibilibus delectatur, vel poterat eſſe veniale peccatum, non ſeruando omnino debitum ordinem in hoc genere delectationis. Hanc ſententiam expreſſe docet P.Suarius tom.2. de Religio.lib.4. de Horis Canonicis cap.8. num.2.

6 Mihi vtraque ſententia vera eſſe videtur ſi bene intelligatur; nam hæc ſecunda intelligitur, quando ſenſibilis delectatio ex cantu non eſt per ſe intenta, nec principalis finis cantorum, ſed ex ſurreptione, & inclinatione naturali. ſed prima ſententia intelligitur, quando finis principalis eſt ſenſibilis delectatio per ſe intenta, & ita docet ipſemet Nauarrus loco citato num.34.fin.vbi ait *intelligo tamen hoc de fine principali, ideſt quod delectatio non debet eſſe finis principalis cantus: nam ſi finis principalis canentis, aut cantare procurantis ſit excitare deuotionem propriam vel alienam, recte poteſt minus principaliter uelle ſibi, uel alijs audientibus aliquo bono fine placere.*

7 Dico ſecundò quamuis in cantu organico, ſeu figurato multi poſſint abuſus obrepere, ſic ut in omnibus alijs eccleſiaſticis cæremonijs accidit: ipſum tamen per ſe, ſi debite, religioſe, & decenti moderatione fiat, licitum eſſe, nec vllo iure prohibitum, ratio eſt, tum quia nec ſonum, nec ſenſum verborum, quæ cantantur impedit, tum etiam quia ad deuotionem, ac cœleſtium rerum contemplationem magis excitat, quam ſi eadem verba ſimplici, & plano cantu canerentur, & nunc cantores ad deuotionem, eo maiorem excitant audientes, quo modeſtius, deuotius, & grauius canunt, vt patet ex communi vſu, qui ſeruatur in omnibus fere eccleſijs Cathre-

dalibus,Collegiatis,& alijs,tam clericorum, quam regulariũ, in quibus præſertim in magnis feſtiuitatibus ſolent cantores vocibus diuerſis canere, non corrupto,vel immutato puncto cantus Gregoriani,& talis eſt cantus, qui fit in eccleſia Romana,præcipue in Capella Papæ,vt aſſirmat Nauarr in c.16. de oratione n.35. vbi loquens de ipſius cantoribus, ait *Tali cantu organico utuntur, ut eum minime comprehendere uideantur rationes, quibus præfatus Ioannes 12. cantum organicum probibuit,quæ uidetur ratio germana, quare in tota urbe non obſtante dicta Extrauagante uſitatur cantus organicus, qui nec auditum,nec intellectum,uerborum,quæ cantantur, impedit.* ex his patet huiuſmodi cantum nullo iure eſſe prohibitum, cum nec in alijs iuribus vlla eius prohibito reperiatur. In hac concluſione omnes conueninnt præſertim S. Thomas 22.qu.91.ar.2. ad 5.vbi ait *Si aliquis cantet, propter deuotionem attentius conſiderat,quæ dicuntur,tum quia diutius moratur ſuper eodem,tum quia,ut S. Auguſtinus dicit in 10 confeſſionem cap.33. omnes affectus ſpiritus noſtri pro ſuaui diuerſitate habent proprios modos in uoce, atque cantu,quorum occulta familiaritate excitentur,& eadem etiam eſt ratio de audientibus,in quibus,& ſi aliquando nõ intelligant,quæ cantantur,intelligunt tamen propter quid cantatur,ideſt ad laudem Dei, & hoc ſufficit ad deuotionem excitãdam* nec obſtat quod interdum populus magis videatur per huiuſmodi cantus inuitari,& trahi ad ſenſus delectationem, quam ad ſpiritus deuotionem, quia hoc non ita eſt ex intentione Eccleſiæ, neque ea natura actionis,vt bene docet P. Suar. loco ſupra citato,quia illa ſenſus delectatio per ſe eſt apta ad excitandam mentis deuotionem; nec etiam obſtat ſi aliquando, inter ſpirituales cantus aliqua profana admittantur, & aliqua quæ pias aures offendunt, nam, vt bene docet Sotus loco ſupra citato, hi ſunt abuſus,& abſurdi exceſſus,qui tolerari non debent.

8 Dico,tertio Contra punctum, qui non turbat cantum gregorianum, ſiue planum, ſine controuerſia licitum eſſe ratio eſt,quia Papa Ioannes 22. in prædicta extrauaganti hunc ſolum cantum videtur permittere,nam cum cantum organicum prohibuiſſet,deinde per modum exceptionis, ſic ait. *Per hoc autem non intendimus prohibere,quin interdum diebus feſtis præcipue,ſiue ſolemnibus in miſſis, & præfatis diuinis officijs aliquę conſonantiæ, quæ melodiam ſapiunt, puta octauæ, quintæ,*

quartæ,

Digitized by Google

quartæ,& huiuſmodi,ſupra cantum Eccleſiaſticum ſimplicem proferantur;ſic tamen,vt ipſius cantus integritas illibata permaneat & nihil ex hoc de bene memorata muſica immutetur ; maxime, huiuſmodi conſonantiæ auditum demulceant, deuotionem prouocent,& pſallentium Deo animos torpere non ſinant. Ita expreſſe docet Nau.cap.16. de oratione num. 32. Rodriquez tomo 1. quæſtionum Regularium qu.40.ar.1.

9 Quæres an licitus ſit cantus organicus, cum in ipſo aliquid additur diuino officio, ad illud non pertinens, non per modum partis, ſed concomitanter ad maiorem ſolemnitatem vt ſæpe fieri ſolet in aliquibus Eccleſiis, præſertim in feſtis ſolemnioribus,in quibus inter pſalmum,& pſalmum aliquid,extra officium cantatur ad organum, vel aliud inſtrumentum muſicum, quod interdum ſumptum eſt ex ſacris litteris, vel ex ipſo breuiario,interdum vero eſt ab aliquo ingenioſe compoſitum : aliquando etiam in lingua vulgari quod Motetum vocant: Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima abſolute affirmat eſſe illicitum, quia huiuſmodi cantus audientes magis ad laſciuiam, quam ad deuotionem excitant ita expreſſe docet Paludanus in 4. diſt.15. qu.5. art.2. concluſ.1.fi.vbi ait *Cantus autem non debet eſſe tragoedicus,vt dicitur 92.d.cantantes; contra illos, qui dicunt* Motetos *in feſtis*. Hanc ſententiam ſequitur Nau.in manuali c.12.nu.87. vbi ait peccare mortaliter eum, *qui diuino cultui cantilenas ſæculares, profanas, & turpes admiſcet, ſiue illa voce humana, ſiue alio organo proferantur:vel patitur,aut procurat, vt miſceantur, quoniam in hoc cultui Eccleſiaſtico, & Deo ipſi irrogatur iniuria,* & & clarius cap.16. de oratione corollario 22. num.42. vbi ait *peccare etiam eos,qui canunt cantiones vulgares,& profanas,licet de ſe non ſint inhoneſtæ,aut vanæ,durante officio diuino:omnia enim hæc diſtrahunt ab attentione, & deuotione officio diuino debita,vt de ſe patet*, & addit *licet intentio pia celebrandi feſtum, vel ſollemnizandi illud extenuet peccatum, non tamen tollit omnino illud.*

10 Secunda ſententia docet ſi ea,quæ cantantur, extra officiũ Eccleſiaſticum ob deuotionem,& ſolemnitatem eius pia ſint, & cantus ſit grauis,& prouocans ad deuotionem, nullum eſſe peccatum illa intermiſcere partibus officij.Ratio eſt,quia hoc nullibi inuenitur prohibitum, nec eſt per ſe malum,nec alienum à conſuetudine primitiuæ Eccleſiæ,quando particulares

fideles

Digitized by Google

fideles proprios hymnos à ſe compoſitos in Eccleſia cantare ſolebant: nec interruptio illa, vel mora, quæ tunc fit, inter partes officij reprehenſibilis eſt, quia moraliter continuatur in deuotione, quæ per cantum illum excitari intenditur; quare ille cantus cenſeri poteſt, veluti diſpoſitio ad ſequentem pſalmum, & ſolemnis, ac congrua terminatio præcedentis, & ornatus totius officij. Hoc confirmat conſuetudo multarum Eccleſiarum, quæ per pios, prudentes, & doctos viros, ac prælatos gubernantur, qui permittunt, & procurant hoc fieri in ſuis Eccleſijs. Hæc ſententia eſt vera, & tuta in praxi, quam expreſſe docet P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis canonicis c. 13. num 16. Primam vero ſententiam, tunc puto veram, quando cantus vel laſciuus eſt, vel omnino profanus quales eſſe ſolent Theatrales moduli, & Cantica, de quibus loquitur S. Hieronymus in dicto Capite cantantes, qui duobus modis poſſunt in Eccleſia eſſe indecentes, primo ratione materiæ, quia eſt res profana, ſecundo, ratione ſoni, quia eſt laſciuus, vel valde ſæcularis, & in priori modo fere ſemper committitur peccatum mortale quia eſt magna irreuerentia, vt bene docet Nau. loco citato; in poſteriori vero poteſt eſſe culpa venialis, vel ratione paruitatis materiæ, vel ex bona intentione, & inaduertentia, vt bene docet Caietanus 22. q. 91. a. 2. poſt medium, Nauar, & P. Suarius locis citatis.

DVBIVM SEXTVM.

An in Choro, dum Canitur Diuinum Officium, liceat uti muſicis inſtrumentis.

1 RESpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima negat inſtrumentorum muſicorum vſum in diuinis officijs licitum eſſe; ducitur, tum quia huiuſmodi inſtrumenta magis audientes ad laſciuiam, quam ad deuotionem excitant, quod eſt contra finem orationis; tum etiam, quia ſæpe in Eccleſijs, dum diuina recitantur officia, aliqui organo ſonant cantiones profanas, & vanas, & quandoque etiam obſcœnas. huiuſmodi ſunt illæ, quas vocant Baſſas; & Altas, & alias, quas vulgus nouit eſſe turpes, & petulantes, quòd fieri non poteſt, ſine graui peccato ob irreuerentiam; quæ diuino cultui, & loco ſacro irrogatur: & propter ſcandalum, & occaſionem, quæ au-

audientibus præbetur, auertendi mentem à contemplatione rerum diuinarum,& ab attentione orationis, & rerum ſpiritualium, & conuertendi eam ad res vanas, profanas,& obſcœnas. confirmatur,quia hæc cæremonia eſt noua, nam viuente S. Thoma,quia obijt anno Chriſti 1274. non erat in Eccleſia introducta,vt colligitur ex ipſius verbis in 22 q.91. a. 2. ad 4. vt notat ibi Caietanus notabili ſecundo,& Nauar. c. 16.de oratione num.46. neque vſque ad hodiernum diem eius vſus eſt introductus in Capella Summi Pontificis,vt aduertunt Caietanus loco citato,& in Summa uerbo Organorum uſus, & Armilla uerbo organum,Sotus,& Nauar. Locis citatis,& norunt omnes,qui Romæ fuerunt. Huius ſententiæ uidetur fuiſſe Iuſtinus martyr, qui ad quæſtionem 107. quæ erat, cur in lege gratiæ, quæ eſt lex perfectionis introducta ſunt cantica, cũ in lege,ueteri propter mentis infantiam uideantur inducta: Reſpondet *Canere non omnino pueros decet, ſed canere cum inanimis inſtrumentis,& cum ſaltatione, & crotalis. Itaque ex templis exploſus eſt,& ſublatus vſus inſtrumentorum eius generis aliorumque,quæ pueris digna ſunt,relictuſque eſt, et retentus cantus omnino*,idem docet S. Thom. 22.q.91.art.2.ad 4. vbi ait *huiuſmodi muſica inſtrumenta magis animum mouent ad delectationem,quam per ea formetur interius bona diſpoſitio;in veteri autem teſtamento vſus erat talium inſtrumentorum, quia populus erat magis durus,& carnalis, unde erat per huiuſmodi inſtrumenta prouocandus,ſicut,& per promiſſiones terrenas.* Hanc ſententiam expreſſe docet Paludanus in 4.d.15. qnæſt.5. art. 2.concl.1.fin,vbi ait. *Nec cum inſtrumentis,& organis,& alijs corporeis,ſicut dicit Thomas 22.ne audientes magis ad laſciuiam, quam ad deuotionem excitentur,quod eſt contrarium fini orationis.* Armilla verbo cantus num. 3. ait *An autem organa,uel inſtrumenta muſicalia ſint ſonanda videtur dubium*. In hanc ſententiam propendet Nauar.cap. 16.de oratione num 46.& ſequentibus, in quibus refert multos abuſus ex organorum uſu in Eccleſia introductos.

2 Secunda ſententia affirmat organorum vſum, & aliorum inſtrumentorum muſicorum in officio diuino ſi grauis ſit, & moderatus non eſſe per ſe indecentem,ac proinde, nec iure prohibitum.Ratio eſt,quia non eſt intrinſece malus,nam ſi talis eſſet, nunquam permitti potuiſſet, ſed in lege veteri frequens fuit eorum vſus,vt patet 1.Regum 6. ver.5.& 4.Regũ

3.ver.

3.ver.15.pſalmo 32.verſ.2. pſalmo 150.verſ.3. neque id fiebat ex diſpenſatione *D*ei,nam effectus, qui ex tali vſu ſequebatur, aperte oſtendit vſum prædictorum inſtrumentorum non eſſe per ſe malum, nam homines ad deuotionem prouocabat, & prophetas ad contemplationem eleuabat; ergo nunc etiam eundem effectum habere poteſt, & quamuis lex gratiæ profectior ſit,in ea tamen ſunt multi imperfecti, & plebs chriſtiana multum mouetur ſenſibilibus adiumentis ad ſpiritualis, & hoc confirmat vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ vſus; nam nunc in vniuerſo fere orbe in præcipuis Eccleſijs,& in omnibus Cathedralibus hic vſus, vt vtilis,& honeſtus approbatur; & licet non cœperit ab initio Eccleſiæ,non tamen eſt nouus,ſed antiquus; nam ſi Platinæ credimus tempore Vitaliani Pontificis, circa annum *D*omini 660.eſſe cœpit, idem etiam refert Gilbertus Genebrardus lib. 3. Chronographiæ anno Chriſti 657.vbi agens de Vitaliano Pontifice,ait *Totum ſtudium huius Pontificis fuit in Dei cultu,&* Religione;*quare cantum in Eccleſia ordinauit ad veterem formam, & puritatem cultus Dei reuocauit; organa, & inſtrumenta muſica Eccleſijs adhibuit.* Si vero Aimoino fidem præſtamus in libro 4.de geſtis francorum cap. 114.non ante Ludouici Pij tempora,ideſt,poſt annum Chriſti 820.organa in Eccleſia audita ſunt.Quare probabilius eſt tẽpore S.Thomæ fuiſſe in Eccleſia vſum organorum,nam, vt patet ex ipſius verbis loco citato in arg. 4. non fuit loqutus de organis,ſed de alijs inſtrumentis, quorum vſum non dixit eſſe malum, ſed ſolum antiquo populo magis, quam nobis congruentem, vt bene ipſum intelligit Sotus lib. 10. de iuſtitia qu.5. art.2.colum. vltima, ante ſolutionem argumentorum; Nec obſtat, quod in *S*acello Summi Pontificis, & in Eccleſijs quorumnam Regularium hic vſus non recipiatur, quia hoc non prouenit ex eo, quod malus ſit, ſed quia non iudicatur, tam grauis,aut neceſſarius. Quod denique non ſit iure prohibitus, patet, tum ex communi vſu,tum etiam ex Concilio Trid. ſeſſ.22. in Decreto de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ, vbi præcipit Prælatis, *vt arceant ab Eccleſijs muſicas eas,vbi ſiue organo,ſiue cantu laſciuum,aut impurum aliquid miſcetur*,ergo muſicas honeſtas,& puras, etiam ſi organo fiant, non prohibet.Hæc eſt communis ſententia, quam docent S. Antoninus 3.parte,titulo 8. cap.4.§.12. Caietanus 22. qu.91.ar.2.ver.inter hæc,& in ſumma verbo organorum vſus,

Armilla

Digitized by

Armilla verbo organũ, Sotus loco ſupra citato, P. Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 9. punct. vnico, verſ. eſt autem P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis Canonicis cap. 8. num. 5. & 6. & c. 13. num. 17. ad hanc ſententiam accedit Cardinalis Bellar. tom. 4. controuerſiarum lib. 1. de bonis operibus cap. 17. §. vltimo P. Filliucius tom. 2. tract. 23. c. 3. nu: 120. Carolus Macignus cap. 61. nu. 8. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 2. quæſt. 1. puncto 3. num. 2.

3 Pro ſolutione igitur dubij dico primo quamuis prædictus organorum, & aliorum inſtrumentorum vniuerſalis vſus in diuinis officijs ſecundum ſe laudabilis ſit, & ad imperfectorum animos ad Dei cõtemplationem eleuandos valde vtilis, vt benè docet ſecunda ſententia: per accidens tamen poſſe reddi illicitum, ſi videlicet vana profana, & turpia in diuinis officijs admiſceantur, quod ſolum prohibet Concilium Trid. loco ſupra citato, & damnant Doctores, tam primæ, quam ſecundæ ſententiæ. ita docet S. Antoninus loco ſupra citato §. 12. dicens, *Pulſare ergo in organis, uel alijs ad Dei laudem non eſt prohibitum, & iuſte recipiunt ſalarium pulſantes: tamen pulſare ballatas, ut frequẽter fit, ualde deteſtabile eſt* Caietanus in ſumma ait *organorum uſus in Eccleſia, licet ſit nouus, licitus tamen eſt pro carnalibus adhuc fidelibus, & imperfectis; nulla tamen ratione licitum eſt, inter diuina in organis canere, ſeu pulſare ſæculares cantus, aut plauſus, aut quod peius eſt turpes, & amatorias cantilenas*, idem dicit Armilla verbo organum, & Sotus loco ſupra citato, ait *organorum autẽ uſus neutiquam eſt repudiandus, cum, & ſatis teſtimonijs comprobetur, & ubique ſit celebris, tametſi in Capella Pontificis Sũmi non ſit admiſſus: alia uero inſtrumenta, neque prorſus approbanda ſunt, neque omnino reſpuenda; ſed conſulenda eſt prudentia, quanam illorum locum ſanctitatis deceant.* idem docet Cardinalis Bellar. loco ſupra citato, P. Gregorius de Valentia, & P. Suarius locis citatis, nec Nauar. oppoſitum docet, ſed loco citato num. 46. ait *uſus organorum, et horum ſonus non eſt faciendus tanti ad uerum cultum diuinum, quanti vulgus facit.*

4 Quęres, an ſemper ſit peccatum mortale inter diuina officia organo turpia cantare turpeſue ſonos proferre. Reſpondeo, & dico ſecundo peccatum eſſe mortale ſuperſtitionis ſacrilegæ per ſe loquendo, & ex genere ſuo, poſſe tamen aliquando eſſe veniale, vel propter imperfectionem actus, vel leuitatem

materiæ,aut bonæ intentionis,vel inaduertentiæ , præſertim, quando materia non eſt impura,ſed tantum vana,& profana, & admiſcetur,non ad delectationem impuram,ſed ad vanam: Prima pars propoſitionis probatur , quia ſonus organorum appoſitus eſt diuinis officijs, vt pars Eccleſiaſticæ ſolemnitatis ; ſed miſcere diuinis officijs profana , & turpia nihil eſt aliud,vt bene docet Caietanus,quam coniungere Chriſtum , cum Belial,lucem,cum tenebris.Ergo talis miſtio,cum ſit cõtraria fini diuini cultus,qui eſt excitare deuotionem , & veritati Eccleſiæ,cõtra cuius ordinationem,loco antiphonarum , & diuinæ laudis ex perſona ipſius Eccleſiæ proferuntur à falſis miniſtris profana,& turpia, per ſe loquendo eſt peccatum mortale ſacrilegæ ſuperſtitionis : Secunda vero pars propoſitionis probatur , quia ſemper imperfectio actus , & leuitas materiæ ſufficiunt ad conſtituendum actum ex genere ſuo mortalem in genere peccatorum venialium.ratio à priori eſt, quia tunc fit leuis tantum iniuria cultui diuino , præſertim , ſi quis putet hoc modo illum non violari; hanc ſententiam expreſſe docet Caietanus 22.quæſt. 91. art.2.ver. ad euidentiam,& in Summa verbo organorum vſus , vbi addit inuolui eodem crimine,etiam illos, qui conducunt , & conſentiunt pulſantibus,Armilla uerbo cantus num.4.& uerbo organum num. unico Nauar. in manuali cap.12. num.87. & c. 8. de oratione num.48. Cardinalis Bellar.tom.4.controuerſiarum lib.1.de bonis operibus in particulari cap.17. §. ultimo . Vt autem perfectius diſcerni poſſit, quando prædicta culpa ſit mortalis quando uero uenialis .

5 *D*ico tertio tribus modis poſſe admiſceri diuinis officijs vana,& profana vel turpia, ſiue voce, ſiue organis cantentur . Primo formaliter,& ex intentione,vt cum quis ea admiſcet,vt vana,& turpia ſunt, tanquam diuini officij partem, v.g. loco antiphonarum, tunc talis actus præter deformitatem , quam ex natura ſua habet, quatenus vanus eſt , aut prouocatiuus ad malum,eſt graue peccatum mortale indebiti cultus,ac proinde ſuperſtitionis ſacrilegæ , tum quia fini diuini cultus aduerſatur, qui eſt non ad vana, & profana, ſed ad cœleſtia mentes excitare, tum etiam , quia eſt falſus cultus ex parte colentis , quia nomine eccleſiæ, tamquam partem diuini cultus inſerit; quod eccleſia minime inſeri vult.Secundo modo materialiter tantum,ideſt ſine intentione ea admiſcendi, tanquam partem

diuini

Digitized by Google

diuini cultus, ſed applicando ſolum materialiter illam conſonantiam ad diuina verba, quæ ſunt dicenda; & hoc, quamuis ex ſe ſit indifferens, nam ſonus, ſiue vocis, ſiue organi ex natura ſua indifferens eſt ad ſignificanda ſacra, vel profana, per accidens tamen poteſt eſſe peccatum, ratione conditionis, aut naturæ ſoni: ſi talis ſit, vt ad malum prouocet, quia eo communiter audientes ad malum excitantur. Quare erit mortale, vel veniale, ratione prouocationis, poterit etiam eſſe mortale, ratione ſcandali, vt ſi audientes intelligant conſonantiam, & putent muſicum ex intentione miſcere diuino cultui profana. Tertio modo, vt ſi quis organis velit profana ſignificare, nolit tamen ea, tanquam partem diuini cultus inſerere, ſed ſolius, delectationis gratia, tamquam quid impertinens ad diuinum cultum; & tunc ſi illa profana, ſint turpia, & laſciua, præter mortalem malitiam, quam ex ſe habent, quatenus ſunt prouocatiua ad malum, habent aliã mortalem malitiam, contra virtutem Religionis, propter iniuriam grauem, quæ fit cultui diuino, & loco ſacro, & cum res ipſa manifeſte præſeferat ſuam turpitudinem, non poteſt in hoc dari vlla ignorãtia excuſans. ſi vero hæc profana non ſint turpia, & laſciua, ſed vana tantum, & ſæcularia eſt veniale peccatum. ratio eſt, quia non eſt grauis iniuria, præſertim, ſi quis putet hoc modo non grauiter lædi diuinum officium. Hęc ſententia eſt expreſſa doctrina Caietani 22. qu. 91. art. 2. ver. inter hæc, & in ſumma verbo organorum vſus, quem ſequuntur Armilla verbo cantus num. 4. & verbo organum n. vnico. Nauar. in cap. 16. de oratione, & horis canonicis num. 42. & 48. & in manuali cap. 13. num. 87. verſiculo quarto P. Gregorius de Valentia tom. 3. in 22. diſp. 6. quæſt. 9: puncto vnico P. Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 37. num. 7. P. Suar. tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 13. num. 17.

6 Quæres an quando pars aliqua officij diuini per organum, aut aliud inſtrumentum muſicum profertur, vt fieri ſolet in verſibus, Magnificat, aut aliorum pſalmorum, ſit neceſſarium, vt etiam exprimatur idem verſus aliquo vocis cantu, vt ab aſſiſtentibus percipi poſſit. Reſpondeo affirmatiue, vel ſaltem id eſſe valde conueniens, tum quia hoc modo ſuauitas inſtrumenti non erit per ſe intenta, ſed vt res ipſa, quæ cantatur, ſuauius percipiatur, & magis moueat, ac proinde non tam delectet cantus, quam res cantatæ, tum etiam, vt integritas diuini of-

Digitized by Google

ni officij perficiatur;nam per ſolum ſonum organorum, vel aliorum inſtrumentorum, non videtur integre recitari diuinum,oſſicium,quale, eſſe debet,dum recitatur in Choro. & ideo in Eccleſijs Regularium,& Cathedralibus, quando in ſolo organo,ſine vllo cantu exprimitur aliquis verſus, ſolet chorus ſine cantu recitare illum verſum ſubmiſſa voce, quod ſufficit ad integritatem diuini officij. An vero hoc ſufficiat ad ſatisfactionem Populi,& publicæ orationis dubitat P. Suarius,tom.2.de Religione lib.4.de horis canonicis cap.8.num. 7. quod Nauar. in cap.16. de oratione num. 49. putat eſſe peccatum mortale,quando dicitur Credo,& Gloria, quia ea iubeatur cani,vt animo, & ore confiteamur Sanctam fidem, & gratias Domino, ob ſuum aduentum,agamus. Ex dictis patet reſponſio ad rationes primæ ſententiæ, nec Iuſtinus, martyr,& S. Tho. locis ibi citatis organorum vſum damnant, ſed ſolum dicunt inſtrumenta muſica Iudæis magis quam Chriſtianis conuenire.

CAPVT TERTIVM.

De ijs,qui tenentur horas canonicas in Choro publice recitare.

IN hoc Capite duo quæri poſſunt; Primum, qui nam teneantur horas canonicas recitare, abſtrahendo à recitatione priuata,& publica,& de hoc infra agemus. ſecundum, quæ nam perſonæ teneantur eas in choro publice canere,ſeu recitare,& de hoc nunc agimus;& circa hoc duo etiam quæri poſſunt.Primum, Quæ nam perſonæ ſint capaces, iuxta morem Eccleſiæ, & decentiam eius, vt eis hoc miniſterium committatur; ſecundum uero quibus perſonis ex obligatione, & præcepto hoc onus ſit impoſitum, & de vtriſque hic agemus,ſit igitur.

PRIMVM DVBIVM.

Quibus perſonis incumbit ex proprio munere Horas Canonicas in choro publice recitare.

1 RESpondeo,& Dico primo Munus canendi,ſeu recitandi publicè in Choro Horas canonicas ad Eccleſiaſticas perſonas

Digitized by Google

perſonas,ſeu peculiares Ecclesiæ Miniſtros propriè, & per ſe pertinere. Ratio eſt, quia ſicut Reſpublica temporalis habet milites ſuos qui die,noctuque excubant ad cuſtodiam Ciuitatis,ita fuit conueniēs,vt Eccleſia, quæ eſt Reſpublica ſpiritualis ſuos habeat,qui ſimiliter excubent, contra ſpirituales nequitias,eaſque clamando exterreant iuxta id Iſaię 62. 6. *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt,* quem locum Sanctus Hieronymus de Paſtoribus Eccleſiæ exponit, dicens, *Qui cuſtodes nec diebus debent, nec noctibus tacere,ſed ſemper Domini clementiam deprecari, vt grex illius,& muri Hieruſalem cuſtodiantur,& vallentur eius auxilio. Vnde, & ad eoſdem cuſtodes, atque doctores ſermo dirigitur. Ouos, qui recordamini Domini, eiuſque clementiam die,ac nocte precibus fatigatis canere,ne vnquam in ore veſtro ſileat oratio.*

2 Dico ſecundo ex antiquo Eccleſiæ vſu officium hoc publice Horas canonicas cantandi non pertinere ad totam fidelium plebem ita,vt omnes canere, ſeu vociferari in Eccleſia debeant,vt male quidam hæretici, in ſuis cōuenticulis introduxerunt. Ratio eſt,quia rectus ordo poſtulat,vt ſacra officia publica per ſelectas perſonas,& aliquo modo ſacras,& ad id deputatas, cum grauitate fiant, iuxta præceptum Apoſtoli 1. corinth.14.40. *omnia autem honeſte, & ſecundum ordinem fiant,*ſed ſi ab vniuerſa plebe Horæ canonicæ canerentur, munus hoc vileſceret,& non ſine magna confuſione, & perturbatione fieret;2.probatur exemplo veteris, & noui teſtamenti, nam in teſtamento veteri non totus populus, ſed ſoli Leuitę pſalmos ex officio publice decātabant,1.Paralip.15.16. *Dixit Dauid principibus Leuitarum,vt conſtituerent de fratribus ſuis cantores*, & cap.16.4. conſtituitque coram Arca Domini de Leuitis,qui miniſtrarent,& recordarentur operum eius,& glorificarent, atque laudarent Dominū Deum Iſrael, & in teſtamēto nouo Apoſtoli primi fuerūt,qui relicta cura tēporalium rerum munus ſuum proprium eſſe dixerūt Verbo Dei,& orationi,ſine intermiſſione inſtare Act.6.4.N*os uero orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus* exempla hæc ſcripturarum ſequuta antiqua Eccleſia munus Deum laudandi,ac precandi publicè ſolis clericis, & Monachis demandauit, vt conſtat ex antiquis Concil ijs Cabilonenſi can. 59. Moguntino ſub Rabano can. 16. Lateranenſi ſub Leone 10.

ſeſs.

ſeſs. 9. ex cap. Presbyter, & cap. Dolentes de celebrat. Miſſarum,& clementina 1.eodem titulo,ita Thomas Vualdenſis tom.3.de ſacramentalibus tit. 3.cap. 22.num.4. Cardinalis Bellarminus tom.4. controuerſiarum lib. 1.de bonis operibus in particulari cap.19. P. Suarius tom.2. de Religio lib. 4. de horis canonicis cap.9.num.2.P. Filliucius tom. 2. tract. 23.cap.4.q.1.num.121.

3 Dico Tertio Munus cantādi officium publice in choro,non eſſe ità proprium Clericorum,& Monachorum,vt ipſi ſoli ad illud aſſumantur;poſſunt enim aliqui, non ordinati,ad hoc miniſterium deputari.Vnde Iſidorus lib.2. de diuinis officiis cap.12.loquens de pſalmiſtis,quos Eccleſia alere ſolet, & inſtruere ad cantandi miniſterium in fine ſubdit.*Poſſe Presbyterum,ſine conſcientia Epiſcopi quinque ad officium cantandi ſibi deligere* dicit autē ſine conſcientia Epiſcopi,quia nō oportebat eos prius ab Epiſcopo ordinari, ſeu in gradu alio Eccleſiaſtico conſtitui,& in Concilio Carthaginenſi IV. cap.10.& refertur cap.Pſalmiſta 23.d.dicitur. *Pſalmiſta, ideſt Cantor poteſt,ſine ſcientia Epiſcopi,ſola iuſſione Presbyteri officium cantandi ſuſcipere*;dicēte ſibi Presbytero, *vide vt quod ore cantas, corde credas, & quod corde,credis,operibus cōprobes*.Ita P.Suarius tom.2.de Religione lib.4.de horis cano. cap.9.num.4.P. Filliucius tom.2.tract.23.cap.4.num. 122.Bonacina tom. 1. tract.de officio diſp.2.quæſt.1.punct.1.n.8.§. Reſpondeo.

4 Dico quarto,Licet ad canēdum in Choro,poſſint aliqui laici non ordinati conuenire,nam abſolute non eſt ſęcuları perſonę prohibitum in choro canere,cum clericis,aut Religioſis,ex ipſorum permiſſu,& quaſi iuuando illos,vt ſępe à multis fieri ſolet: ſemper tamen chorum Eccleſiæ debere conſtare ex aliquibus ad illud munus ſpecialiter deputatis; & ideo quamuis olim Monachi, qui non erant clerici,ſed laici, & nunc etiam fœminæ,vt in Monaſterijs Monialiū,communiter fieri videmus;etiam nomine totius Eccleſiæ diuinum officiū publice canant in choro;tamen,tam hę quam illi ſunt perſonæ vſibus Eccleſiaſticis deputatæ, ita P. Suarius tom. 2. de Religione lib.4.de horis cano.cap. 9.nu. 7. P. Filliucius tom. 2.tract.23.cap.4.num.122.

Digitized by Google

DVBIVM SECVNDVM.

An Munus publice in choro Diuinum officium recitandi, ſit ſub obligatione præcepti Clericis, & Miniſtris Eccleſiæ impoſitum.

1 RESpondeo, & Dico Primo, In iure præceptum eſſe impoſitum, ſub peccato mortali obligans Clericos ad hoc munus deputatos, vt publice in Choro Diuinum recitent officium. Hoc patet, ex cap. vltimo diſt. 92. vbi Presbyter, Diaconus, vel quilibet Clericus Eccleſiæ deputatus, ſi intra Ciuitatem fuerit, vel in quolibet loco, vbi Eccleſia eſt, & ad quotidianum pſallendi officium Matutinis, aut veſpertinis horis ad Eccleſiam non conuenerit, deponendus dicitur, ſi correctus ab Epiſcopo non emendetur. ex quo loco colligunt communiter Doctores obligationem, quæ in Eccleſijs Clericorum eſt ad hoc munus publice pſallendi Diuinum officiũ, ſi enim non eſſet talis obligatio, non cum tanto rigore agerentur Clerici ad illud munus implendum. quod vero obligatio ſit, ſub peccato mortali, patet ex grauiſſima pœna Depoſitionis, quæ non ſolet infigi, niſi ob culpam grauem, & mortalem. ſecundo colligitur hoc præceptum ex cap. 1. de celebrat. Miſſarum, vbi datur facultas Clerico ruſticano anticipandi horas ex cauſa, & additur *ita tamen, vt horis competẽtibus, iuxta poſſibilitatem, aut à ſe, aut à ſcholaribus publicè compleantur.* Ergo ibi ſupponitur hoc eſſe neceſſarium, & ſub obligatione; idem colligitur ex cap. Dolentes eodem tit. vbi dicitur, *diſtricte præcipientes, vt diuinum officium celebrent.* Ratio eſt, quia cum Diuinum officium ad hoc principaliter ſit inſtitutum, vt in eccleſia publice recitetur, non pro Clericis tantum, ſed etiam pro vniuerſo populo, vt omnes poſſint aſſiſtere, & illo frui neceſſarium fuit, vt ſub præcepto conſtitueretur. Hæc eſt communis ſententia. ita expreſsè docent Sanctus Antoninus 2. part. tit. 9. cap. 123. verſ. Quinta negligentia, Ang. verb. hora num. 25. Syl. ibi q. 10. Tabiena quæſt. 29. num. 29. Armilla num. 21. Caietanus §. 5. P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis cano cap. 10. num. 2. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 2. cap. 7. quæſt. 7. num. 7. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 49. 4. dicto 1. num. 128. Molfeſius in ſumma, de horis

cano tract.5.cap.2.num.64.Bonacina tom. 1.tract. de officio diſp. 2.q.1.punc.1.n.1.& 2.

2 Dico ſecundo prædictum præceptum obligare Prælatos, eccleſiarum,vt in Cathedralibus, & collegiatis eccleſijs quotidie faciant diuinum officium publiçe in choro recitari; ita expreſsè ſtatuitur in clementina 1.de celebrat. Miſſarum, vbi dicitur, *vt in Cathedralibus , Regularibus , & Collegiatis eccleſijs horis debitis deuote pſallant ſi* Dei,*& Apoſtolicæ ſedis indignationem euitare voluerint ſolicitam curent diligentiam adhibere.*ex quibus verbis colligitur præceptum , ſub mortali Prælatis impoſitum, & omnibus clericis eccleſiarum cathedralium,& collegiatarum,& idem colligitur,ex vniuerſali eccleſiæ conſuetudine.Ratio eſt,quia hæ ſunt principales eccleſiæ ad hunc diuinum cultum publicum inſtitutæ. ita Tabiena verb.horæ quæſt.28.nu.29.dicto 1.Armilla num.21.Sotus lib. 10.de Iuſtitia quæſt.5.art.3.fine 4.concl. 3. P. Suarius tom.2. de Religione lib.4.de horis cano cap.10.num.3.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.4.q.5.num.129.Ludouic.Miranda tom.1. Manualis Prælat. Regular. quæſt.37.art. 14.concl.1. Carolus Macignus de horis cano cap.56. num. 15. Bonacina tom.1. tract.de officio diſp.2.q.1.punct.1.nu. 2. Aragonius 22. q.83. art.12.dub.4.concluſ.1.

4 Quæres An in eccleſijs Regularium , ſit eadem obligatio canendi publice Horas Canonicas in choro.Reſpondeo affirmatiue.Ratio eſt,quia in prædicta Clementina 1. de celebrat. Miſſarum,cum eccleſijs cathedralibus, & collegiatis numerãtur,etiam Regulares , ergo ſupponit Pontifex in his eccleſijs eamdem eſſe obligationem , pſallendi publice diuinum officium in choro,ſicut in prioribus; hæc tamen Regularium obligatio differt à reliquis,quia ſolum eſt,iuxta vniuſcuiuſq; inſtitutum.Regulas,aut conſuetudinem, Nam Religioſi non tenentur officium recitare in choro , ratione beneficij proprij,vt conſtat,nec etiam, quia aluntur eleemoſynis, & bonis eccleſiaſticis;quia non ſub hac ratione , nec ad hunc finem aluntur;ſed,vt Deo ſeruiant, iuxta ipſorum inſtitutum , nec etiam eſt vllum ius canonicum, quod hoc onus omnibus Religionibus imponat . nam in prædicta Clementina , potius ſupponitur aliunde illa obligatio, & ideo ſolum præcipitur, vt debito modo pſallatur. quare obligatio ſupponenda eſt ex peculiari inſtituto,Regula,aut conſuetudine: hæc eſt communis

munis

Digitized by Google

munis ſententia, quam docent S. Antoninus 2. part. tit. 9. cap. 12. §. 3. verſ. Quinta negligentia; Ang. verb. hora num. 26. Tabiena ibi qu. 28. num. 29. dicto 11. Syl. q. 10. Armilla num. 21. Sotus lib. 10. de Iuſt. qu. 3. art. 3. circa finem, Aragonius 22. q. 83. art. 12. dub. 4. Not. 2. & concl. 1. P. Suarius tom. 2. de Religio. lib. 4. de horis cap. 10. num. 7. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 4. qu. 7. num. 133. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 2. qu. 1. punct. 1. num. 9.

5 Quæres An prædicta obligatio, ſit ſub culpa mortali, an tantum ex Regula, ita vt non excedat communem obligationem Regulæ. Reſpondeo, & Dico primo, ſi loquamur de toto Conuentu, ſeu eccleſia Regulari, in qua eſt conſuetudo regulariter dicendi Diuinum officium publice in choro, etiam ſi id nulla Regula explicauerit, nec vllum votum de hoc directe fiat, eſſe obligationem grauem, ſub peccatò mortali, quia ſaltem per conſuetudinem videtur illud onus, ita receptum; & acceptum; & magnum eſſet ſcandalum, ſi omitteretur, quãuis interdum ex iuſta cauſa poſſit in hoc diſpenſari. ita docet Armilla verb. hora nu. 21. Sotus lib. 10. de Iuſtitia quæſt. 5. ar. 3. prope finem, P. Suarius tom. 2. de Religio. lib. 4. de horis cano cap. 10. num. 7 fin. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 4. q. 7. n. 134. P. Layman to. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. n. 1.

6 Dico ſecundo hanc obligationem principaliter cadere in Prælatos Religionis, et Monaſterij, ſcilicet Abbatem, Priorẽ, Guardianum, Abbatiſſam, Prioriſſam, & quemcunque alium. Ratio eſt, quia quoties obligatio cadit in aliquod myſticum corpus alicuius communitatis, caput talis corporis, ratione ſui muneris maxime tenetur curare, vt obligatio illa impleatur, quia ad ſuperiorẽ pertinet mouere inferiores ad operandum; alias non poſſet tale corpus moraliter tali obligationi ſatisfacere. Hæc autem Prælatorum obligatio ſpecialiter explicata, & aucta eſt in prædicta Clemẽtina 1. de celebratione Miſſarum, vbi ordinarijs Rectoribus, & ſuperioribus præcipitur, vt ſollicitam adhibeant diligentiam, vt debitis horis conuenienter hoc officium pſallatur, vel celebretur, ſi Dei, & Apoſtolicæ ſedis indignationem euitare uoluerint, quæ verba manifeſte indicant præceptum obligans ad mortale: ita Tabiena v. horæ qu. 28. num. 29. Armilla num. 21. Sotus lib. 10. de Iuſta q. 5. art. 3. prope finem; vbi, ait *ſi vbi fieri poteſt Præfecti negligentia tale officium in communi non fieret, citra dubium mor-*

tale illi eſſet crimen Nauar cap.3.de oratione num.61. Petrus de Aragonia 22.q.83.art.12.dub.4.concluſ.1. P.Suarius tom. 2.de Religio.lib.4.de horis cap.10.num.8.P. Layman tom.2. lib.4.tract 1.cap.4.num.1. P. Filliucius tom.2.tract.23. cap. 4.quæſt.7. dicto 3.n. 135. Bonacina tom.1.tract. de officio diſp.2.quæſt.1.punct.1.num.9.

7 Dico Tertio prædictam obligationem publice recitandi Diuinum officium in choro, deſcendere etiam ad ſingulos Regulares,vel Moniales,qui ſunt membra talis Communitatis, & Monaſterij, in quo ex conſuetudine regulariter recitatur Diuinum officium in Choro;Ratio eſt,quia talis obligatio eſt moraliter neceſſaria in ſingulis,vt à tota communitate efficaciter impleri poſſit, & quamuis hæc communis obligatio in ſingulis Canonicis,& alijs Clericis beneficiatis ſit, ſub peccato mortali,vt ſupra dicto 1.nu.1.dictum eſt: In Religioſis tamen,qui chorum profitentur; non videtur eſſe ſub mortali, niſi,vbi fuerit hoc ſpeciali conſtitutione præceptum, ita expreſſe declaratum,& impoſitum, vel ſi in aliqua Religione proprium votum de hoc fieret; Non enim Conſuetudo chori in hoc ſenſu eſt in Religionibus introducta; ſed ſolum,vt officium diuinum in choro recitetur,& omnes adeſſe debeant, iuxta Regulam,& quod in hoc deficientes pœnæ ſubiaceant, non vero,quod mortaliter peccent, dummodo illud priuatim recitent;ita expreſſe docet Sotus lib.10.de Iuſt. quæſt.5. art.3.prope finem,vbi ait *vniuerſi,& ſinguli Monachorum Cõuentus cuiuſcumque ſpiritualis ordinis,qui ſub ratione ſolemnis voti ab Eccleſia ſunt approbati, tenentur in communi diuinum officium celebrare,ergo quotquot eidem muneri addicti ſunt,quoties choro defuerint,tenentur idem officium pendere, quod illic publice canerent* ex quibus verbis aperte conſtat, ipſum non cenſere ſingulos Regulares peccare mortaliter, ſi non recitent in choro, ſed tantum,ſi priuatim idem officium non recitent, & ideo paulo poſt tantum præfectos dicit peccare mortaliter,ſi id fieri non curent,& infra addit *Idem eſt, & de ſanctimonialibus cenſendum:nempe,quod tenentur in communi, vbi fieri poteſt,ad officium diuinum,ſin minus priuatim* eamdem ſententiam expreſſe docet P. Suarius tom.2.de Religione lib. 4.de horis cano.cap.10.num.15. vbi ait *De Religioſis autem, qui chorum Profitentur, exiſtimo non teneri ex vi generalis legis,ſeu præcepti obligantis,ſub culpa mortali ad canendum in cho-*

ro,

ro, niſi vbi fuerit ſpeciali conſtitutione hoc præceptum impoſitum, vel voto idem docent P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. in principio P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 4. quæſt. 9. dicto 1. num. 139. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 192. punct. 2. num. 10. & 11.

8 Dices ex obligatione chori in toto corpore, ſeu Monaſterio exiſtente naſcitur hæc obligatio in ſingulis membris, quia non poteſt Cõmunitas obligari præcepto, niſi quatenus ſingulæ perſonæ obligantur; nam obligatio, quæ eſt ex præcepto in perſonam ueram, & non fictam cadere primario debet, ut inde poſſit in corpus myſticum redundare; ergo, cum obligatio in communi ſit ſub culpa mortali, eodem modo erit in ſingulis. Reſpondet P. Suarius loco citato; abſolute, & immediate loquendo, non ita eſſe; nam ſatis eſt, quod cura prouidendi, ut Chorus non deficiat, ſit apud Prælatum, & quod ipſe poſſit cogere ſubditos, ut in choro non deſint. quãdiu vero ſuperior non imponit ſpeciale, & perſonale præceptum, non eſt talis obligatio in ſingulis ex præcepto, nec ſuperior debet illam imponere, ſine cauſa; quando publicę obligationi, ex vi Regulę ſit ſatis, & non deſunt qui religioſè, ac voluntariè ſuæ profeſſioni ſatisfaciant: ſi autem tanta eſſet ſubditorum negligentia, vt videretur præceptum neceſſarium, tunc imponendum eſſet.

9 Quæres, An obligatio cõis obliget ſingulos, quando non ſolum ſubditi, ſed etiam ipſe Prælatus eſſet adeo negligens vt omitteretur publica Diuini officij recitatio in Choro ex defectu miniſtrorum; Reſpondeo affirmatiue; tunc enim præceptum commune ſingulos obligaret, quia iam eſſet publica, neceſſitas, in qua omnes obligantur. Huic ſentẽtiæ fauent doctores, qui dicunt non excuſari à peccato mortali illos Religioſos, ex quorum abſentia in Choro Eccleſiaſticum officiũ notabile damnum, ſeu magnam iacturam pateretur, ita expreſſe docent Ang. verb. Hora num. 26. Tabiena ibi quæſt. 28. num. 29 Syl. quæſt. 10. num. 12. Armilla num. 21. Caietanus ibi §. quoad quintum, Graſſijs par. 1. Deciſio lib. 2. cap. 53. num. 13. P. Suarius tom. 2. de Religio lib. 4. de horis cap. 10. num. 15. fin. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 4. quæſt. 9. dicto 1. nu. 139. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 2. punc. 2. num. 8. §. Dixi regulariter, & diſp. 291. punct. 1. nu. 9. fin.

10 Quæres An ſi Religioſus alijs in Choro canentibus, ipſe ob

pigritiam ſileret, vel omnino à choro abeſſet peccent mortaliter. Reſpondeo negatiue. Ratio eſt, quia tunc, cum ſint alij, qui canant chorus nullam iacturam pateretur, nec eſſet grauis trangreſſio; nam quod omnes in choro canere debeant, & ab eo non abeſſe, ſolum prouenit ex Prælati diſpoſitione; vel Regulæ ordinatione, quæ ordinarie, non ſub peccato mortali, ſed ſub pœna, ſecundum Ordinis, vel Monaſterij conſuetudinē inſligenda obligare ſolet, vt ſupra dicto 3. num. 7. dictum eſt, hæc concluſio ſequitur ex præcedenti, eamque docent doctores pro illa citati, expreſſe Paulus Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 1. §. Obligatio. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 2. q. 1. punct. 1. num. 11.

21 Quæres, An ſi aliquis Regularis, vel Monialis, ſine rationabili cauſa ſæpiſſime deeſſet choro, peccet mortaliter; Reſpondeo illum, qui ex contemptu id faceret, aut ex eius abſentia notabile damnum pateretur Eccleſia, quia non ſunt alij, qui poſſint competenter celebrare, peccare mortaliter. Ratio eſt quia Religioſi, qui chorum profitētur, non ſolum tenentur diuinum officium recitare, ſed etiam tenentur publice illud in choro canere, ergo, cum ſine rationabili cauſa deſunt, & ideo damnum afferunt choro, peccant mortaliter, cum vero ſine contemptu, & ſine damno peccāt venialiter; ita Angelus verbo hora num. 26. Syl. ibi quæſt. 10. num. 12. Tabiena quæſt. 28. num. 29. Armilla num. 21. Caietanus in ſumma verbo horæ §. quoad quintum ait, *vbi tamen contemptus deeſt, & propter meam abſentiam non notabiliter læditur diuini cultus officij, & Prælati diſſimulant, parum de ijs, quæ Dei ſunt curantes, non incurro mortale peccatum, ex hoc quod deſum horis canonicis in Eccleſia mea, quia contra præceptum iuris poſitiui proprie non venio, nec notabile damnum infero diuino cultui. Grauiter tamen pecco, ſi ſine rationabili cauſa me debitis horis ſubtraho, quia grauis eſt ratio diuini debiti* prædictā Caietani ſentētiā ſequitur Nauarrus cap. 5. de oratione num. 14. Dicto 6. Graffijs p. 1. Deciſio lib. 2. cap. 53. num. 13. P. Valentia tom. 3. diſput. 6. q. 2. punct. 10. §. circa ſextum P. Suarius tom. 2. de Religio. lib. 4. de horis cap. 10. num. 16. fin. ait primum dictum Caietani in Religioſis verum eſſe, vbicumque ex aliqua ſpeciali conſtitutione, aut conſuetudine alicuius Religionis contrarium non conſtiterit. Poſterius vero, ne ſit contrarium priori intelligendum eſſe de graui peccato in latitudine venialis, &

verum

Digitized by Google

verum eſſe, quando nulla probabilis cauſa excuſat, & idem ſentit Nauarrus loco citato, vbi ait, *& ſi ſit graue peccatum veniale* idem docet P. Filliucius to. 2. tract. 23. cap. 4. quæſt. 9. dicto 2. nu. 140.

12 Dices quid dicendum ſi Religioſus duceret in conſuetudinem non ire ad chorum; Reſpondeo, aliquos doctores affirmare, tunc Religioſum peccare mortaliter, Ratio pro hac ſententia eſſe poteſt, quia ille, qui conſuetudinem ducit non ire ad chorum, videtur obligationem ſuam contemnere. huic ſententiæ fauent Tabiena, Armilla, & Caietanus locis numero precedenti citatis, qui dicunt peccare mortaliter illum qui abeſt à choro ex contemptu; expreſſe vero hanc ſententiã docent Ang. v. hora nu. 26. Syl. qu. 10. nu. 1, 2. Graſſiis p. 1. Deciſio lib. 2. cap. 53. nu. 13. Quare ſi quis ſemel, vel bis, ſine rationabili cauſa abeſſet, ſolum peccaret venialiter, ſi vero Prælatus diſpenſaret, neque venialiter; ſed P. Suarius to. 2. de Religione lib. 4. de horis cap. 10. nu. 16. videtur ſentire Religioſum, qui non accedit ad chorum, nunquam peccare mortali- etiam ſi id duceret in conſuetudinem, dummodo diuinum officium priuatim recitet, Ratio ipſius eſt, quia vnuſquiſque Religioſus in particulari tenetur ad canendum in Choro ex vi Regulæ, quæ ordinariè non obligat, ſub reatu culpæ, ſed tantum pænæ, mihi tamen prima ſententia videtur probabilior; quia Religioſi chorum profitentes, non ſolum ex vi Regulæ tenentur ire ad chorum, ſed etiam ratione conſuetudinis vniuerſalis obligantis, ſub mortali, tenentur enim non ſolum recitare officium, ſed etian in choro, quo addicti ſunt, ratione profeſſionis.

13 Quæres An Prælatus Religionis peccet mortaliter quoties ſine rationabili cauſa ipſe choro deeſſet. Reſpondeo negatiue; Ratio eſt, quia in Prælatis Religionum duplex eſt obligatio, altera ſolicite curandi, vt hoc munus in ſuis Eccleſijs à ſuis ſubditis conuenienter exerceatur, & hæc ſub peccato mortali eſt, vt ſupra dicto 2. num. 6. probatum eſt; altera vero obligatio eſt aſſiſtendi perſonaliter, & pſallendi, cum alijs officium in choro, & hæc non eſt maior in ipſis, quam in ſubditis, quoad rigorem præcepti, niſi fortaſſe ratione exempli, & maioris ſcandali vitandi, ob circumſtantiam perſonæ ita Aug. v. hora nu. 26. Tabiena nu. 29. P. Suarius to. 2. de Religione lib. 4. de horis cap. 10. numer. 8. fin. P. Filliucius tom.

2. tract.

2. trac.23.cap.24.quæſt.7.dicto,3.num.135.

DVBIVM TERTIVM.

An in alijs Eccleſijs, quæ non ſunt Cathedrales, nec Regulares, aut Collegiatæ ſit eadem obligatio recitandi publice Diuinum officium in choro.

1 RESpondeo affirmatiue. Ratio eſt, quia hoc expreſſe colligitur ex Clementina 1. de celebratione Miſſarum, vbi cum Pontifex egiſſet de obligatione, quæ, circa hoc eſt in Eccleſijs cathedralibus, Regularibus, & collegiatis, addit. *in alijs vero conuenienter, & debite celebretur diuinum, diurnum, & nocturnum officium* quibus verbis videtur Pontifex ponere diſcrimen, inter Eccleſias cathedrales, Regulares, & collegiatas, & inter alias. Turrecremata in cap. vltimo diſt. 92. qu. 1. dicit diſcrimen in hoc conſiſtere, quod in alijs eccleſijs ſolum in Dominicis. & feſtis eſt recitandum in choro diuinum officium; niſi aliud habeat conſuetudo; ſed diſcrimen hoc nõ habetur in textu; imo quoad Eccleſias Parochiales contrariũ videtur colligi ex cap. 1. de celebratione Miſſarum nam ibi ſermo eſt de Presbytero Parochiali, & rurali, & tamen ab eo exigitur, vt in Eccleſia publicè officium diuinum perſoluat, & ibi loquitur de diebus ferialibus, nam permittit prædicto Præsbytero, vt exeat ad opus rurale, quod non licet in die Dominico, & feſtiuo, & tamen pro illo eodem die exigitur, vt officium in Eccleſia publice recitetur quare mihi probabilius videtur diſcrimen in hoc conſiſtere, quod in Eccleſijs cathedralibus, Regularibus, & collegiatis officium, cum maiori ſolemnitate celebretur in alijs vero modo conuenienti, & hoc ſignificatur illis verbis, *conuenienter, & debite celebretur*, ita P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis cap. 10. num. 3. P. Filliucius tom. 2. trac. 23. cap. 4. qu. 5. nu. 130.

Quæres *An* in Eccleſis Parochialibus, ſit obligatio quotidie recitandi diuinum officium publice in choro. Reſpondeo affirmatiue, ſi tantum reſpiciamus ius commune. Ratio ſit, quia ita aperte colligitur ex cap. 1. de celebratione Miſſarum, vt numero præcedenti probatum eſt; ſi vero reſpiciamus conſuetudinem, & inſtitutionem, contrarium dicendum eſt; nam cnm hæc obligatio ſit de iure eccleſiaſtico, potuit contraria

traria conſuetudine auferri, & introduci, vt in aliquibus ecclefijs officium Diuinum ſolum celebratur in diebus Dominicis,& feſtis,vt dicit Turrecremata, in aliquibus vero ſolum horæ, ante prandium,& veſperæ,poſt prandium,quare in Ecclefijs Parochialibus pinguioribus,quæ plura habent beneficia,ſuo ſeruitio deputata,& copioſum populum, ſi fuerit cõſuetudo, vt omnes horæ quotidie recitentur in choro illa omnino ſeruanda eſt; nam in his Eccleſijs præceptum Eccleſiaſticum maxime cenſetur obligare. In alijs vero in quibus ſtipendinm tenuiſſimum eſſet, & paruus eſſet Clericorum numerus,poteſt conſuetudo ſeruari, vt nũquam publice officium recitetur, vel ſolum veſpere, & ita communiter fit in praxi,in his conueniunt P.Suarius tom.2.de Religio lib.4.de horis cap.10.num.4.& 5.P. Filliucius tom.2. tract.23. cap.4. quæſt.6.nu.131.Bonacina tom.1. trac.de officio diſp.1. qu.3. punc.5.nu.12.& diſp.2.qu.1.punc.1.num.7.

3 Quæres An in Eccleſijs, quæ ſimplices vocantur, ſeu Capellæ ſit obligatio publice recitandi officium diuinum in choro.Reſpondeo de his nihil iure communi ſtatutum eſſe, & ideo ſeruanda eſſe eorum ſtatuta, & inſtitutiones approbatas;nam ſolent huiuſmodi Cappellæ erigi,& fundari à Patronis Eccleſiaſticis,& ſæcularibus, cum onere, & obligatione, vt in eis recitentur quotidie horæ Canonice, vel certis temporibus,puta Dominicis diebus, & feſtis veſperæ, vel aliquæ horæ, & quando de tali inſtitutione conſtat, & eſt ſufficiens ſtipendium ſeruari debet, nec facile, contra illam eſt conſuetudo admittenda, niſi grauis, & rationabilis cauſa intercedat. Ratio eſt, quia huiuſmodi inſtitutio non ſolum obligat ex iure poſitiuo,ſed etiam naturali, ob iuſtum, & voluntarium pactum teſtatoris,vel dantis ſtipendia ſub tali conditione, vt bene docet Nauarrus cap.5. de oratione dicto 2. num.2.& dicto 5.nu.11,P.Suarius to.2.de Religione lib.4. de horis cap.10.nu.6.P. Filliucius to.2.trac. cap.4. q.6. dicto 2. num.132.Bonacina tom.1.trac.de officio diſp.2. qu.1. punc. 1.num.7.

4 Quæres *An* beneficiatus teneatur quotidie officium diuinum publice in *Eccleſia* recitare ex præcepto obligante ſub peccato mortali.Reſpondeo,circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet prædictos teneri ex præcepto quotidie officium in Eccleſia dicere,vel audire,niſi eos iuſtum impedimentum

mentum excuſet, quare ſi quis eorum præſens ſit, & dicat officium in camera, non reddit debitum, quia tenetur Eccleſiã officiare; ita docent Innocentius, & Hoſtienſis, quos refert, & ſequitur S. Antoninus 3. part. tit. 13. cap. 4. §. 1. quæſt. 1. Syl. v. horæ qu. 2. nũ. 3. dicto 4. vbi eos intelligit de honeſtate, & de bene eſſe.

5 Secunda ſententia docet ſecluſo contemptu, & ſi ob illius abſentiã non notabiliter læditur cultus diuini officij Beneficiatum non peccare mortaliter, ſi non recitet in choro, ſed tantum venialiter, ſi ſine rationabili cauſa id faciet. ita Sotus lib. 10. de Iuſt. qu. 5. art. 4. concl. 3. vbi dicit contrariam ſententiam eſſe valde rigidam, Cardinalis Bellarminus to. 4. controuerſ. lib. 1. de bonis operibus in particulari cap. 18. verſ. locus, Nauarrus cap. 5. de oratione num. 14. dicto 6. P. Suarius tom. 2. de Religio. lib. 4. de horis cap. 27. nu. 1. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moral. lib. 7. cap. 2. dubio 44. nu. 3. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 7. nu. 176. propoſitione 2. hanc ſententiam ſequuntur, etiam omnes doctores dubio præcedenti nu. 11. citati, & hæc ſententia mihi videtur probabilior.

6 Quæres An Epiſcopi obligentur ad diuinum officium in choro recitandum. Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat. Ratio eſt, quia ipſe etiam ratione ſui muneris, & beneficij eſt ſuæ Eccleſiæ deputatus; huic ſententiæ videtur fauere Innocentius in cap. 1. de celebratio. Miſſarum, vbi loquens in genere de Prælatis, ait poſſe eos ex cauſa legitima abeſſe à choro, ergo ſupponit eos per ſe ad id teneri, eodem modo loquitur Turrecremata cap. vltimo diſt. 92. dub. 2. Hanc ſententiam expreſſe docent Ang. v. horæ nu. 26. Syl. ibi qu. 10. nu. 12. Tabiena qu. 28. nu. 29. Caietanus in ſumma verbo Epiſcoporum peccata Nauarrus cap. 5. de oratione num. 14. dicto 6. & num. 16. & 17. prædicti doctores probant hanc ſententiam primo ex Concilio Carthaginenſi 4. c. 15. quod refertur cap. Epiſcopus d. 42. ſed ibi tantum præcipit, vt Epiſcopus *hoſpitium non longe ab Eccleſia habeat* 2. probant ex cap. Peruenit 7. qu. 1. vbi S. Gregorius Magnus præcipit Pimeo Amalphitanæ Ciuitatis Epiſcopo, vt *in Eccleſia ſua Sacerdotali more reſideat*. Sed in his iuribus nulla mentio fit de choro.

7 Secunda ſententia docet Epiſcopos non teneri ad Diuinũ officium recitandum in choro, niſi fortaſſe certis quibuſdam

diebus

Digitized by Google

diebus feſtis,vel ſolemnitatibus, in quibus conſuetudo, & publica ædificatio id poſtulat. Ratio eſt, quia in cap. vltimo 92. diſtinct.obligatur Presbyter, & inferiores clerici; & non fit mentio de Epiſcopo, tanquam in altiori ordine conſtituto, & grauioribus occupationibus impedito: 2.ex Concilio Aurelianenſi 1.cap.33.quod refertur cap:Epiſcopus de conſecratione d.3.vbi dicitur,*Epiſcopus ſi infirmitate non fuerit impeditus, Eccleſiæ cui proximus fuerit die Dominico deeſſe non debet* vbi Gloſſa ait *Argumentum, quod Epiſcopus Dominicis diebus in Epiſcopali Eccleſia diuinis officijs debeat intereſſe: in qua ſacerdotali more præcipitur reſidere,vt 7.q.1.Peruenit.* Ergo alijs diebus poteſt abeſſe,ſine excuſatione infirmitatis, vel ſimilis cauſæ,nec ibi eſt rigoroſum præceptum,nam verbum(debet)ſignificat quandam decentiam,nec tenentur Epiſcopi ad id ratione ſtipendij ex Beneficio,nã habent alia onera,ob quę ab eccleſia debent ali,nec conſuetudine,quia nullus Epiſcopus hanc obligationem cognouit, imo ex ea contrarium potius probatur; quare optimum conſilium eſt, ſi diebus Dominicis, & feſtis alijſque ſolemnioribus diebus interſint tempore Miſſæ ſolemnis,& veſperarum,niſi aliqua graui cauſa ſint impediti, & hoc ſaltem communiter fit à bonis Epiſcopis. Hanc ſententiam docuit Stephanus Durant.lib 3.de ritibus cap. 21. num. 11.P. Suarius tom.2.de Religione lib.4.de horis cap.10. num. 12.P. Filliucius tom.a.tract.23.cap.4.q.8.num.136 & 137. Carolus Macignus de horis canonis cap.57.Bonacina tom. 1. tract. de officio diſput.1.q.3.punct.5.num.9.P.Sanchez to.1.conſil.moral.lib.2.c.2.dub.113.n.3.

8 Mihi prima ſententia non videtur improbabilis,nam ad c. Epiſcopus de conſecrat.d. 3. reſpondent Doctores primæ ſententiæ,præſertim Nauarrus cap.5.de oratione num. 16. quod ibi Concilium Aurelianenſe non intendit dicere,quod Epiſcopus intereſſe non teneatur alijs diebus,ſed quia Dominicis diebus ſe excuſare non poteſt,niſi ob infirmitatem,aut aliam cauſam ſimilem,& ſi alijs diebus,ex alia leuiori cauſa poſſit;ſecunda vero ſententia mihi magis probabilis, & communi vſu recepta, quia Epiſcopi habent regulariter iuſtas occupationes negotiorum,quæ expediunt ad bonum ſuarum eccleſiarum.

Digitized by Google

DVBIVM IV.

Iuxta cuius nam Breuiarij formam teneantur Clerici ſæculares Regulares, & Moniales Diuinum Officium in ſuis Eclleſijs, & choris recitare, vel canere.

1 RESpondeo, & Dico primo Omnes prædictos, qui ante Pium V. non ſunt vſi Breuiario ex inſtitutione, vel conſuetudine ducentis ante annis à Sede Apoſtolica approbato, teneri in choro recitare officium diuinum, iuxta formam Breuiarij Pij V. iuſſu editi, 7. Idus Iulij anno 1568. Hæc propoſitio aperte conſtat ex ipſa Bulla Pij V. Breuiario præfixa, qua prædictum Breuiarium confirmat; in qua prius reuocat *omnia alia Breuiaria, omnemque illorum vſum de omnibus Orbis eccleſijs, Monaſterijs, Conuentibus, Militijs, Ordinibus, & locis virorum, & mulierum, etiam exemptis: illis tamen exceptis, quæ ex inſtitutione à ſede Apoſtolica approbata, vel conſuetudine, quæ vel ipſa inſtitutio ducentos annos antecedat, alijs certis Breuiarijs vſa fuiſſe conſtiterit* deinde præcipit verbis ſequentibus. *Omni itaque alio vſu quibuslibet, vt dictum eſt interdicto, hoc noſtrum Breuiariũ, ac precandi, pſallendique formulam in omnibus vniuerſi orbis eccleſijs, Monaſterijs, Ordinibus, & locis etiam exemptis, in quibus officium ex more, & ritu dictæ Romanæ eccleſiæ dici debet, aut cõſueuit, ſalua prædicta inſtitutione, vel conſuetudine prædictos ducentos annos ſuperante, præcipimus obſeruari*, & Paulo poſt ſic ſtatuit. *neminemque ex ijs, quibus hoc dicendi, pſallendique munus neceſſariò impoſitum eſt, niſi hac ſola ſatisfacere poſſe*. & ita docent communiter Doctores recentiores. P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 11. q. 1. fin. P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis cap. 11. num. 3. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 6. P. Sanchez tom. 2. conſil. moralium lib. 7. cap. 2. dubio 22. concluſione 1. P. Leſſius lib. 2. de Iuſtitia cap. 37. Dubia: 12. nu. 73. P. Filliucius to. 2. tract. 23. cap. 9 q. 1. n 184.

2 Quæres An poſt Breuiarium Clementis VIII. editum die 10. Maij anno 1602. teneantur clerici ſæculares, Regulares, & Moniales, qui vſi fuerant Breuiario Pij V. eodem vti Breuiario. Reſpondeo affirmatiuè; quia Clemens VIII. non mutauit formam Breuiarij Pij V. ſed ſolum illud à mendis, quæ irrepſerãt, expurgauit, paucis additis vel immutatis, & ideo à prædictis

eſt

eſt choro pſallendum,vel iuxta,Breuiarium Pij V.quo vti licet, quandiù libri prius impreſſi conſumuntur, vel iuxta Breuiarium Clementis Octaui, iuxta cuius formam in poſterum ſunt Breuiaria imprimenda, ſicut ipſemet Clemens ſtatuit in Bulla confirmationis Breuiarij iuſſu ipſius recogniti; Breuiario præfixa:& idem fere dicendum eſt de Decreto Sacræ Rituum Cõgregationis,circa Hymnos iuſſu Vrbani VIII. correctos die 17.Martij 1629.

3 Quæres quodnam peccatum committerent prædicti, ſi alia forma in ſuis eccleſijs,& choris vterentur. Reſpondeo,ſine dubio eos mortaliter peccare.Ratio eſt,quia facerent,contra præceptum Papæ ſatis expreſſum, & materia eſt valde grauis,pertinens ad ſubſtantiam diuini officij: nam in publica oratione chori,debet neceſſario ſeruari eccleſiæ conſuetudo, & neceſſaria vniformitas,de qua loquuntur Iura cap. de ijs diſt. 12.ex Concilio Toletano XI.cap.3.vbi ſic dicitur.*Placuit huic Sancto Concilio,vt metropolitanæ ſedis auctoritate coacti vniuſcuiuſque Prouinciæ Ciues, Rectoreſque Eccleſiarum vnum, eumdemque in pſallendo teneant modum,quem in metropolitana ſede cognouerint inſtitutum;nec aliqua diuerſitate cuiuſque ordinis,vel officij à metropolitana ſe patiantur ſede diſiungi*,& cap.Placuit eadem diſt. ex Concilio Bracarenſi 1.cap.19.vbi dicitur. *Placuit omnibus communi conſenſu,vt vnus, atque idem pſallendi ordo in matutinis,vel veſpertinis officijs teneatur;& non diuerſæ, ac priuatæ,neque Monaſteriorum conſuetudines cum Eccleſiaſtica regula ſint permiſtæ.*& cap.conuenit de conſecratione diſt. 5. ex Concilio Agathenſi cap.30. vbi dicitur *Conuenit ordinem eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiri.*Hanc ſententiam expreſſe docent Cardinalis Toletus lib.2.cap.13.num.2.verſ. Qualitas P. Suarius tom.2.de Religione lib.4.de horis cano.cap.11.num. 3. fin. P. Leſſius lib.2.de Iuſtitia cap.37.dubita. 12. num. 73. P.Sanchez tom. 2.conſiliorum moral.lib.7.cap.2.dub.22.concluſ.1.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.6.q.2. dicto 1.num.186. Bonacina tom.1.tract.de officio diſput.1.q.3.punct.1.verſ.Hinc patet.

4 Quæres An Eccleſiæ,& Religiones,quæ habent prædictam conſuetudinem recitandi officium per aliud Breuiarium, ante ducentos annos ab huius editione, poſſint licite in choro recitare officium,iuxta hoc nouum Breuiarium;Reſpondeo Põtificem permittere,vt ſi velint poſſint id facere;dummodo Epiſcopus,& vniuerſum Capitulum in eo conſentiant. ita hoc ex-

preſſe habetur in Bulla Pij V. vbi ait, *eiſdem ſi forte hoc noſtrum, quod modo peruulgatum eſt, magis placeat, dummodo Epiſcopus, & vniuerſum Capitulum in eo conſentiant, vt id in choro dicere, & pſallere poſſint, permittimus*, & ita docet P. Sanchez to. 2. conſiliorum moral. lib. 7. c. 2. dub. 22. n. 5. concl. 3. vbi pro hac ſententia citat Iuniores valde doctos.

5 Quæres, An hæc lex Pij V. obliget, ſub peccato mortali ad ſeruandum ordinem in dicendis horis in choro, tam inter ipſas horas, inter ſe, quam inter partes vniuſcuiuſque horæ. Reſpondeo, & Dico primo Doctores communiter affirmare, Ordinem non eſſe de eſſentia horæ, ac per conſequens non pertinere ad ſubſtantiam huius præcepti, & ideo non eſſe graue peccatum, ſi prætermittatur; ita Innocentius in cap. Dolentes fin. de celebrat. Miſſarum S. Antoninus 3. p. tit. 13. cap. 4. §. 4. Ang. verbo hora num. 18. Syl. q. 9. dicto 4. Caietanus cap. 2. Armilla num. 15. Nauar. cap. 3. de oratione dicto 21. num. 65. & cap. 21. num. 30. & alij, ſed prædicti doctores loquuntur de recitatione priuata, de qua diuerſa eſt ratio, vt infra dicemus.

6 Dico Secundo in publica recitatione chori, non ſeruare ordinem, vt ſi prius recitetur Nona, & poſtea Prima, vel Tertia, prius veſperæ, & deinde horæ ex ſe eſſe culpam grauem. *Ratio* eſt, quia hoc eſt offenſiuum populi; quare ſi voluntarie, & ſine cauſa publice ordo mutetur, videbitur inſtitutio contemni, & quodamodo myſteria, quæ per ordinem harum horarum ſignificantur, eludi; ex quo graue ſcandalum generatur, hanc ſententiam videtur ſequi Sotus lib. 10. de Iuſt. q. 5. art. 4. concl. 2. vbi ait eſſe peccatum mortale ordinem inuertere in publica recitatione. Sed reuera Sotus ibi loquitur ſolum de ordine temporis, non vero de ordine inter ipſas horas, vt bene ipſum intelligit P. Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. punct. 10. §. circa quintum ver. eſt autem. Hanc ſententiam expreſſe docet P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis cano. cap. 11. num. 7. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. quæſt. 2. nu. 188.

7 Dico Tertio mutare ordinem partium horarum, quem habent interſe, multo magis eſſe peccatum graue, vt ſi in choro in principio diceretur Capitulũ Horæ, quod dicendum eſſet in fine, vel in fine diceretur Hymnus, qui dicẽdus eſſet in principio. Ratio eſt, quia in publica recitatione hoc per ſe eſt offenſiuum

Digitized by Google

ſenſuum populi ; & ratio à priori eſt,quia in artificialibus, quales ſunt horæ canonicæ vnitas rei conſurgit ex ordine partium ; quare ſi mutetur ordo partium horæ , deſtruitur ipſius vnitas , & eſſentia , & introducitur alius ritus ; ita docet P. Suarius loco citato,& P. Filliucius loco citato num. 187. poſſet tamen prædicta culpa excuſari , vel ex leuitate materiæ , vt ſi vnus verſus pſalmi poſtponatur,vel ex aliqua inaduertentia .

DVBIVM V.

An ſit peccatum mortale interumpere in choro , horam , vel pſalmum , iam cæptum .

1 RESpondeo ſi totus chorus omnino ceſſaret à cantu per aliquam notabilem moram,diuertendo ad alias actiones omnino extraneas,interrumpendo horam , vel pſalmum , iam cœptum;ex ſuo genere eſſe peccatum mortale, ac proinde omnes,qui ad id concurrerent, mortaliter peccare , præſertim Præfectum chori . Ratio eſt,quia talis interpellatio eſt, contra vnitatem moralem horæ,vel pſalmi , & contra communem cõſuetudinem, à qua diſcrepare in publica officij celebratione ex ſuo genere eſt graue peccatum , cum id non poſſit fieri,ſine graui ſcandalo , ita expreſſe docet Nauarrus cap. 16.de oratione num.62.P. Suarius tom.2.de Religio lib. 4. de horis cano.cap. 11. num.9. vbi docet prædictam culpam poſſe excuſari,quia moraliter id non poteſt accidere ex mera voluntate,ſed ex aliqua neceſſitate,vt ſi orta eſſet rixa , inter aliquos in choro , vel ſimili,& tunc ſecluſo ſcandalo , & poſita bona fide , orta ex occaſione probabili , non eſſet culpa mortalis .

2 Quæres quodnam peccatum committant particulares perſonæ aſſiſtentes in choro,ſi diuinum officium interrumpant . Reſpondeo id multis modis fieri poſſe,& ideo,iuxta grauitatem modi,iudicandum eſſe de grauitate peccati. Primo modo fieri poteſt, per ceſſationem à cantu,ſed non à recitatione, & tunc tam grauis erit culpa , quam erit obligatio tenendi , & iuxta quantitatem partis omiſſæ,ſi enim chorus notabile detrimentum pateretur, quia non eſſet alius,qui locum ſuum ſuppleret,& ideo ceſſaret in parte notabili,eſſet ex genere ſuo

pec-

peccatum mortale, poſſet tamen excuſari, ſi id non faceret voluntariè, ſed ex inaduertentia, vel ex laſſitudine, aut in parte minima, tunc enim eſſet ad ſummum peccatum veniale.

3 Secundo modo fieri poteſt per ceſſationem à cantu, & à recitatione externa, & tunc erit maior culpa, quia tunc moraliter æquiualet partiali omiſſioni alicuius partis officij, quæ eſt grauior culpa; quam interruptio, & ſi fiat in parte notabili, ſine animo repetendi, erit peccatum mortale, etiam ſi deinde mutato animo repeteret. ſi vero quis id faceret, cum animo repetendi, & ipſius cantus non eſſet neceſſarius choro, ac proinde nullum illi afferret detrimentũ, eſſet tantum peccatũ veniale, ſed graue in latitudine venialis; ita P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis cano. cap. 11. num. 10. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. num. 202. & 203.

4 Tertio modo fieri poteſt, ſi tempore, quo alij in choro canũt, aliquis recitaret aliquid aliud diuerſum ab illo, ꝙ in choro canitur, tunc enim non ſolum obſequium, quod debet choro, ſubtraheret, ſed etiam alios pſallentes perturbaret, & daret cauſam auocandi ſe, & alios ab attentione orationis; ſic etiã ſi recitaret ſuas horas, vt eas citius abſolueret: tunc peccaret furando illud tempus contra obedientiam Prælati; ita expreſſe docet S. Antoninus 2. par. tit. 9. cap. 12. §. 3. ver. ſexta negligentia, Nau. cap. 10. de oratione nu. 14. & c. 16. nu. 5.

5 Quæres, quid facere debeat ille, qui prædictis modis officium diuinum in choro interrumpit. Reſpondeo Doctores communiter admonere, vt ſi aliqua particula officij præterijt, ſiue culpabiliter, ſiue inculpabiliter, non repetatur durante officio chori, ſed vel nulla ratio eius habeatur, ſi parua fuit, vel reſeruetur repetenda poſt expletum officium; & quia hoc eſt contra debitum ordinem; ſi voluntarie fiat, & ſine cauſa cogente, non fit ſine aliqua culpa; idem etiam ſeruandum eſſe, quando iam eſſet cœptum officium, vt canat, cum alijs; deinde repetat initium; quod ſi in choro, non multum proceſſum ſit; probiliter putant nihil ſupplendum eſſe Henricus de Gandauo quodlib. 11. quæſt. 29. Maior, in 4. diſt. 12. q. 6. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 75. Adde. 1. ſic etiam ſi quis non dixiſſet Primam, & in choro inciperent Tertiam, poteſt, cum alijs Tertiam recitare, & deinde Primam; ita Innocentius in cap. Dolentes de celebrat. Miſſarum, Ang. verbo hora num. 16. Syl. ibi quæſt. 12. dicto 2. Armilla num. 15. Sotus lib.

10. de

16.de Iuſt.q.5.art.4.concl.2. *N*auarrus cap. 16. de oratione num.6.P.Emanuel Sà verbo horæ num.8.P.Suarius tom.2.de Religio.lib.4.de horis cap.11.nu. 10. P. Layman tom. 2. lib. 4.tract.1.cap.5.num.7.§. *A*dde 1. P. Filliucius tom. 2. tract. 23.cap.6.num.203.

6 Quarto modo poteſt interruptio fieri,officij,vt ſi quis in aliqua parte officij dormiret, vel voluntarie non attenderet ad ea,quæ in choro dicuntur,etiam,ſi ore canat: poteſt etiam fieri per commiſſionem poſitiuam,loquendo,vel agendo aliquid incompoſſibile diuino officio;& de primo eadem eſt ratio,ac ſi illam partem voluntarie omitteret,qui enim dormit vere omittit partem illam,quæ dicitur; dum ipſe dormit, ſic etiam qui voluntarie diſtrahitur:quo ad ſecundum,vero dico culpam eſſe grauiorem varijs ex capitibus,primo quia id ſpecialiter prohibitum eſt,in cap.Dolentes de celebat.Miſſarum & in Clementina 1.eodē tit.2.quia eſt irreuerentia; nam humanis colloquijs interrūpit ſermonem cum Deo;maior vero ſi ſint colloquia vana,& profana;ſi autem turpia,erit peccatum mortale;denique,quia fit,cum impedimento aliorum, & ſcandalo tum canentium,tum etiam audientium, ita Nauarrus cap.13.de oratione num.24.& 25.P. Suarius tom. 2. de Religione lib.4.de horis cap.11.num.11.

7 Quæres quod nam peccatum committant illi,qui,dum in choro canunt,legunt litteras,vel ſcribunt, aut ſubſignant litteras,vel prouiſiones,& alia; Reſpondet Nauarrus cap. 13. de oratione num.24.peccare mortaliter, quod ſeipſos diſtrahant,& venialiter, quod à bene attendendo auertunt ſocios; & num.25.idem docet de loquentibus, rixantibus ridentibus,murmurantibus,& vociferantibus,quod peccant aliquādo mortaliter, aliquādo vero venialiter,iuxta varias circumſtantias,& idem dixerat cap.10.num.12.& cap.16. num.64. & 65.idem dicit P. Filliucius tom.2.tract.23 c.6.nu.204.

8 Quæres An officium in choro recitāti liceat obiter ſalutare intrantes chorum,aut ſecus eum tranſeuntes. Reſpondeo, affirmatiue.Ratio eſt;quia hi ſunt actus boni, & modicæ occupationis;ita docet Nauarrus cap.16.de oratione num.67. vbi addit *eadem ratione licitum eſſe verbum vnum, aut alterum reſpondere famulo ſuo,vel alteri,& prouidere alii rei, vel negotio,quod ei tunc in mentem venerit,& metuit, ne illius poſtea obliuiſcatur,aut non poterit eius curam animo depellere do-*

nec

nec prouideat; hanc Nauarri ſententiam puto veriſſimam; & neceſſariam in praxi; nam hæc in Prælatis Religionum ſolent ſæpiſſime accidere.

DVBIVM VI.

An ſit peccatum mortale addere aliquid Diuino Officio, dum canitur in Choro, quod ſecundum Eccleſiæ ritum non continetur in illo.

1 RESpondeo hoc multis modis fieri poſſe; & ideo de ſingulis ſingillatim agendum eſſe; vt ſingulorum culpa cognoſcatur. Dico igitur primo ſi Diuino Officio aliquid addatur, quod ſit veluti pars ipſius, idq; perpetuo ritu ſtatuendo ex ſuo genere eſſe graue peccatum. Ratio eſt, quia hoc eſt, contra expreſſam prohibitionem Pij V. in Bulla Breuiario Romano præfixa, in qua ſic dicit *ſtatuentes Breuiarium ipſum nullo vmquam tempore, uel totum, uel ex parte mutandum; uel ei aliquid addendum, uel omnino, detrahendum eſſe*. Secundò quia ille, qui id faceret vſurparet ſibi ſummi Pontificis iuriſdictionem, qui ſolus poteſt talem ritum mutare, vel nouum introducere; quare, etiamſi additio non eſſet in parte principali officij; tamen eo ipſo, quod fieret modò permanente, & veluti ritu perpetuo, eſſet res grauis cenſenda; ita docet P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis cap. 13. num. 15. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. quæſt. 11. num. 214. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 3. punct. 1. nu. 21.

2 Dico ſecundò, ſi prædicta additio non fieret ritu perpetuo, ſed ſolum ex aliqua occaſione, vt ſi quis ex deuotione indiſcrete vellet in choro fieri commemorationem alicuius ſancti in officio ſolemni, in quo, iuxta ritum Breuiarij facienda non eſſet; vel ſi proprias antiphonas, hymnos, aut orationem alicuius ſancti, quæ in Breuiario non continentur, cantari faceret, vel quid ſimile; hoc etiam eſſet peccatum graue, niſi ignorantia excuſaret; ſecluſo autem ſcandalo, & contemptu excuſari poſſet à mortali, quando id, quod additur ſanctum eſt, & ex ſacris litteris, & ſanctis patribus ſumptum; aut illis conforme, & in re minima, puta antipho na, vel oratione; ita docent P. Suarius P. Filliucius locis citatis Bonacina nu. 21. citato §. Adde etiam.

Dico

3 Dico Tertio ſi additio fieret in materia graui, præſertim cum omiſſione alicuius partis officij, vt ſi omiſſis lectionibus quas Breuiarium dicere præcipit, aliquis loco illarum alias à ſede Apoſtolica non approbatas ſuo arbitrio ſubſtitueret; tunc duplici ex capite peccaret mortaliter, tum quia illa eſſet partialis, officij diuini omiſſio, ſeu mutilatio in parte notabili, tum etiam, quia eſſet monſtruoſa additio; quia id, quod proprio arbitrio additur, non poteſt eſſe pars officij, cum ex auctoritate non fiat; & per conſequens non poteſt ſupplere partem omiſſam, cum ad officium Eccleſiaſticum non pertineat: conſentiunt doctores citati.

4 Quæres, quid dicendum ſit, ſi aliquis nihil adderet officio, ſed ſolum faceret in choro, recitando officium, coram alijs, inſolitas cæremonias, quæ faciendæ non eſſent, vt ſi ſe in terram poſterneret; dum ſanctiſſimum Ieſu nomen profertur, aut ſine modo pectus ſuum tunderet, dum recitatur pſalmus Miſerere, vel quid ſimile? Reſpondeo prædictum non excuſari à peccato veniali, ſi præſertim ſæpe id faceret. Ratio eſt, quia turbaret ſe, & alios canentes, & alios id à ſe facere videntes. ita docet Nauarrus in cap. 16. de oratione dicto 16. num. 29. vbi dicit, eos, qui hoc faciunt peccare, quod ſaltem intelligitur de peccato veniali; poſſet etiam à peccato veniali excuſari, ſi id ex ignorantia faceret, putans eſſe deuotionem, præſertim, ſi id ſemel, aut bis faceret.

DVBIVM VII.

An ſit peccatum mortale omittere in Choro Officium paruum B. Virginis, Officium Defunctorum, Pſalmos Pænitentiales, & Graduales, quæ cum horis canonicis recitari ſolent?

1 RESpondeo, & Dico primo Ante Bullam Pij V. Breuiario præfixam, communẽ fuiſſe doctorum ſententiam, peccatum eſſe mortale, omittere in Choro officium paruum B. Virginis, tum quia ex vniuerſali Eccleſiæ conſuetudine vim legis habente, & vſu recepta, tum etiam ex præcepto Papæ Vrbani II. tenebantur omnes illud in choro recitare. ita Ioa. de Lignano in clementina 1. de celebratio. Miſſarum qu. 12. Panormitanus cap. 1. num. 6 eodem tit. Ioan. Andr. & alij ibi. Paludanus 4. d. 15. quæſtion. 5. artic. 1. concl. 6. S.

Antoninus 3.p.tit.13.cap. 4. §. 3. Syl. verbo horæ quæſt. 5. Tabiena dicto 11. quæſt. 12. Armilla num. 8. Sotus lib.10. de Iuſt. q.5.art.4.ante ſecundam concluſionem,Nauarrus c. 10.de oratione num.3.Rodriquez tom.1. quæſt. Regular. qu. 42.art.15.fin.Graſſijs p.1.Deciſionum lib.2.c.53.n.23.

2 Dico ſecũdò Ante Breuiariũ Pij V.cõmunem fuiſſe doctorum ſentẽtiam, omnes,qui tenebantur Diuinum officium in choro recitare,teneri etiam ex conſuetudine ibi recitare officium defunctorum. ita S. Thomas quod lib.6. art.8. Turrecremata 91. diſt.in principio num.15.& 16. Ioan.Andr.cap. 1. de celebrat. Miſſarum, Paludanus 4. d. 15. quæſt. 5. art. 1.conc.6.Sanctus Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.3.Syl. verbo horæ quæſt.6.Armilla num.9.Tabiena dicto 12.num. 13. Sotus lib.10.de Iuſt.q.5.art.4.ante ſecundam concluſionem, Nauarrus cap. 10.de oratione num.4.Graſſijs part.1.Deciſio lib.2.cap.53.num.24.

3 Dico Tertiò poſt Bullam Pij V. peccatum eſſe mortale omittere in Choro officium paruum B. Virginis in illis Eccleſijs,in quibus antea, ex conſuetudine dicebatur: nam licet Pius V. in ſua Bulla abſtulerit obligationem,ſub peccato hoc officium recitandi in choro,& ſub conſilio reliquerit in Eccleſijs,in quibus non erat talis conſuetudo;in Eccleſijs, tamen,in quibus erat conſuetudo noluit eam abrogare,ſed reliquit in ea vi,quam prius habebat; hoc aperte conſtat ex verbis Bullæ,in qua cum alios ab ea obligatione liberaſſet, ſubdit. *Hoc autem concedimus,ſine præiudicio ſanctæ conſuetudinis illarum Eccleſiarũ,in quibus officium paruũ Beatæ Mariæ ſemper Virginis in choro dici conſueuerat, ita vt in prædictis Eccleſijs ſeruetur ipſa laudabilis,& ſancta conſuetudo celebrandi more ſolito prædictum Officium.* ita docet Rodriquez tom.1.quæſt.Regularium quæſt.42.art.15. Aragonia 22. qu. 83.art.12.dubio 5. P. Azorius tom.1.lib.10.cap.16.quæſt.2. Cardinalis Toletus lib.2.cap.13.num.1.fin.P.Suarius tom.2. de Religione lib.4.de horis cano.cap.13.num. 13. P. Leſſius lib.2.de Iuſt. cap. 37.Dubitat 12.num.76.P. Sanchez tom.2. conſiliorum moral.lib.7.cap.2. dub. 27. num. 4. concluſ. 3. P.Layman tom. 2. lib.4.tract.1. cap.5. num. 3. aſſertione 3. P. Filliucius tom.2.tract. 23.cap. 6. quæſt. 10.dicto 2. num. 213. Bonacina tom.1. tract. de officio diſput. 1. quæſtio 3. puncto 1. num.12.

Digitized by Google

4 Quæres quid dicendum ſit de officio defunctorum, pſalmis Pœnitentialibus, Gradualibus, & Litanijs. Reſpondeo Pium V. in prædicta Bulla omnino tollere obligationem recitandi prædicta in Choro, hanc tamen gratiam, ſeu abrogationem obligationis concedere ſolum illis Eccleſijs, quæ Romano Breuiario vtuntur, non autem illis, quæ Romanum Breuiarium non acceptarunt, ſed retinent antiquum, propter conſuetudinem ducentorum annorum iuxta conceſſionem, ſeu permiſſionem eiuſdem Pij V. hoc expreſſe patet ex verbis prædictæ Bullæ in illa clauſula, in qua fit hæc abrogatio, quæ ita incipit. *Quod vero in Rubricis noſtri huius Officij præſcribitur, quibus diebus Officium B. Mariæ ſemper Virginis, & Defunctorum, item ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, & Graduales dici, ac pſalli oporteat, Nos &c. indulgentes, peccati quidem periculum ab ea præſcriptione remouendum duximus*, Ergo tantum à Rubricis ſui Breuiarij illam vim obligandi aufert, & ſolum quoad vtentes illis reuocat obligationem, etiam per antiquam conſuetudinem introductam, quoad preces, ſeu officia parua prædicta, excepto officio paruo Beatæ Mariæ & hoc eſt conſentaneum Rationi; nam qui non ſuſcipit onus, nec indulgentiam ſentire debet; & ideo Eccleſiæ, quæ antiquum vſum retinere volunt, merito ſuam conſuetudinem obſeruare coguntur: ita P. Suarius tom. 2. de Religione lib. 4. de horis cano. cap. 13. num. 14. P. Sanchez tom. 2. conſil. moral lib. 7. cap. 2. dubio 27. concluſ. 3. num. 4. vbi citat pro hac ſententia Magiſtros valde doctos P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. quæſt. 10. dicto 2. num. 213.

5 Quæres An in Eccleſijs, quæ nouum *Breuiarium* Pij V. non acceptarunt, ſit peccatum mortale omittere in choro officiũ Defunctorum, ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, & Graduales. Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias; Prima docet nullũ peccatum committi; Ratio eſt, quia in Bulla Pij V. nulla obligatio imponitur, ad hæc dicenda, nec in communi, nec in particulari; ſed tantum conceduntur indulgentiæ recitantibus. ita expreſſe docet Petrus de Aragonia 22. quæſt. 83. art. 12. dub. 5. verſ. de officio paruo, illatione 3. eum ſequitur Rodriquez to. 1. qu. Regular. quæſt. 42. art. 14.

6 Secunda ſentẽtia docet Eccleſias, quæ vtũtur Breuiario antiquo, teneri ad prædicta officia in choro recitãda, iuxta cõſuetudinem antiquam, ſtatuta, vel præcepta ſpecialia, ex qui-

bus pendet hæc obligatio. ita expreſſe docent P. Suarius to. 2. de Religione lib. 4. de horis cap. 13. num. 4. P. Sanchez tom. 2. conſiliorũ moral. lib. 7. cap. 2. dub. 27. concluſ. 4. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 3. aſſertione 3. §. Porro P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 1. num 58. fin. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. quæſt. 10. dicto 2. nu. 213. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 3. punct. 1. num. 12. & hæc ſententia eſt vera, vt patet ex verbis Bullæ ſupra num. 4. relatis; Doctores vero primæ ſententiæ; puto idem ſentire; nam forte loquuntur de illis, qui vtuntur nouo Breuiario Pij V. ſed indiſtincte loquuntur.

CAPVT IV.

De circumſtantijs externis ad Chorum pertinentibus.

OMnes externæ circumſtantiæ, quæ in choro ſeruandæ ſunt, ad duo præcipue capita reducuntur, primũ continet circumſtantiam perſonarum, quibus modis poſſint peccare in publica Diuini officij recitatione, quæ fit in choro; ſecundum vero continet circumſtantiam temporis, nimirum quibus horis ſit diuinum officium in choro recitandum.

PRIMVM DVBIVM

Quaſnam circumſtantias ſeruare debeant, qui Diuinum officium publice in choro recitare tenentur?

REſpondeo, & Dico primo Duas præcipue circumſtantias à prædictis ex præcepto ſeruandas eſſe; Prima eſt, vt publica Diuini officij recitatio, eiuſque verborum pronunciatio integra ſit, & abſque vllo defectu; ſecunda, vt ſaltem externa attentio, non ſolum ſit, cum ſilentio chori, ſed etiam ſine vlla alia actione externa, qua impediri poſſit; ita ſtatuit, & præcepit Conciliũ Generale Lateranenſe ſub Innocentio III. cap. 11. & refertur in cap. Dolentes de celebratione Miſſarum vbi ſic dicitur; *Diſtricte præcipientes in virtute obedientiæ, ut diuinum officium nocturnum, pariter, & diurnum, quantum eis Deus dederit, ſtudioſe celebrent pariter, & deuote* vbi Gloſſa ait, *ſtudioſe quantum ad officium oris, ideſt ſine*

ſyn-

ſyncopa,deuote quantum ad officium cordis , quibus verbis ſignificat requiri etiam internam cordis deuotionem, eodem modo loquitur Hoſtienſis ibi, & Panormitanus ibidem Not. 2.ait.*Officium eſt celebrandum ſtudioſe,& deuote,& dic ſtudioſe,quoad officium oris,quia ſyncopando , vel aliquid omittendo dicendum non eſt;deuote uero refertur ad officium cordis* 23.d. c.*Pſalmiſta* . Hic canon citatus à Panormitano, ſumptus eſt à Gratiano ex cap.10.Concilij Carthaginenſis iv.vbi dicitur *Pſalmiſta,ideſt Cantor poteſt , abſque ſcientia epiſcopi,ſola iuſſione Presbyteri officium ſuſcipere cantandi,dicente ſibi Presbytero,uide,ut quod ore cantas,corde credas,& quod corde credis, operibus comprobes* . Idem ſtatuit, & præcipit Clemens V.in Concilio Viennenſi,& refertur in Clementina 1. de celebratione Miſſarum,vbi præcipit locorum Ordinarijs, & Religioſorum Prælatis,*Vt in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Eccleſiis , horis debitis deuote pſallatur,in alijs vero conuenienter,& debite celebretur diuinum diurnum, & nocturnum officium,ſi Dei , & Apoſtolicæ ſedis indignationem euitare voluerint , ſollicitam curent diligentiam adhibere* . Ratio huius concluſionis eſt, quia Diuinum officium eſt publica eccleſiæ oratio,ergo quatenus publica eſt,requirit, vt integre, perfecteque recitetur , quatenus vero oratio eſt, vt attente, deuoteque fiat,ergo in choro,non tantum voce , ſed etiam corde cantandum eſt , iuxta id ad Epheſios 5. *Cantantes,& pſallentes in cordibus veſtris Domino* . Quæ verba explicans S.Hieronymus ait,*Audiant hi, quibus pſallendi in eccleſia officium eſt,Deo non voce,ſed corde canendum,* quibus verbis non intelligit S.Hieronymus,ſolo corde,ſed non ſola voce eſſe cantandum,vt bene ipſum explicat Cardinalis Bellarminus tom.4.controuerſiarum lib.1.de bonis operibus in particulari cap.17.ad 4.obiectionem §. Porro .

2 Dico ſecundò, quāuis in prædictis iuribus deuotio, pro attentione ſumatur , vt colligitur ex Gloſſa Panormitana locis citatis, & alijs,res tamen eſſe natura ſua valde diuerſas, vt bene aduertit Sotus lib.10.de iuſtitia q.5.ar.5. Notabil. 2. & P.Paulus Comitulus lib.1.Reſponſ.moral.q.63.num.3.nā Deuotio actus eſt virtutis Religionis, vt docet S.Thom.2.2. q.82.ar.2.cor. Attentio vero non eſt actus virtutis Religionis , ſed potius eſt effectus deuotionis, nam qui animum diuinis obſequijs præſentem habere procurat, eumdem in ora-

oratione attentum habebit: præterea deuotio eſt in voluntate, attentio vero eſt in intellectu, deuotio nos Dei obſequio, & ſeruituti adiicit, nam, vt bene docet S. Thomas loco cit. art. 1. cor. *Deuotio nihil aliud eſſe videtur, quam voluntas quædam promptè tradendi ſe ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum.* Attentio vero facit, vt animus ijs, quæ dicit, aut facit præſens ſit, ideſt, vt quod lingua foris perſonat, mens intus concipiat, quod ſignificauit S. Auguſtinus, cum dixit, *Quod profertur ore, verſetur in corde.* Denique oratio ſemper deuotionem requirit. Attentio vero actualis non eſt ſemper neceſſaria, cum ad vitandum peccatum ſatis ſit virtualis, & vt non voluntarie mens diſtrahatur: quare cōtingere poteſt, vt qui attendit, non ſit Deo deuotus, & qui Deo deuotus eſt, ad ea, quæ orat, animus non attendat, quia igitur deuotio ſuapte natura cauſa eſt attentionis, ideo in prædictis iuribus ſumitur deuotio pro attentione, nempè cauſa, pro effectu, ſed quia ex prædicta mentis præſentia diuinis obſequijs, & attentione, in oratione, fluit ſpiritualis quædam dulcedo, qua anima reficitur, & recreatur, eam vulgus deuotionem appellat: cum tamen potius ſit deuotionis, & attentionis effectus, & fructus, & de hac deuotione prædicta iura non loquuntur.

3 Quæres, An in prædictis iuribus contineatur eccleſiaſticum præceptum, ita, vt officium diuinum in choro canentes, ſi aliorum colloquutionibus animum intendunt, aut aliam externam actionem exerceant, qua poſſit attentio impediri, peccent mortaliter? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat in dicto cap. dolentes non cōtineri præceptum, ſed conſilium tantum, quod colligunt ex illis verbis *quātum eis Deus dederit*, ita Hoſtienſis ibi, quem ſequitur S. Antonin. 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 7. vbi, cū hanc ſententiam confirmaſſet prædictis verbis canonis, *quantum eis Deus dederit*, ait, *per quæ verba appoſuit conſilium fragilitati humanæ compatiendo, quaſi dicat,* [*Præcipimus, vt vnuſquiſque de die, & de nocte dicat horas ſuas. Intentionem autem, & deuotionem in præcepto non ponimus, ſed gratia Dei, ſecundum quod ipſe dare voluerit, duximus relinquendum, & hunc intellectum teneas, quia benignior eſt*, eamdem ſententiam ſequitur ſumma Roſella, vt refert Sylu. verb. hora q. 11. num. 13. dicto 2. Ad hanc ſententiam accedit Gloſſa in clementina 1. de celebratione Miſſarum, verbo *fructum labiorum*. Vbi ait, *arguitur ex hoc,*

quod

quod ſatis eſt labijs ſeruire in diuinis horis , licet cor diuertat ad alia,& eſt ſententia Ioannis Andreæ , vt refert Tabiena verb. horæ §.3.num.31.circa medium , quem ſequitur Piſanella eodem verbo.§.1.

4 Secunda ſententia docet in prædicto cap. dolentes, contineri proprium,& rigoroſum præceptum , vt conſtat ex illis verbis, *diſtricte præcipientes in virtute obedientiæ* . Ratio eſt, quia hæc ſunt potiſſima verba , quibus proprium , & rigoroſum præceptum explicari ſolet,& poteſt , vt docent communiter doctores in materia de legibus; hoc autem præceptum cadit in totum id, quod ſequitur,nimirum , *vt diuinum officium nocturnum pariter,& diurnum,quantum eis Deus dederit, ſtudioſe celebrent,pariter,& deuote*, quibus verbis non præcipitur diuinum officium celebrari,quia de hoc iam prius extabat præceptum, ſed præcipitur modus illud celebrandi,nimirum ſtudioſe,& deuote . Ratio eſt quia peruerſus modus illud recitandi impulit Romanum Pontificem ad illam conſtitutionem edendam,& ad præceptum hoc ferendum,ad defectus, qui in modo illud recitandi irrepſerant corrigendos, vt aperte colligitur ex verbis præcedentibus, quia Pontifex refert vitia ſolita in recitatione committi,dicens , *chori ſilentium fugiētes,intendunt exterius collocationibus laicorum, dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt,aures intentas non porrigunt ad diuina . Hæc igitur , & ſimilia, ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus,diſtincte præcipientes in virtute obedientiæ*,nam fruſtra ſummus Pontifex prædicta vitia prohibuiſſet,ſi tantum præciperet diuinum officium celebrari,& non modum ſtudioſe,& deuote illud recitandi , ergo prohibuit illa vitia, quatenus huic modo contraria ſunt . Nec obſtant illa verba, *quantum eis Deus dederit* , quia ea appoſuit Pontifex, non ad tollendum præceptum , aut ad eius vim eneruandam , ſed ad eius materiam limitandam , nam illis verbis ſignificatur , non præcipi deuotionem aliquam peculiarem,quæ ſpeciali Dei auxilio haberi ſolet;ſed ſolum illam, quam homo poteſt,& debet præſtare, ſe ad illud cum attentione recitandum,voluntarie applicando, nullumque impedimentum debitæ attentioni apponēdo. Hæc eſt communis, & vera ſententia,in quam magis inclinat Panormitanus in dicto cap.dolentes fin.vbi cum retuliſſet opiniones , ait *ſatis credere quantitatem reatus conſiderandam ex qualitate, & quā-*

titate

titate contemptus,& negligentia, Ang.verb.hora num. 28.clarius Sylu.ibi q.10.num.13.verſ.ſecundum, Tabiena §.30.num. 31.in medio,& §.32. num. 33. hanc ſententiam expreſſe docet Caietanus in ſumma verb.hora §.3. quem ſequuntur Armilla ibi num.19.Sotus lib.10.de iuſtitia q.5.art.5.concluſ.6. Ioannes Medina q.15.de oratione, Nauarrus cap.13. de oratione num.1.cap.20.num.31.& in Manuali cap.25. num. 105 Petrus de Aragonia 2.2.q.83.art.13.dicto 2. Iacobus à Graffijs par. 1. deciſionum lib.2. cap.62.num.4.& 9.Rodriquez par.1.ſummæ cap.144.num.1.& 2.Ludouicus Miranda tom. 1. Manualis Prælatorum Regularium q.37.art.11.concluſion. 4.P.Gregorius de Valentia tom.3.in 2.2.diſp.6. q. 2. puncto 10.§.quomodo ſit recitandum officium, P.Ioannes Azorius par.1.lib.10.cap.12.q.5.& 6.verſ.opinio ſecunda, P. Leonardus Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit 10.num.55.P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canon.cap.14. num.4. P.Paulus Comitolus lib.1.reſponſ.moral.q.62.num.2. P.Reginaldus lib.18.cap.11.ſect.3.num.146. P.Thomas Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dubio 3.num. 2.vbi multos alios citat.

5 Quæres, an prædictum præceptum obliget, ſub peccato mortali, ad interiorem mentis attentionem, an ſolum ad exteriorem, ita, ut ſolum præcipiat, ne quis, dum diuinum perſoluit officium, aliquid operis efficiat, quod debitam animi attentionem, tollat, vel impediat, quod contingeret, ſi tunc aliquid aliud legeret, ſcriberet, aut pecuniam numeraret, & ſimilia? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet in dicto cap. dolentes non præcipi interiorem attentionem, ſed ſolum exteriorem, ac proinde illum, qui interius ſponte diſtrahitur, non peccare mortaliter, nec teneri officium repetere, modo integre omnia pronunciet, & exterius ijs actionibus, cum quibus interna attentio conſiſtere nequit, non ſe occupet. Ratio eſt, quia eccleſia non poteſt præcipere, nec vetare, aut punire actus internos, ſed ſolum externos, ergo non præcipit internam attentionem, nec prohibet internam diſtractionem, ſed ſolum externam, vt cum quis exterius facit ea, quæ non patiuntur internam attentionem, vt ſi fabuletur, ſcribat, pingat, pecuniam numeret, & ſimilia. Huius ſententiæ inuentor, & auctor fuit Durandus in 4.diſtinct.15. q. 12. num.6. vbi ſic ait *ſi euagatio ſit ſolum*

ſecun-

ſecundum actum interiorem,licet ſit temeraria,&c. grauis,ex quo eſt à propoſito, forte tamen non eſt peccatum mortale, niſi eſſet contemptus,quia eccleſia non habet iudicare de actibus mere interioribus,& ideo non poteſt eam ponere,ſub præcepto, propter quod Miniſter eccleſiæ,ſi dicendo horas ſcienter cogitat aliud,nō videtur tranſgreſſor præcepti eccleſiæ, quantum eſt ex natura facti: ſi autem euagatio mentis ſit ex eo,quod quis ſcienter occupat ſe in actu exteriore,qui non compatitur ſecum attentionem orationis,tunc uidetur eſſe culpa mortalis,& directe contra præceptum eccleſiæ,quod habetur in cap. dolentes, de celebratione Miſſarum. Idem ijſdem verbis docent Paludanus in 4.d.15. q.5.ar.2.concluſ. 4. Sanctus Antoninus 3.p.tit.13.cap.4.§.8. & §.7.pro hac ſententia citauerat Hoſtienſem,& Vmbertum, Ang.verb.hora num.28.medio,Roſella ibi num.3. Piſanella num.3.Sylu.q.11.num.13.dicto 2.fin.& num.14.dicto 5.concluſ.4.verbo Miſſa 2.q.6.dicto 1.& in Roſa aurea caſu 9.citatur pro hac ſententia Aſtenſis in ſumma lib. 6. artic.6.q.3.& Turrecremata in Regulam Sancti Benedicti cap.19. tract.77. hanc ſententiam ſequitur P.Paulus Comitolus lib.1.reſponſ. moral.q.63.num.5.hypoteſi 5. eam dixit,non eſſe improbabilem. P.Leonardus Leſſius lib.2. de iuſtitia cap.37.dubitatione 11.num.63.fin.ſed num.64.dicit,contrariam eſſe veriorem,& probabiliorem.

6 Secunda ſententia affirmat prædictum præceptum vtramque præcipere attentionem,interiorem ſcilicet, & exterioré, ac proinde peccare mortaliter, nec ſatiſfacere eccleſiaſtico præcepto de officio diuino recitando illum, qui ſua ſponte, quamuis ſola animi cogitatione diſtrahitur. Ratio eſt,quia in dicto cap.dolentes,præcipitur,vt diuinum officium deuote celebretur,quod verbum,vt ſupra num.1.retulimus, iuxta ſententiam Gloſſæ,Hoſtienſis,& Panormitani ibi,refertur ad officium cordis,nam deuotio conſiſtit in actu interno, & requirit internam attentionem ad res diuinas, ergo ad illam obligat.Confirmatur,quia deuotio externa,ſine interna, non eſt deuotio,ſed ſimulatio deuotionis,quare qui ſic orat, non poteſt dici deuote orare. Præterea, dum eccleſia præcipit diuinum officium celebrari, præcipit verum actum orationis,& laudis diuinæ,ſed ad talem actum requiritur interna attentio,& reuerentia, ergo ſimul præcipit internam attentionem,probatur minor,quia oratio, vt docet S.Thomas 2.2.

q.83.art.3.ad 3.cum ſit actus religionis,qua homo mentem ſuam per reuerentiam Deo ſubijcit, potiſſimum conſiſtit in actu interno,ergo requirit internam attentionem,& reuerentiam erga Deum; Confirmatur, nam qui exterius profert verba orationis,ſine animo orandi,vere non orat,ergo ſicut requiritur animus orandi, ita etiam interna mentis attentio. Hanc ſententiam docuit S.Thomas in 4.d.15.q.4.ar.2. quæſtiuncula 4.ad 2.vbi ait. *Si ad contrarium mens euagetur,etiam culpa mortalis erit*,quod S.Thomas intelligit, ſi ex propoſito mens ad alia diſtrahitur, vt prius dixerat, & ideo ſubdit,*ſi autem,ſine hoc,quod percipiamus,mẽs ad alia euagetur, uel culpa caret, vel paruiſſima eſt*, & 2.2.q.83.art.13.ad 3.dicit. *Si quis ex propoſito in oratione mente euagatur,hoc peccatum eſt, & impedit orationis fructum*,ibi Caietanus intelligit, peccatũ eſſe ex genere ſuo, nam ſi euagatio eſt ex contemptu, vel ex induſtria in oratione,quæ eſt ſub præcepto,ſemper eſt peccatum mortale,ſi vero ex negligentia,aut voluntaria in oratione ſpontanea,eſt veniale, quando vero ex fragilitate,nullum eſt peccatum;& in ſumma verb.hora §. 3. hanc ſententiam probat,eam ſequitur Maior.in 4.d.12.q.7. Gabriel lect.62.in Canonem Miſſæ littera N. Adrianus quodlibet.8. littera I. Tabiena verb.hora §.30.num. 31.& 32. Armilla ibi num.19. Sotus lib.20.de iuſtitia q.5.art.5.concluſ.7. Nauarrus cap.13. de oratione num.18.dicto 5.& in manuali cap. 25.num. 105. 106.& 107.Metina lib.1.Inſtruct.cap.14.§. 11. Petrus de Aragonia 2.2.q.83.art.13.dicto 2.Iacobus à Graſſijs par. 1. deciſ. lib.2.cap.52.num.9.& 10.& cap.53. num.17. Rodriquez par. 1.ſummæ cap.144.num.1. & 2. Cardinalis Toletus lib.2.cap. 13.§.circa modum, & ibi Victorellus, Cardinalis Bellarminus tom.4.controuerſiarum lib.1.de bonis operibus cap.18. columna vltima P.Valentia tom.3.in 2.2.diſp.6.q. 2. puncto 10.§.quomodo ſit recitandum officium, P.Emanuel Sà verb. hora num.2.P.Ioannes Azorius par.1. lib.10.cap.12. q.6.P. Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubitat.11.num. 64. P.Suar. tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap. 14.num.7. & cap.26.num.5.hanc ſententiam exiſtimat omnino veram & moraliter certam,P.Reginaldus lib. 18.cap.12.ſect.1.num. 147.& 148.P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moral. lib.7.cap. 2.dubio 28.concluſione 2.num.9. vbi ait, quod hanc ſententiam ſequuntur quamplurimi ex neotericis admodum docti

Magi-

Digitized by Google

Magiſtri;P.Filliucius tom 2.tract.23.cap.28.q. 2. dicto 2.nu. 254.& dicto 3.num.255. hanc ſententiam ego puto omnino ſequendam,cum ſit probabilior, & tutior.

7 Ad rationem igitur primæ ſententiæ, Reſpondeo primò, probabilem eſſe illorum ſententiam, qui docent,poſſe eccleſiam quoſdam actus internos per ſe præcipere, & prohibere. Ratio eſt,quia eccleſia poteſtatem habet gubernandi fideles, iuxta id Ioannis 21. ver. 17. paſce agnos meos, paſce oues meas,ſed ad hanc gubernationem, cuius finis eſt,eos dirigere in vitam æternam,eſt neceſſarium,eos dirigere,non ſolum, quoad actus externos, ſed etiam,quoad actus pure internos, ſcilicet quid credere, quid ſperare, & quid amare debeant; quare poteſt definire, & declarare,propoſitionem aliquam eſſe de fide credendam, & præcipere,vt credatur, & oppoſitã prohibere,ſub excommunicatione latæ ſententiæ, & ita Lucius Papa III.in cap.ad abolendum de hæreticis. *Vniuerſos qui de ſacramentis Eccleſiæ aliter ſentire, aut docere,non metuunt,quam ſacroſancta* Romana *Eccleſia prædicat,& obſeruat, vinculo perpetui anathematis innodauit*,vbi Gloſſa ait. *Omnes qui male ſentiunt de ſacramentis Eccleſiæ,ſunt excommunicati*, & Clemens V.in Concilio Viennenſi, & refertur in Clementina 1.§. verum de hæreticis,punit Epiſcopos pœna ſuſpenſionis ab officio per triennium, & alios inquiſitores ſententia excommunicationis ipſo facto incurrenda, ſi odij gratia, vel amoris obtentu,contra iuſtitiam omiſerint,contra quemquám procedere, vel aliquem vexare præſumpſerint, vbi Gloſſa verbo,eo ipſo,ait,*hic patet aperte, quod conſtitutio Eccleſiæ militantis ligat crimẽ omnino occultum, quoad pœnas ſuſpenſionis,& excommunicationis*. Hanc ſententiam ſequitur Sanctus Antoninus 3.p.tit.24.cap.7,quamuis alibi aliter ſentiat,ex profeſſo docet hanc ſententiam Adrianus quodlib.3. art.1.& in 4.q 2.de confeſſione §.alij probant,Maior.4.d.12. q.7.Medina Codice de oratione q. 15. Albertus Pighius lib. 6.de eccleſiaſtica hierarchia cap. 16. Antonius Corduba lib. 4.quæſtionum Theologicarum q. 13. columna penultima dicto 1.vbi docet poſſe eccleſiam in foro conſcientiæ præcipere,& prohibere actus animæ puræ internos, eoſque pœna excommunicationis, aliiſque eccleſiaſticis cenſuris punire.

8 Secundo reſpondeo,quamuis Eccleſia nõ poſſit actus pure

internos immediate, & directe præcipere, aut prohibere, ipſam tamen poſſe præcipere eoſdē, & prohibere, quatenus ſunt neceſſarij ad externos debito modo præſtandos, vt ſcilicet ſint actus virtutum; quare, cum poſſit præcipere auditionem ſacri, poteſt etiam præcipere eam attentionem, & reuerētiam, ſine qua auditio ſacri non eſt actus virtutis Religionis; ſic etiam, cum poſſit præcipere confeſſionem annuam, poteſt etiam præcipere examen conſcientiæ, & internam contritionem, ſine quibus non eſt legitima confeſſio. Vnde Clemens V. in clementina 1. §. quia vero, de ſtatu Monachorum, prohibuit Monachis ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ad Curias Principum animo nocendi accedere; & hæc eſt probabilior ſententia, quam docet Caietanus num. 22. quæſt. 11. art. 3. & 4. & in ſumma, verbo, horæ, §. 3. Ang. verbo Hæreticus, §. 2. Syl. verbo excommunicatio 7. nu. 4. & verbo, hora quæſt. 11. num. 13. dicto 2. Aſmaynus de poteſtate Eccleſiæ cap. 3. Driedon lib. 3. de libertate chriſtiana cap. 5. Caſtro lib. 2. de punitione hæreticorum cap. 18. & lib. 2. de lege pœnali cap. 15. concluſio 1. & 2. Sotus lib. 10. de Iuſtitia quæſt. 5. art. 5. concluſ. 6. fin. Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 13. dicto 2. Antonius Corduba libr. 4. quæſtionum Theolog. quæſt. 13. fin. dicto. 2. P. Gregorius de Valentia tom. 3. in 22. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. Quomodo ſit recitandum officium ad primum Argumentum, P. Suarius lib. 3. de lege humana cap. 13. dicto 2. nu. 9. & tom. 2. de Religione lib. 4. de horis cano. cap. 14. num. 6. fin. P. Sanchez tom 2. conſiliorum moral. lib. 7. cap. 2. dubio 28. num. 18. P. Vaſquez lib. 4. de lege poſitiua canonica cap. 13. num. 12. Ioannes de Salas in tractatu de legibus quæſt. 95. tract. 14. diſp. 9. ſect. 1. num. 24. concluſ. 4. P. Leſſius lib. 2. de Iuſt. cap. 37. Dubitatione 11. num. 66. P. Azorius par. 1. lib. 5. cap. 10. & alij, & iuxta hanc ſententiam, quæ eſt probabilior, cum Eccleſia poſſit præcipere recitationem diuini officij, poteſt etiam præcipere internam attentionem, & reuerentiam, ſine quibus talis recitatio non eſſet vera oratio, nec actus virtutis Religionis, vt bene docent doctores ſupra citati num. 6. pro 2. ſententia.

9 Quæres An prædictum præceptum, quatenus præcipit internam attentionem, & internum modum in recitatione diuini officij ſeruandum, obliget, ſub peccato mortali recitantes illud in choro. Reſpondeo affirmatiue, ac proinde mortaliter

pec-

Digitized by Google

peccare illos,qui abſque interna attentione in Choro recitant diuinum officium. Ratio eſt,quia, hoc præceptum præcipue fuit ſtatutum,propter publicam chori orationem,ad eius defectus corrigendos,vt conſtat ex verbis ipſius conſtitutionis, in qua dicit Pontifex *chori ſilentium fugientes,intendunt exterius collocutionibus laicorum,dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt,aures intentas non porrigunt ad diuina*,& in clementina 1.de celebrat.Miſſarũ,in qua hoc idem præceptũ datur deuote pſallendi; fit expreſſa mentio de defectibus,qui in choro,& cantu eſſe ſolebant;nam ibi,ſtatim,poſt principiũ hęc habentur, *Dum offerre Deo ſacrificium laudis fructum labiorum ſuorum in puritate conſcientiæ,& animi deuotione deberent,Horas canonicas dicere,ſeu pſallere trãſcurrendo,ſyncopando,extranea quidem,& plerunque vana,profana,& inhoneſta intermiſcẽdo colloquia, tarde ad chorum conueniendo,ſeu Eccleſiam ipſam,abſque rationabili cauſa, ante finem officij exeundo frequenter* In hoc conueniunt omnes doctores ſupra num. 6. citati,pro 2.ſententia; præſertim P.Suarius to.2.de Religione lib.4.de horis canonicis cap.14.num.8.

10 Quæres,An ſemper peccat mortaliter,qui diuinum officium canit in choro,abſque interna attentione? Reſpondeo negatiue; nam diſtractio duplex eſt,altera voluntaria,quando ille qui recitat diuinum officium ſponte cogitat aliquid profanũ, quod attentionem neceſſariam excludit; & tunc ſi talis diſtractio eſt,circa totum officium vel partem eius notabilem eſt peccatum mortale;Altera vero diſtractio eſt naturalis, ac, proinde non libera,nec voluntaria,vt quando quis non aduertit,ſe eſſe diſtractum, & tunc nullo modo peccat,quia quod non eſt voluntarium,non poteſt eſſe peccatum: quando vero diſtractio voluntaria eſt,ſed circa paruam officij partem;puta vnum verſum,vel antiphonam,peccatum eſt veniale, ex leuitate materiæ:ſic etiam,ſi eſſet ex defectu perfecti voluntarij, etiam,circa totum officium,aut eius partem notabilem,poteſt hoc peccatum eſſe veniale tantum,quia ad peccatum mortale committendum requiritur plena deliberatio. ita expreſſe docet Caietanus 2.2. quæſt.83. art. 13. ad 3. Notabili 2. & in ſumma verbo horę §.3. ſi. Sotus lib.10. de Iuſt. quæſt.5.art. 5. concluſione 7.columna 3:Nauarrus cap.13.de oratione dicto 4. corollario 2. num. 17. P. Emanuel Sà verbo horæ num.10. P. Azorius par.1. lib.10. cap.12.quæſt.6.5. In hac quæſtione, ad

ad primum dubium, P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 14. num. 9. p. Leſſius lib. de iuſtitia cap. 37. dubit. 11. num. 67. & 69 fin. verſ. dico ſponte, P. Comitulus libr. 1. reſponſ. moral. q. 67. hypoteſi vltima.

11 Quæres, an illi, qui dum in choro canunt diuinum officiũ, internam diſtractionem admittunt, circa totum, vel notabilem eius partem, ſatisfaciant eccleſiaſtico præcepto, an vero teneantur, ſub peccato mortali totum repetere, vel eius partem notabilem? Reſpondeo, ſi prædictus fuit voluntarie diſtractus, ſine animo repetendi totum officium, vel partem illam notabilem, in qua fuit penitus diſtractus, ſine dubio peccauit mortaliter, quia opus præceptum nõ præſtitit: præceptum enim erat, vt deuotè recitaret; quare tenetur ſub peccato mortali illud iterum recitare, ita docet Sanctus Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 5. fin. vbi ait. *Vnde tenetur redicere qui notabiliter male dixit, ſi vult euadere mortale*, quod intelligendum eſt, non de peccato commiſſo, ſed, ne aliud de nouo committat, ſi potens illud repetere, non repetat, vt bene docet Nauarrus cap. 10. de oratione num. 48. dicto 2. vbi ait, *ſupplementum eius, quod per ignorantiam incogitatam, uel obliuionem omiſſum fuit, regulariter excuſat à peccato ſaltem mortali, non autem excuſat eum, qui per contemptum, vel veram negligentiam, ſaltem ſine animo ſupplendi defectum, id facit. Quoniam hic, quando omiſit, peccauit mortaliter, ob illum contemptum, uel negligentiam, & licet ſupplementum eum excuſet à peccato nouo, quod committeret, ſi ualens ſupplere, non suppleret, non tamẽ excuſatur à iam commiſſo per contemptum, uel ueram negligentiam, ſine propoſito ſupplendi*. Idem etiam dicendum eſt, quando quis recitat, abſque interna attentione, cum voluntaria diſtractione diuinum officium, vel partem eius notabilem, ſine animo repetendi, vt bene docet Caietanus 2. 2. q. 83. art. 13. ad 3. notabil. 2. fin. hanc ſententiam expreſſe docẽt Sotos lib. 10. de iuſtitia q. 5. art. 5. concluſ. 7. fin. P. Emanuel Sà verbo horæ num. 20. P. Henriquez lib. 5, cap. 25. num. 2. fin. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 12. quæſt. 6. fin. ad dub. ſecũdum P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 11. num. 67 P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonic. capit. 14 num. 9.

12 Quæres, an peccent mortaliter Canonici, & beneficiarij, qui choro interſunt, ſine propoſito ibi orandi, vel attendendi, ſed

tantum

tantum cantandi materialiter, vel aſſiſtendi, ne diſtributiones quotidianas amittant; officium tamen recitant domi, vel extra chorum? aliqui probabiliter putant, prædictos peccare mortaliter: Ratio eſt quia Canonici, & beneficiarij, quibus dantur diſtributiones quotidianæ, & ſtipendia, tenentur ex iuſtitia ad canendum in choro non ſolum materialiter, ſed etiam formaliter, id eſt vere orando, cum debita attentione, nam in cap. dolentes, & in Clementina 1. de celebratione Miſſarum, dum præcipitur, vt diuinum officium deuote, & ſtudioſe canatur, conſequenter præcipitur, vt in choro vere, & proprie oretur, quia deuotio eſt actus internus requirens internam attentionem ad diuina, ita expreſſe docet Nauarr. cap. 13. de oratione num. 17. vbi ait, *ſequitur ſecundo non mereri, quinimo peccare, & non lucrari diſtributiones quotidianas coram Deo, ideoque in foro conſcientiæ eſſe obligatos eas reſtituere, qui recitant, vel propoſitum habent recitandi ſuas horas domi, uel extra chorum, & ad illum vadunt animo non attendendi ad ea, quæ ibi dicentur, vel cantabuntur, neque vacandi Deo, ſaltem aliqua bona parte notabili illius.* P. Suarius hanc ſententiam putat probabilem in tom. 2. de religione lib. 4. de horis. cap. 14. num. 12. ſed addit, hoc non eſſe certum, ſed ſatis dubium, quando habent propoſitum, & vſum priuatim recitandi, & dicit, intelligi Nauarrum loc. citato, de eo, qui habet propoſitum recitandi, ſiue in choro, ſiue extra chorũ, non attendendo ad ea, quæ dicuntur, ſed mihi videtur, quod hæc P. Suarij interpretatio non poteſt bene accomodari verbis Nauarri.

DVBIVM SECVNDVM,

An Canonici, & beneficiarij, qui tenentur in choro diuinum officium recitare, teneautur ad fructuum reſtitutionem, ſi internam attentionem in eius recitatione voluntariè non adhibuerint?

1 RESpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat prædictos, quamuis mortaliter peccent, nõ tamen teneri officium repetere, nec fructus reſtituere, fundamentum eius eſt, quia ipſi implent præceptum, quoad eius ſubſtantiam, nam deuotio, & attentio ſolum præcipitur, vt mo-

modus,& circumſtantia operis, vt opus præceptum conuenienti modo fiat, ſicut ille, qui communicat indigne, ſatisfacit præcepto eccleſiæ de annua communione.& ille, qui reddit debitum ex odio, ſatisfacit obligationi iuſtitiæ: denique pœna reſtitutionis fructuum ex iure tantum canonico ſurgit, ſed iura ſolum hac pœna eos puniunt, qui diuinum officium non recitant, ergo non eſt extendenda ad illos, qui cũ voluntaria diſtractione interna illud recitant, cum pœnæ ſint reſtringendæ; minor patet ex Concilio Lateranenſi vltimo, ſub Leone X. ſeſſ.9.§. ſtatuimus, & conſtitutione Pij V. quorum verba refert Nauarr.cap 7. de oratione num. 32. & in manuali cap.25.num.122. hanc ſententiam docuit Medina codice de oratione q. 16. Antonius Corduba lib.4.quæſtionũ theologicarum q.13. fin. dicto 3. eamdem ſententiam ſequũtur omnes doctores ſupra dub.1 num.3. citati pro prima ſententia, qui docent in C. dolentes de celebratione Miſſarum, non contineri præceptum, ſed conſilium tantum, & alij num. 5. citati, qui dicunt, in eo non præcipi attentionem internam, ſed tantum externam, Petrus de Aragonia 2.2.q. 83. art. 13. dubio vltimo affirmat, Canonicos non teneri ad reſtitutionem, licet in choro non cantent, ſed ſolum præſentes ſint, cũ aliqua externa attentione, dummodo officium domi recitent, Sotus lib.10. de iuſtitia q.5.art.5, columna 7. fin. affirmat, prædictos, licet mortaliter peccent, & obligentur ad officium repetendum; non tamen teneri fructus reſtituere, & art.6. concluſ.4.fin. idem repetit; Cardinalis Toletus lib.2.cap.12. num.6.§. quartum dictum, idem docet P. Henriquez lib.9. de Miſſa cap.25.num. 5. littera P. ait *raro beneficiarius cogendus eſt fructus reſtituere ex eo, quod ſine attentione recitauit*, & cõmento littera P. ait probabilem eſſe Medinæ ſententiam, qui dicit, beneficiarium non teneri repetere horas, vt gaudeat fructibus, P. Suarius tom.2. de religione lib.4. de horis canonicis cap.14. num. 10. docet prædictos non peccare, nec ad reſtitutionem teneri, ſi habeant propoſitum iterum priuatim recitandi & ita facient, ſed num. 12. ait, valde eſſe probabile, licet non ſit certum, prædictos peccare mortaliter, etiamſi habeant propoſitum repetendi, ſed ad reſtitutionem non teneri, hanc ſententiam probabilem putat Azorius parte 1. lib. 10.cap.12.q.5.fin.& cap.34.q.8. eamdem ſententiam exiſtimat non improbabilem, P. Leſſius lib.2. de iuſtitia cap.37. dubitatione 10.num.68.

2. Se-

2 Secunda ſententia docet, prædictos diuinum officium in choro, abſque interna attentione recitantes, etiamſi habeant propoſitum illud priuatim repetendi, non ſolum peccare mortaliter, ſed etiam ad fructuum reſtitutionem teneri; ratio eſt, quia non implent ſubſtantiam præcepti, nam eccleſia in dicto C. dolentes, & in Clementina 1. de celebratione Miſſarum, non ſolum præcipit, vt officium in choro recitetur, ſed etiam, vt ſtudioſe, & deuote, & per conſequens, vt in choro vere, & proprie oretur: ſed qui ſine attentione voluntarie officium recitat, vere non orat, ergo neque preceptum, quoad ſubſtantiam implet, & vt bene docet Nauarr. cap. 20. de oratione num. 31. *Is non magis implet præceptum eccleſiæ, quã ſi non recitaret, non enim agit, quod illa præcipit, & per conſequens idem eſt iudicandum de iſto, ac de non recitante, quia par ratio, par ius parit cap. dudum il ſecondo de electione*. Hanc ſententiam expreſſe docet Nauarr. cap. 13. de oratione num. 17. vbi ait, *ſequitur ſecundo, non mereri, quin immo peccare, & non lucrari diſtributiones quotidianas coram, Deo, ideoque in foro conſcientiæ eſſe obligatos eas reſtituere, qui recitant, vel propoſitum habent recitandi ſuas horas domi, vel extra chorum & ad illum vadunt animo nõ attendendi ad ea, quæ ibi dicentur, vel cantabuntur*, & num. 19. idem repetit, quod attinet ad obligationem reſtitutionis: eum ſequitur Petrus Nauarr. lib. 2. de reſtitutione cap. 2. num. 230. Rodriquez parte 1. ſummæ cap. 144. nu. 2. concluſ. 1. Iacobus à Graſſijs parte 1. deciſ. 10. lib. 2. cap. 52. num. 15. fin. Hæc ſententia tamquam probabilior magis placet P. Azorio parte 1. lib. 10. cap. 12. q. 6. ad 3. dubium cap. 14. q. 8. fin. vbi addit *quam cum Nauarr. viri pij, & docti amplectuntur* P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubitatione 11. num. 67. ait prædictos *teneri repetere, et niſi repetierint, non poſſe fructus percipere*; pro ſolutione.

3 Dico primo probabile eſſe, non excuſari à peccato mortali illos, qui abque interna attentione officium diuinum in choro recitant, etiam ſi habeant propoſitum illud iterum priuatim recitandi; ratio eſt, quia non implent præceptum eccleſię contentum in C. dolentes de celebratione Miſſarum, & in Clementina 1. eodem titulo, ac proinde peccant, cõntra præceptum virtutis religionis, vt expreſſe docet Nauarr. cap. 13. de oratione num. 17. verſ. ſequitur ſecundo, & P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 14. num. 12. præ-

ſertim,ſi confabulando;iocando,vel alias exteriores actiones, in prædictis iuribus prohibitas,exercendo, recitent,ratio eſt, quia prædictæ actiones non ſolum chori attentionem impediunt,ſed etiam vix fieri poſſunt,abſque graui ſcandalo,& impedimento aliorum in choro aſtantium , ita etiam docent P.Azorius parte prima lib.10.cap.12.q 6.ver.ſi quæras ,& P. Suar.loc.citat. num. 13.

4 Dico ſecundo probabilius eſſe prædictos excuſari à peccato mortali,ſi dum recitant, nullam exercent actionem externam, quæ attentionem externam chori impedire poſſit,& quamuis internam attentionem voluntarie non adhibeant, tamen habeant propoſitum,iterum recitandi,ratio eſt, quia cum id præſtant ſupplent ſufficienter defectum commiſſum per priuatam recitationem, & orationem, ergo non peccat mortaliter,ſed ad ſummum venialiter , quia non ſeruarunt debitum modum in oratione publica,ita expreſſe docet Petrus de Aragonia 2.2.q.83.ar.13.dubio 3. dicto 4.& P.Suar. tom.2.de religione libr.4.de horis canonicis cap. 14. num. 10.& 12.

5 Dico tertio probabiliorem magiſque piam eſſe ſecundam ſententiam,nimirum teneri beneficiarios ad fructuum reſtitutionem,ſi diuinum officium , abſque interna attentione in choro recitauerint,ſine propoſito illud repetendi, quia talis recitatio, cum non ſit vera oratio , cum ea non ſatisfaciunt eccleſiæ præcepto,non ſolum,quoad modum , ſed nec etiam,quoad ſubſtantiam : ſi vero habeant propoſitum repetendi,& id poſtea præſtauerint,quia per priuatam orationem ſufficienter ſupplent defectum prius commiſſum, probabilius eſt,tunc non teneri ad reſtitutionē, quæ oritur ex omiſſione recitationis : in hoc ſenſu videntur loqui doctores ſecundæ ſententiæ, præter vnum Nauarrum, ita expreſſe loquuntur P.Suar.lib.4.de horis canonicis cap. 14.num. 12.fin. P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubitatione 11 · nu. 67.fin. P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.8.q.5. dicto 2.num.262. Iacobus à Graffijs parte 1.deciſ.lib.2.cap.52.num.15.fin. Nec obſtat,quod in decreto Concilij Lateranenſis ſupra citati,& in conſtitutione Pij V . pœna reſtitutionis impoſita eſt ſolum illis , qui non recitant diuinum officium , & ideo non eſt extendenda ad illos,qui ſine attentione recitant, ratio eſt, quia hæc non poteſt dici extenſio,non enim dicitur recitaſſe, qui

ſic re-

Digitized by Google

ſic recitat,vt ſe à recitandi onere non liberet , ſed qui abſque interna attẽtione recitat diuinum officium,non liberatur ab onere illud recitandi,quia tenetur illud repetere, ergo:ita reſpondet Nauarr.cap.20.de oratione num.32. vbi affert multas alias reſponſiones.

6 Quæres,an peccent mortaliter, & repetere teneantur notabilem officij partem,ſi iam non recitent, dum in choro pſalmos,vel antiphonas quærunt , vel libros neceſſarios transferunt de loco ad locum,aut prunas ad turificandum quærunt, & afferunt,aut nuncia neceſſaria referunt, vel præuident lectionem,quam dicturi ſunt,& ſimilia? Reſpondeo,prædictos nec peccare,nec ad repetendum teneri, ſi in prædictis actionibus non plus temporis impendant, quam cauſa requirat, ratio eſt,quia cum illi ad celebritatem diuini officij in dictis actionibus occupentur,totus chorus pro ipſis ſupplet,& ideo ſatis canere exiſtimantur, dum miniſtrant cantantibus, ac proinde,vt membra ipſius chori , cum toto corpore orant,& ad Deum pro tunc attendunt eo modo, quo poſſunt , & debent.Hæc eſt communis ſententia, quam docent S.Antoninus ſecunda parte titulo 9.cap.12.§.3.ver.ſecunda negligentia fin.Nauarr.cap.10.de oratione q.9.num.70.& cap.11.nu. 36. limitat,hoc verum eſſe, cum illa ante officium diuinum præparari non potuerunt, aut ea poſtea facit is,qui non tenebatur illa præparare, eo quod præparata non ſint ab alio, ad id obligato,& num.37. ex hoc infert illum, qui cantare debet lectionem,& illam præuidet, dum chorus canit, licet forte non canendo,non peccet, & lucretur diſtributiones illius partis,obligari tamen illam repetere, quam canere omiſit,dum lectionem præuidebat, ſi ſciebat, vel ſcire debebat, illud ſui muneris futurum eſſe, ratio eſt quia poterat eam prius præuidere, hanc ſententiam , cum eadem limitatione ſequitur Iacobus à Graſſijs parte 1.deciſ.libro 2.cap. 52. nu. 19.& 20.eodem modo intelligendi ſunt alij, qui eam abſolute docent,ita Syluester verbo hora quæſt. 11.num.14.concluſ. 4.fin.Petrus de Aragonia 2.2.q.83.art.12.fin.Sandoual lib. de officio Canonico parte 6. cap. 9. Rodriquez parte prima ſummæ cap.143.concluſ.2.P.Emanuel Sà verbo horæ num.8. P.Azorius parte 1.lib.10.cap 13.q.20.P.Suar. tom.2. de religione lib.4.de horis canonicis cap. 14. num. 9. fin.P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.3. num. 160. ver.ſeptimum documentum

mentum,& cap.13.num.188. P.Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dubio 15.num:1. & 2. P.Layman tom. 2.lib.4.tractatu 1.cap.5.num.7.ver.ſimile dubium, Molfeſius in ſumma tom.1.tract.5.cap.1.num. 21. Naldus in ſumma verbo officium diuinum num.7. Ioannes Petrus Moneta tractatu de diſtributionibus quotidianis parte 2.q. 2. num.45. ver.2. limitatur, Diana parte 2. tract.12.de horis canonicis reſolutione 13.

7 Quæres,an illi, qui ex choro mittuntur ad thurificandum altare,teneantur dicere Antiphonam, & Magnificat, quæ interim canuntur in choro, reſpondeo negatiue:ratio eſt, quia nec coguntur,memoriter ſcire,nec portare librum, & totus chorus pro illis ſupplet, cum illi occupentur in celebritate eiuſdem officij,ita Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5. art.3.in medio ver.pari modo,qui ſic,Nauarr. cap. 21. de oratione num.15.verſ.duodecimo, Sandoual lib. de officio canonico parte 6.cap.9.P.Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib. 2.cap.2.dubio 15. num. 4. vbi citat multos ex recentioribus doctos magiſtros,& idem dicit de Capellanis, qui comitantur thurificaturum altare,eadem ratione, idem docet dubio 32.concluſ.8.

8 Quæres, an ſi quis animi leuandi gratia exiret è choro, & propterea partem aliquam officij omitteret, quam interim chorus caneret,peccaret, & teneretur repetere? Reſpondeo prædictum non peccare, ſi ex vera neceſſitate id faceret,teneri tamen ſub peccato mortali partem illam repetere, ſi ſit notabilis,ſi vero omiſſio eſſet partis paruæ quantitatis,ſolũ, ſub pœna peccati venialis,ita expreſſe docet Nauarr.cap.10. de oratione q.9.num.70.*P.*Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canonicis cap.14.num.9.fin.P. Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7 cap.2.dubio 15.num.3.Idem etiam dicendum eſt,ſi quis, dum alij canunt in choro tuſſit, vel cruor è naribus defluit,vel quidquam decens loquitur,etiam ſi choro exeat,modò omiſſum ſit exiguum, licet ſit pſalmus integer,prædictum non teneri repetere, nec ſupplere quod alij dixerunt,ratio eſt,quia ratione ſocietatis dictum ab vno cenſetur dictum ab alijs,ita Maior.in 4.d.12.q. 6. columna 3.quem refert,& ſequitur Nauarr.cap.19.de oratione concluſione 8.num.83.P. Sanchez loco citato.

Digitized by Google

DVBIVM TERTIVM,

An Canonici confabulantes in choro, teneantur ad reſtitutionem diſtributionum quotidianarum?

1 REſpondeo circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima negat, ratio eſt, quia licet peccent mortaliter, ſi notabiliter ſint confabulantes in choro, iuxta caput dolentes de celebratione Miſſarum, non tamen tenentur ad reſtitutionem diſtributionum; nam in capite licet. de præbendis, & capite vnico de clericis non reſidentibus in 6. ſola præſentia requiritur ad lucrandas diſtributiones, ita docet Azorius Corduba lib. 4. quæſtionum theologicarum q. 13. dubio vltimo fin. Sotus lib. 10. de iuſtitia q. 5. art. 5. concluſ. 7. in medio, & art. 6. concluſ. 4. & 5. Medina in ſumma lib. 1. cap. 14. §. 11. Techius lib. de Republica eccleſiaſtica cap. 24. tit. de Canonicis num. 6. Carolus Macignus cap. 89. num. 11. Garzia tom. 1. de beneficijs parte 3. cap. 2. num. 514. Cardinalis Toletus in ſumma lib. 2. cap. 12. num. 6. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 14. num. 12. & 13. P. Coninch. 3. parte q. 83. art. 6. dubio vnico num. 292. *P.* Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 10. P. Sanchez tom. 1. conſiliorum moralium libr. 2. cap. 2. dubio 100. num. 2. vbi dicit, idem tenuit Henriquez à me conſultus, in hanc ſententiam videtur propendere Diana parte 2. tract. 12. de horis canonicis reſolutione 7.

2 Secunda ſententia communis affirmat, Canonicos confabulantes in choro, non ſolum peccare mortaliter, ſed etiam teneri ad reſtitutionem diſtribututionum quotidianarum, ratio eſt, quia ita confabulando, non ſolum non habent attẽtionem internam, ſed neque externam, ergo non ſatisfaciunt præcepto aſſiſtendi in choro, ac proinde non poſſunt lucrari diſtributiones quotidianas, ita Nauarr. cap. 10. de oratione num. 47. & cap. 13. num. 17. §. ſecundo ſequitur, Petrus de Ledeſma in ſumma tom. 2. tract. 9. cap. 4. concluſ. vltima, difficultate prima, & ſecunda, Vega parte prima ſummæ cap. 128. caſu decimo, & parte 2. cap. 102. circa finem, Petrus de Aragonia 2. 2. q. 83. art. 13. dubio vltimo, ver. his tamen non obſtantibus, Iacobus à Graffijs parte prima deciſionum lib.

2. cap. 51.

2.cap.51.num. 12. Summa Corona parte prima cap.1.num. 93. Conradus in reſponſionibus caſuum conſcientiæ q.240. Rodriquez to.1.ſummæ cap.146.concluſ.5. Lopez in inſtructione conſcientiæ tom.1.cap.246. & tom.2. cap. 102. fin.P. Azorius parte prima lib.10.cap.11.q.5.§. quæres P.Suar.lib. 4.de horis canonicis cap.12.num.10.P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap.34.dubitatione 33.num 184.Bonacina tom.1.tract. de officio diſput.1.q.3.puncto 2.§.2.num.10. & q. 5. puncto 2.num.17.Diana parte 2.tract.12. de horis canonicis reſolutione 7.vbi ait hæc opinio videtur prorſus tenenda.

3 Pro ſolutione dubij dico, ſi loquamur de iure communi,ſecundam ſententiam eſſe probabiliorem,& ſequendam in praxi, ratio eſt, quia re vera non poteſt dici quis formaliter præſens alicui rei,cum ad aliud attendit, ergo cum Canonici in choro confabulantur, vel aliud agunt externæ attentioni repugnans,non poſſunt dici diuino officio præſentes, niſi materialiter,ſi vero loquamur de vſu,& praxi, primam ſententiam poſſe admitti,nam,vt ait Garzia loco ſupra citato conſuetudo, & praxis eccleſiarum eſt contra communem ſententiam.

DVBIVM QVARTVM.

An Regulares,& Moniales peccent mortaliter, ſi recitent diuinum officium in choro,ſine interna attentione?

1 RESpondeo, & dico primo probabile eſſe prædictos, qui non tenentur ex iuſtitia ad chorum, ſed tantum ex regula,conſtitutione,vel conſuetudine,non peccare mortaliter; ſi in choro,dum integra hora,aut eius pars notabilis recitatur,voluntariam diſtractionem admittant, dummodo habeāt animum,& propoſitum repetendi ea, quæ in choro cantantur,ratio eſt,quia ſi non eſt peccatum mortale totum officiū diuinum,aut partem eius notabilem in choro omittere, cum propoſito ea ſupplendi,vt expreſſe docet Nauarr. cap. 10.de oratione num.43.& 49.& P.Suarius tom. 2. de religione lib. 4.de horis canonicis cap.14. num. 12. ergo multo minus eſt peccatum mortale ea canere in choro, ſine attentione interna;certum tamen eſt prædictos venialiter peccare, quia, ſine debito modo canunt.

2.Di-

Digitized by Google

2 Dico 2. probabilius eſſe, prædictos peccare mortaliler in caſu prædicto, Ratio eſt, quia directe tranſgrediuntur præceptum expreſſe contentum in C.° dolentes de celebratione Miſſarum, & in Clementina prima eodem titulo, nam licet non peccent, contra iuſtitiam, peccant, tamen contra religionem, qua tenentur attente, & deuote canere, nam alioquin omnes, qui in choro aſſiſtunt, poſſent, ſine peccato mortali non attendere, ac proinde nec orare, quia non eſt maior ratio de vno, quam de omnibus alijs ſingillatim ſumptis, & cõſequenter de omnibus ſimul, quia non poteſt chorus obligari ad canendum, & orandum, niſi obligando omnes, & ſingulos, aut ſaltem aliquos in particulari, conſequens autem eſt abſurdum, nam ſic male eſſet prouiſum eccleſiæ de recitatione chori, & oratione publica; ſæpe enim nulla fieret ibi vera oratio ad Deum, quare nec tunc poſſet eccleſia dici orare ad Deum per tales miniſtros, tamquam per ſuos legatos. Hæc concluſio colligitur ex Nauarro cap. 13. de oratione num. 13. & P. Suario loco ſupra citato num. 12. fin. vbi ait, quod attinet ad culpam fortaſſis illa eſt grauis, maxime propter caput dolentes, & Clementinam primam de celebratione Miſſarum.

3 Quæres an Regulares, & Moniales peccent mortaliter, ſi recitantes in choro, nullam habeant interiorem attentionem, non ex contemptu, ſed ex quadam negligentia, vel animi remiſſione, propter temporis diuturnitatem, cum propoſito tamen iterum legitime eadem recitandi? Reſpondeo ſi prædicti in exteriori modo aſſiſtendi, & canendi in choro, ita interius mente diſtracti alios non offendunt, nec debitam chori attentionem impediunt, licet venialiter peccent, quia ſine debita attentione orant, eos tamen facile poſſe à culpa mortali excuſari, quia non ex præcepto iuſtitiæ ad chorum obligantur, ſed tantum ex regula, vel conſuetudine, quibus ſatisfaciant in choro canendo, cum propoſito iterum recitandi, ſicut communiter à peccato mortali excuſantur clerici non in ſacris, & alij cantores beneficium non habentes, ſed ſolam nudam mercedem, nec ad reſtitutionem obligantur, etiam ſi propoſitum iterum recitandi non habeant, quia non tenentur recitare ex vi alicuius tituli, & cum prædicta voluntaria diſtractione ſatisfaciunt obligationi, ratione ſtipendiorum, quæ recipiunt. Hæc concluſio colligi poteſt ex

Duran-

Durando in 4.diſt.15.q.12.num. 6. Paludano eadem diſtinctione q.5.art.2.concluſ.4.& alijs, qui putant attentionem interiorem non poſſe præcipi ab Eccleſia,quæ ſententia,licet non ſit probabilis, tamen eſt valde probabile, prædictos ſatisfacere obligationi chori ſi habeāt externam attentionem, cum propoſito iterum recitandi, vt dictum eſt, in hoc conſentit P.Suàr.tom.2.de religione lib. 4. de horis canonicis cap.14.num.13.fin.

DVBIVM QVINTVM.

An obligati ad chorum,obligentur, etiam ad externa ſigna deuotionis?

1 RESpondeo,& dico 1.certum eſſe apud omnes Doctores omnes,& ſingulos, qui tenentur in choro aſſiſtere,ſaltem obligatos eſſe ad exhibenda in eo externa ſigna deuotionis; Dubium tamen eſt,an peccent mortaliter,ſi in choro faciant actiones illas exteriores, quæ in dicto capite dolentes, & Clementina prima de celebratione Miſſarum,prohibentur; Ad quod ſic reſponderi poteſt,ſi prædictæ actiones chori attentionem impediant, ſiue in toto,ſiue in parte notabili diuini officij,ſemper ex ſuo genere id facere peccatum eſſe mortale,niſi ex leuitate materiæ excuſetur,Ratio eſt,quia licet actiones illæ ex natura ſua non videantur adeo deformes,vt ſufficientes cenſeantur ad peccatum mortale conſtituendum,tamen per prædicta iura ita prohibentur,vt ſpecialiusconſtituantur in genere grauium deformitatum, & ideo rigoroſius puniuntur, accedit quod etiam ex natura rei in publica chori recitatione,& oratione, vix fieri poſſunt,ſine graui ſcandalo,& impedimento aliorum in choro aſtantium, vt bene docet Nauarr.cap.2.de oratione corolario 2.num 4. vbi ait. *Secundo infero, peccare etiam eos, qui horis admiſcent iocos,& riſus, cachinnos, aut impertinentia negotia, præſertim in choro, ſcandalizando cæteros, & alienando eorum mentes à cogitatu diuinorum,& ſpiritualium,*& cap.13.num.25.ait *peccare eos,qui loquuntur in choro,alij quidem in aurem, alij in voce ſublata,quæpiam à recitatione aliena, quoniam loqui, & audire,ita ſunt actus exteriores ſicut legere,& ſcribere, et æque, ac illi repugant attentioni ad recitandum,uel canendum requiſita.*

ſitæ. & addit rixantes, ridentes, murmurantes, & vociferantes peccare quandoque mortifere, quandoque vero venialiter, ratio à priori eſt, quia illi, qui in choro prædictas actiones exteriores exercent, tranſgrediuntur expreſſum, & rigoroſum præceptum in c. dolentes, vbi ſic ſtatuitur. *Hæc igitur, et ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus, diſtricte præcipientes in uirtute obedientiæ.* Ex quibus verbis manifeſte apparet tranſgreſſionem huius præcepti inducere culpam mortalem, cum propter grauitatem pœnæ ſuſpenſionis, tum etiam propter grauiſſima verba præcepti, & ideo Ioannes Andreas ibi affert primam ſententiam dicentium eſſe peccatum mortale, idem expreſſe docent Durandus in 4.d.15. q.12.num.6. Paludanus eadē diſt. q. 5.art.2.concluſ.4. Sanct. Antoninus 3.part.tit.13.cap.4.§. 8.fin. P. Ioannes Azorius parte 1.lib.10.cap.12.q. 6. ver.ſi quæras, vbi tria docet, primum prædictos mortaliter peccare, ſecundum præcepto non ſatisfacere, ac proinde teneri horas repetere, tertium teneri fructus reſtituere, quia peccant non ſolum contra modum legis, ſed etiam contra ſubſtantiam: nam præcipit, vt nihil prædictorum faciant, quod poſſit debitam impedire attentionem, P. Suar. tom.2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap.14.num.13. dicit peccatum eſſe mortale.

2 Quæres, an obligati ad chorum, obligentur etiam, dum in eo canūt ad externa ſigna deuotionis in geſtu, & habitu corporis? Reſpondeo affirmatiue præcipue Regulares, & Moniales quia tenentur ad perfectionem tendere, ſed repugnat non ſolum perfectioni, ſed etiam rationi publice in choro diuinum recitare officium, ſine modeſtia, & grauitate. Vnde in extrauaganti vnica de vita, & honeſtate clericorum præcipitur in choro modeſta grauitas, ſic enim Ioannes XXII. principio ſtatuit; Modeſta pſallentium grauitas placida modulatione decantet, & Concilium Baſilienſe ſeſſ. 21.§.2. ſtatuit, vt qui ad orandum Deum in choro conueniunt, habitu honeſto, & vultu decenti ſeipſos componere ſtudeant, & agēs de habitu clericorum addit. *Horas canonicas dicturi, cum tunica talari, ac ſuperpelliceis mundis, ultra medias tibias longis, uel cappis, iuxta temporum, & regionum diuerſitatem eccleſiā intrent,* & infra addit, *qui cum in choro fuerint grauitatem ſeruent, quam, et locus, et officium exigunt.* Idem dicendum eſt de Regularibus, vt chorum ingrediantur, cum honeſto habi-

tu religionis, iuxta regulas, vel conſuetudines religionis. Præterea tenētur ſeruare ordinem in ſedendo, inclinationes, & genuflexiones, & alias cœremonias, iuxta Rubricas, & particulares conſtitutiones, & conſuetudines Religionum: Quare aliter facere aliquando erit peccatum mortale, nimirum, quando contraria nouitas ſcandalum pareret, aut fieret, cōtra ſtatuta ſpecialia, vel præcepta Prælatorum, aliquando vero veniale, ſcilicet, quando eſſet leue ſcandalum, aut non grauis indecētia. Hanc ſentētiam docet Nauarrus cap. 2. de oratione corollario 3. num. 4. vbi ait, *peccare eos, quos uidi orare in choro turpiter, et indecore diſpoſitis pedibus, et brachijs, oculis errantibus, et capite modo huc, modo illuc circumacto, tanto cum impetu, et clara uoce, non ſecus ac ſi cum Deo, et Sanctis ringere uellent*, idem docet P. Suar. tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 14. num. 14.

DVBIVM SEXTVM,

An Canonici, teneantur fructus reſtituere, ſi in choro non cantent, ſed ſolum præſentes ſint, dummodo habeant Capellanos, qui pro ipſis cantent.

1 RESpondeo circa hoc dubium duas eſſe ſententias, prima affirmat teneri reſtituere diſtributiones quotidianas, ratio eſt, quia inſtitutio canonicatuum eſt, vt Canonici non adſint tantum in choro, ſed vt canendo aſſiſtant, & ob id eis dantur diſtributiones, ergo ſi id non præſtent peccabunt mortaliter, nec poterunt diſtributiones accipere, nec acceptas retinere; antecedens probatur ex Concilio Baſilienſi ſeſſ. 21. §. 3. vbi hoc præcipitur, & Concilio Aquiſgranenſi cap. 131. vbi dicitur. *Canonicis religioſiſſime in choro ſtandum, et pſallendum eſt*, & Concilio Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reformatione fin. vbi ſic ſtatuit. *Omnes vero diuina per ſe, et non per ſubſtitutos compellantur obire officia, atque in choro ad pſallendum inſtituto, hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, diſtincte, deuoteque laudare*, ita docet Caietanus tom. 1. opuſc. tract. vltimo reſponſione 8. Sotus lib. 10. de iuſtitia q. 5. art. 4. concluſion. 1. poſt medium Nauarr. cap. 13. de oratione art. 17. verſ. ſequitur ſecundo cap. 10. nu. 47. cap. 11. num. 41. & Conſilio 13. de celebratione Miſſarum, Beia in reſponſionibus

caſuum

caſuum conſcientiæ parte 1.cap.55.Iacobus à Graffijs parte 1.deciſ.lib.2.cap.51.num.12.& cap.52.num.22.& cap.53.nu. 4.5.& 21.Couarruuias lib.3.variarum reſolutionum cap.13. num.2.Rodriquez tom.1.ſummæ cap.146.concluſ.5. Zechius in ſumma parte 2.cap.83. num. 12. Summa Corona parte 1. cap.2.Sandoual de officio Canonico parte 6.cap.16. Vgolinus de officio Epiſcopi cap.15.§.1.P.Azorius parte 1.lib.10. cap.11.q.5.& 7.P.Vaſquez opuſculo de beneficijs cap. 4.§.3. dubio 4.num.134.P.Paulus Comitulus lib.1.reſponſionum moralium q.62.nnm.3.vbi dicit ita declaraſſe Congregationem Cardinalium,P.Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis canonicis cap.10.num.20.& cap.12.num. 10. Ioannes Petrus Moneta tractatu de diſtributionibus quotidianis par. 2.q.2.num.31.vbi alios citat.

2 Secunda ſententia negat prædictos ad id teneri, ratio eſt, quia licet prima opinio,ſi loquamur de iure antiquo, & inſtitutione officij Canonicorum ſit vera; tamen ratione conſuetudinis contrarium eſt dicendum, nam conſuetudo recepta habet vim legis,ita docet Petrus Nauarra lib. 2.de reſtitutione cap.2.dubio 3.nu.217.Aragonia 2.2. q.83.art.13.dubio vltimo, verſ. His tamen obſtantibus,Cenedo in quæſtionibus canonicis q.2. Petrus Ledeſma tom. 2. tract.9. cap.3. concluſ.31.Riccius in ſua praxi tom.2.reſolutione 362.num. 3.Gauantus comment.ad Rubricas Miſſalis tom.2.tract.1.ca. 5.num.3. Antonius Naldus in ſumma verbo officium diuinum num. 14.P.Leſſius lib.2. de iuſtitia cap 34. dubitatione 33.num.185.P.Suar.loco citato cap.12.num.11.P.Layman tom.2.lib.4.tract.2.cap.7.q.6.num.6. dicto 2. Garzia tom.1. de beneficijs parte 3.cap.2.num.517.Bonacina tom. 1.tract. de officio diſp.2.q.4.puncto 5.num.3.Diana parte 2.tract.12 de horis canonicis reſolutione 6.

3 Pro ſolutione dubij dico veram eſſe ſecundam ſententiam vbi viget conſuetudo, vt Canonici ſolum præſentes adſint in choro,nec canant, niſi per clericos ad id ſubſtitutos, Ratio eſt,quia conſuetudo recepta poteſt in hoc derogare Concilio Tridentino, ſiue poſt Concilium introduci cœperit, & deinde fuerit vſu confirmata, ſiue ante Concilium inuecta fuerit & deinde poſt ipſum continuata,quia Epiſcopi,& alij Prælati non curarunt in hoc illud executioni mandare, ita Petrus Nauarr.lib.2.de reſtitut.cap.2.dubio 2.num.217. P. Azorius

Digitized by Google

parte 1.lib.10,cap.11.q.6.P.Suar.tom.2de religione lib.4.de horis cap.12.num.11.P.Reginaldus tom.1.lib.18.cap.12.ſec. 6.dubio 6.num.175.P.Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap 34.dubitatione 33.num.185.P .Layman tom.2. lib.4.tract.2.cap.7.q. 6.num.6.dicto 2.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.6.q. 5. dicto 3.num.197.Ioannes Petrus Moneta tract.de diſtribut.quotid. parte 2.q.2. num.43.

4 Quæres,an Canonici,& alij beneficiati, qui officium diuinum in choro recitare tenentur,peccent mortaliter,ſi à choro abſint, abſque iuſta, & rationabili cauſa, vltra tempus à Concilio Tridentino ſeſſ.24. cap.12.permiſſum, etiam ſi illud priuatim domi,vel alibi recitent: Reſpondeo, circa hoc dubium, duas eſſe ſententias, prima affirmat eſſe peccatum mortale,ratio eſt,quia in capite finali d.92. iubetur deponi à Clero, qui eccleſiæ deputatus ad quotidianum pſallendum officium ad eccleſiam non conuenerit, ſed depoſitio eſt grauis pœna,quæ non infligitur,niſi ob graue,& mortale peccatum,ergo Ita docet Innocentius,& Veſtienſis in cap.1.de celebratione Miſſarum, Nauarr.cap. 5. de oratione num.14.& num.20.& 21.P.Suar. tom.2. de religione lib.4. de horis canonicis cap.10.num.17.& cap.13.num.5.P. Vaſquez opuſculo de beneficijs cap.4.§.2.art.2.dubio 1.num.182. P. Filliuc. tom.2.tract.23 cap.6.q.8.dicto 2 nu.207.& cap.4. num.140. Macignus tract.de horis canonicis cap.63. num.2. Sqillas p. prima de obligatione clericorum dubio 28.num.57. Garzia tom.1.de beneficijs parte 3.cap.2.num. 331. vbi pro hac ſententia affert tres Cardinalium declarationes, Bonacina tom. 1.tract.de officio diſp.2.q.1.puncto 2.num.1.& 3.Diana par. 2.tract.12.de horis canonicis reſolutione 31.

5 Secunda ſententia docet, prædictos non committere peccatum mortale,ſed tantum veniale,licet graue,& interdum nullum,ſi fuerit iuſta cauſa abſentiæ ab eccleſia. Hoc autem dicunt eſſe verum,ſi abſentia non fiat ex contemptu,vel contra particulare præceptum Prælati, aut ſi ob eam cauſam officium diuinum non diceretur in eccleſia, aut ſaltem non cum debita ſolemnitate, & quod ipſius præſentia eſſet ad eã neceſſaria,ita primam ſententiam limitant Caietanus in ſumma verbo horæ §.5.Syluester ibi q.2.dicto 4. & q.10.Armilla verbo hora num. 21. Nauarr.cap.5. de oratione num.14.& cap.10.num.43.& cap.21.num.32. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt.

quæſt.5.art.4.concluſ.3. vbi ait primam ſententiam eſſe rigidam, P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.7.num.176.P. Valentia tom.3.in 2.2.diſp.6.q.2.puncto 10.§.circa ſextum, P.Layman tom.2.lib.4.tract.2.cap. 7.q.7.num.7.P. Fillincius tom.2. tra. 23.cap.6.q.8.dicto 2.Hanc ſententiam putat probabilem Bonacina tom.1.tract.de officio diſputat.2. quæſtion. 1. puncto 2.num.3.Diana parte 2.tractat. 12. de horis canonicis reſolutione 31.

6 Pro ſolutione dubij dico 1.in rigore ſimpliciter,& abſolute primam ſententiam eſſe probabiliorem, ratio eſt,quia prædicti tenentur,ſiue ex iuſtitia, ratione ſtipendij, ſiue ex obedientia,ratione præcepti canere in choro, vel ſaltem aſſiſtere,& audire totum officium,iuxta varias opiniones, vel conſuetudines, aut inſtitutiones, ergo ſi notabilem partem ſui muneris omittunt,grauiter peccant,hoc autem duobus modis poteſt contingere,primo,ſi non adſint,ſecundo, ſi non integre officium recitent,vel quia tarde veniunt, vel quia diſcedunt, antequam officium ſit abſolutum, & tunc ſine dubio, ſi partem,quam omittunt ſit notabilis, quæ in priuata recitatione ſufficiat ad peccatum mortale, ſi non habeant intentionem priuatim illam ſupplendi, peccabunt mortaliter, quod tunc eſſe ſolet, quando quis chorum ingreditur abſoluto primo pſalmo.

7 Dico 2.ſuppoſita limitatione, quam ſupra in ſecunda ſententia afferunt ipſius Doctores, ſecundam ſententiam non differre à prima, ratio eſt, quia concedunt eſſe peccatum mortale,quãdo abſentia ſit ex conſuetudine, vel contemptu, aut cum notabili detrimento eccleſiæ,& cultus diuini. Quare extra hos caſus, ſi quis omittat partem notabilem recitare in choro animo ſupplendi illam priuatim difficile aſſignari poteſt materia,quæ ſufficiat ad peccandum mortaliter,ratio eſt,quia tunc ille non omittit partem illam,quoad ſubſtãtiam,ſed tantum,quoad modum, qui defectus non eſt,tam grauis,quando ſunt alij, qui ſupplent in choro.

8 Quæres,an peccet mortaliter,qui vno, vel altero die abeſt à choro,ſine graui detrimento eccleſiæ? Reſpondeo,circa hoc duas eſſe ſententias. Prima negat, ratio eſt, quia priuatio cooperationis,quam hic poſſet,& deberet adhibere in publica recitatione chori ſemel,aut bis non poteſt eſſe ſufficiens materia peccati mortalis,P.Suar.tom. de Religione lib. 4. de

horis

horis canonicis cap. 13.num. 8. fin. dicit hoc non videri improbabile,& tribuit hanc ſententiam Iacobo à Graffijs parte prima deciſ.lib.2.cap.52.qui num. 25. ſolum dicit eum,qui egreditur de choro,antequam finiatur, officium, peccare mortaliter,ſi non ſuppleret, quod eſſet notabile omiſſum, ſi vero ſuppleret,peccare tantum venialiter, ſed hanc ſententiam expreſſe docet P.Filliucius tom. 2.tract. 23. cap.6.q.8. dicto 3.num.207.Bonacina tom. 1.tract. de officio diſp.2.q. 1.puncto 2.num.2. ver. dixi notabiliter vbi dicit tribus,vel quatuor diebus abeſſe non eſſe peccatum mortale.

9 Secunda ſententia docet probabile eſſe, non peccare mortaliter,qui vno tantum die abeſt à choro,ita P.Suarius tom. 2.de religione lib.8.de horis canonicis cap.13.num.9. vbi id deducit ex Syluestro verbo horæ q.10.vbi ait peccare mortaliter illum, qui ducit in conſuetudinem non ire ad chorum, & ſubdit ibi P.Suarius in quo indicat etiam vnius diei abſentiam non eſſe per ſe ſolam peccatum mortale, ratio huius ſententiæ videtur eſſe, quia,qui ſemel tantum aliquid facit, non cenſetur ex conſuetudine id facere, ſed mihi videtur ſi hæc ratio eſt ſufficiens, idem etiam dici poſſe de abſentia duorum,trium, & quatuor dierum, quæ non poteſt cenſeri facta ex conſuetudine.

10 Quæres, an cenſeatur notabile detrimentum quis eccleſiæ afferre in recitatione officij ſi in choro ex ipſius abſentia pauci tantum remanerent ad pſallendum? Reſpondent aliqui prædictum peccare tantum venialiter, ſi in choro quatuor tantum adſiſtant,ratio eſt,quia vt ait Carolus Macigni tract. de horis canonicis cap.56.num. 24. quatuor canonici ſufficiunt ad conſtituendum chorum. Hanc ſententiam ſequitur Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.2.q. 1. puncto 2.num.1. Diana parte 2.tract.12. de horis canonicis, reſolutione 31: mihi videtur probabilis.

DVBIVM SEPTIMVM.

Quodnam peccatum committant,qui diuinum officium in choro canentes,male pronunciant.

1 QVoniam diximus ſupra duas externas actiones requiri ad diuinum officium in choro rite perſoluendum, nimirum

mirum integram; & perfectam omnium verborum pronunciationem,& externam attentionem,cum interna coniunctã, & quia egimus de attentione, reliquum eſt, vt hic de pronũciatione agamus,quæ ex communi doctorum ſententia ſignificata eſt in cap.dolentes per verbum,ſtudioſe, celebrent, per quod Concilium Lateranenſe duo potiſſimum præcipit, primum,vt officij verba proferantur,abſque ſyncopa,vt ibi Gloſ. & Doctores intelligunt, ideſt abſque verborum omiſſione, vt fit,dum priora verba verſiculi iunguntur vltimis,abſorptis medijs,nam ſyncopa eſt figura,quæ de medio tollit, ſecundũ, vt verba non mutilentur, aut conciſa proferantur abſciſſis quibuſdam ſyllabis,præſertim vltimis, Hoc autem ſyncopãdi vitium tria generalia Concilia à diuini officij celebratione omni conatu enixa ſunt remouere; ſcilicet Concilium Lateranenſe in cap.dolentes de celebratione Miſſarum,vbi grauiter clericos reprehendit,qui prius confabulationibus illicitis,& ſomno dediti,poſtea recitant *tranſcurrendo vndique cõtinuata ſyncopa matutinum*,& in fine ſubdit,*hæc,& ſimilia,ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus*. Concilium Viennenſe in Clementina prima eodem titulo,inter alios defectus committi ſolitos in recitatione horarum canonicarum hos duos enumerat *tranſcurrendo ſyncopando*, & in fine addit prohibitionem his verbis.*Ne igitur tranſgreſſiones inualeſcant huiuſmodi,alijſque veniant in exemplum, Sacri Concilii approbatione hoc fieri prohibentes ſancimus &c.* Et quia nimia celeritas in recitando pſalmorum verſus, & dictiones moraliter eſſe non poteſt,ſine ſyncopa, vel aliqua verborum corruptione, ideo Concilium Baſilienſe ſeſſ.21.§.2.præcipit,vt officium recitetur in choro *prolatione nõ præcipiti,ſed diſtincta*,& infra *non curſim,ac feſtinanter*,& §.qualiter horæ canonicæ extra chorum dicendæ ſint,præcipit,*vt non in gutture,uel inter dentes,ſeu deglutiendo, aut ſyncopando dictiones, diurnnum nocturnumque officium reuerenter uerbiſque diſtinctis peragant.*

2 Quæres, an prædictum ſyncopandi vitium ſit peccatum mortale? Reſpondeo,& dico primo omnem modum canendi officium diuinum in choro ſyncopando,hoc eſt, cum aliqua mutilatione verſuum,verborum, aut ſyllabarum ex genere ſuo eſſe peccatum. Quare ſi in officio publico, quod in choro canitur,nimia ſit ſyncopatio, ſeu verborum mutilatio erit peccatum mortale,ratio eſt, quia hæc ſyncopatio expreſſe prohi-

horis canonicis cap. 13. num. 8. fin. dicit hoc non videri improbabile, & tribuit hanc ſententiam Iacobo à Graſſijs parte prima deciſ. lib. 2. cap. 52. qui num. 25. ſolum dicit eum, qui egreditur de choro, antequam finiatur, officium, peccare mortaliter, ſi non suppleret, quod eſſet notabile omiſſum, ſi vero suppleret, peccare tantum venialiter, ſed hanc ſententiam expreſſe docet P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. q. 8. dicto 3. num. 207. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 2. q. 1. puncto 2. num. 2. ver. dixi notabiliter vbi dicit tribus, vel quatuor diebus abeſſe non eſſe peccatum mortale.

9 Secunda ſententia docet probabile eſſe, non peccare mortaliter, qui vno tantum die abeſt à choro, ita P. Suarius tom. 2. de religione lib. 8. de horis canonicis cap. 13. num. 9. vbi id deducit ex Syluestro verbo horæ q. 10. vbi ait peccare mortaliter illum, qui ducit in conſuetudinem non ire ad chorum, & ſubdit ibi P. Suarius in quo indicat etiam vnius diei abſentiam non eſſe per ſe ſolam peccatum mortale, ratio huius ſententiæ videtur eſſe, quia, qui ſemel tantum aliquid facit, non cenſetur ex conſuetudine id facere, ſed mihi videtur ſi hæc ratio eſt ſufficiens, idem etiam dici poſſe de abſentia duorum, trium, & quatuor dierum, quæ non poteſt cenſeri facta ex conſuetudine.

10 Quæres, an cenſeatur notabile detrimentum quis eccleſiæ afferre in recitatione officij ſi in choro ex ipſius abſentia pauci tantum remanerent ad pſallendum? Reſpondent aliqui prædictum peccare tantum venialiter, ſi in choro quatuor tantum adſiſtant, ratio eſt, quia vt ait Carolus Macigni tract. de horis canonicis cap. 56. num. 24. quatuor canonici ſufficiunt ad conſtituendum chorum. Hanc ſententiam ſequitur Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 2. q. 1. puncto 2. num. 1. Diana parte 2. tract. 12. de horis canonicis, reſolutione 31: mihi videtur probabilis.

DVBIVM SEPTIMVM.

Quodnam peccatum committant, qui diuinum officium in choro canentes, male pronunciant.

1 QVoniam diximus ſupra duas externas actiones requiri ad diuinum officium in choro rite perſoluendum, nimirum

mirum integram, & perfectam omnium verborum pronunciationem,& externam attentionem,cum interna coniunctã, & quia egimus de attentione, reliquum eſt, vt hic de pronũciatione agamus,quæ ex communi doctorum ſententia ſignificata eſt in cap.dolentes per verbum,ſtudioſe, celebrent, per quod Concilium Lateranenſe duo potiſſimum præcipit, primum,vt officij verba proferantur,abſque ſyncopa,vt ibi Gloſ. & Doctores intelligunt, ideſt abſque verborum omiſſione, vt fit,dum priora verba verſiculi iunguntur vltimis,abſorptis medijs,nam ſyncopa eſt figura,quæ de medio tollit, ſecundũ, vt verba non mutilentur, aut conciſa proferantur abſciſſis quibuſdam ſyllabis,præſertim vltimis, Hoc autem ſyncopãdi vitium tria generalia Concilia à diuini officij celebratione omni conatu enixa ſunt remouere; ſcilicet Concilium Lateranenſe in cap.dolentes de celebratione Miſſarum,vbi grauiter clericos reprehendit,qui prius confabulationibus illicitis,& ſomno dediti,poſtea recitant *transcurrendo vndique cõtinuata ſyncopa matutinum*,& in fine ſubdit,*hæc,& ſimilia,ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus*. Concilium Viennenſe in Clementina prima eodem titulo,inter alios defectus committi ſolitos in recitatione horarum canonicarum hos duos enumerat *transcurrendo ſyncopando*, & in fine addit prohibitionem his verbis.*Ne igitur tranſgreſſiones inualeſcant huiuſmodi,aliiſque veniant in exemplum*, *Sacri Concilii approbatione hoc fieri prohibentes ſancimus &c.* Et quia nimia celeritas in recitando pſalmorum verſus, & dictiones moraliter eſſe non poteſt,ſine ſyncopa, vel aliqua verborum corruptione, ideo Concilium Baſilienſe ſeſſ.21.§.2.præcipit,vt officium recitetur in choro *prolatione nõ præcipiti,ſed diſtincta*,& infra *non curſim,ac feſtinanter*,& §.qualiter horæ canonicæ extra chorum dicendæ ſint,præcipit,*vt non in gutture,uel inter dentes,ſeu deglutiendo, aut ſyncopando dictiones,*"*diurnum nocturnumque officium reuerenter uerbiſque diſtinctis peragant*.

2 Quæres, an prædictum ſyncopandi vitium ſit peccatum mortale? Reſpondeo,& dico primo omnem modum canendi officium diuinum in choro ſyncopando,hoc eſt, cum aliqua mutilatione verſuum,verborum, aut ſyllabarum ex genere ſuo eſſe peccatum. Quare ſi in officio publico, quod in choro canitur,nimia ſit ſyncopatio, ſeu verborum mutilatio erit peccatum mortale,ratio eſt, quia hæc ſyncopatio expreſſe

prohi-

prohibetur in tribus prædictis Concilijs, ſed qui ſtrictum praeceptum in re graui tranſgrediuntur, peccant mortaliter, ergo. Cōfirmatur, quia, niſi hic defectus eſſet res grauis Concilium Lateranenſe non prohibuiſſet illum, ſub pœna ſuſpenſionis, quæ, cum ſit pœna grauiſſima, non ſolet infligi, niſi pro grauiſſima culpa, nec præcepiſſet ſtricte, & in virtute obedientiæ, vt diuinum officium ſtudioſe celebretur, ideſt, ſine ſyncopa, immo etiam ſecluſa hac ſpeciali prohibitione hoc vitium ex natura rei eſt peccatum mortale, ſi nimia ſit verborum mutilatio, nam non ideo eſt mala, quia prohibita, ſed ideo prohibita, quia mala, & confirmatur exemplo à Sancto Antonino allato 2. parte tit. 9. §. 3. ver. ſecunda negligentia; Si quis deberet quotidie perſoluere alicui certam pecuniæ quantitatem, non ſatisfaceret creditori, ſi eo inuito ſubtraheret aliquos denarios, ſed peccaret mortaliter, ſi illi denarij notabilem materiam conſtituerent, ſed miniſtri eccleſiæ tenentur in choro integrum officium recitare, ergo non ſatiſfaciunt, ſed peccant mortaliter, ſi illud voluntarie, & notabiliter mutilent, Hæc eſt communis ſententia, quam expreſſe docent Paludanus 4. diſt. 15. q. 5. art. 2. concluſ. 5. vbi ait *debet eſſe integra, vt nihil de ea furetur ſyncopando, omittendo nimis feſtinando; vnde tenetur redicere, quod notabiliter male dixit* S. Antoninus loco citato ait, *ſecunda negligentia eſt, quando dicuntur horæ ſyncopando, dimittendo ſcilicet vel verba, uel verſus, uel ſyllabas*, deinde ſubdit argumentum, ſupra allatum, & addit exemplum cuiuſdam S. Patris, qui vidit Diabolum in choro cum Monachi recitarent officium multa mittentē in ſacco, quem ſecum ferebat, & interrogans, quid mitteret? reſpondit verba, & ſyllabas, quas illi omittebant in futuro iudicio ea repræſentaturus, idem docet 3. parte tit. 13. cap. 14. §. 5. fin. Angelus verbo hora num. 18. Sylueſter ibi q. 12. dicto 4. Nauarr. cap. 10. de oratione num. 9. corollario 6. ait *non ſatisfacere præcepto recitandi horas eos; qui dum cantant, aut recitant omittunt tantam partem uerſuum pſalmorū, uel deglutiēdo, corrumpendo, & ſyncopando uerba, ſyllabas, uel litteras, ita quod ea ita omiſſis, & corruptis fieret notabilis pars horæ*, & in manuali cap. 25. num. 98. & 99. idem docet, Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 13. num. 6. verſ. prima attentio, P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 13. num. 10. P. Comitulus lib. 1. reſponſorum moralium q. 67. P. Leſſius lib. 2. de

iuſtitia

Digitized by Google

iuſtitia cap.37.dubitatione 10.num.56. P.Sanchez tom.2.cõſiliorum moralium lib.7.cap.2.dubio 17.concluſ.1. P. Filliucius tom.2.tractatu 23.cap.6 quæſtion.9.num.208.

Dico ſecundo prædictum peccatum grauius eſſe,cum a toto choro committitur,quam,cum ab vno,vel altero tantum; ratio eſt,quia cum priori modo committitur, omnes,vel fere omnes in choro canentes ad illud concurrunt, ac proinde publicum,& ſcandoloſum crimen committunt. Secũdo quia talis mutilatio eſt inreparabilis,quia non poteſt publicè in choro conuenienter repeti, quod ſemel male pronunciatum eſt:cum vero prædictum vitium poſteriori modo committitur,quia aliquis canendo cum alijs priuatim ex negligentia id facit,ordinarie excuſari poteſt à culpa mortali, ſi totum chorum non perturbat,vel occaſionem præbet introducendi prauam cõſuetudinem in choro, ratio eſt,quia hoc eſſet graue ſcandalum,& poſſet multam culpam augere,ſecundo prędictus defectus poteſt facile a priuata perſona ſupp eri,ſi iterum recitet illos pſalmos,in quibus verba, vel ſyllabas mutilauit. Quare,cum priori modo peccatur, ille magis peccat, qui choro præeſt,cantumque moderatur, & ſuo gradu omnes,qni cooperantur, vel non abſiſtunt, conuenienti modo canendo,ſi poſſunt, ſi vero non poſſunt, excuſantur à priuata culpa, hæc concluſio infertur ex præcedenti, & ideo in ea conueniũt omnes Doctores pro ea citati ,præſertim P.Filliucius loco citato num. 209.

4 Dico tertio prædictum defectum ordinariè peccatum eſſe veniale, ſi voluntarie committatur, ratio eſt,quia ordinariè talis mutilatio non eſt cõtinua in aliqua notabili officij parte,ſed in vno,vel alio verbo, & per conſequens eſt leuis materia,ac proinde venialis culpa,in priuato vero officio raro erit mortalis,niſi ſit enormis exceſſus:ſi vero non fiat voluntatie,ſed ex linguæ præcipitantia,balbutie, inolita conſuetudine,quæ non poſſit facile corrigi,inaduertentia, vel ex aliqua iuſta cauſa, vt ſi ex neceſſaria feſtinatione, nullum erit peccatum; Idem dicendum eſt de eo, qui ſyllabas abſorbet, tantum peccare venialiter, quia manet integra verborum ſubſtantia, ita vt intelligi poſſit;ſi vero inuoluntarie id facit, nullum committere peccatum; hæc etiam concluſio deducitur ex prima: & in ea conueniunt omnes Doctores pro ea citati, qui dicunt peccatum eſſe mortale,quando nimia eſt

S muti-

mutilatio,ergo quando parua,eſt veniale, & quando inuolũtaria,nullum eſt peccatum.expreſſe Cardinalis Tolrtus,& P. Comitulus locis citatis, P. Ioannes Azorius parte 1. lib.10. cap.7.q.11.P.Reginaldus lib.18.cap. 12. ſect.3.num.160.P. Suarius,P.Leſſius locis citatis,P. Filliucius tom. 2. tract.23. cap.6.num.209.Bonacina tom.1. tract. de officio diſp.1.q.3. puncto 2.num.4.

1 Quæres, an in modo pronunciandi diuinum officium poſſint alij defectus committi?Reſpondeo affirmatiue,nam plures alij à Doctoribus referuntur; primus eſt, quando aliqui canentes in choro, non ſeruant debitum accentum aliquarũ dictionum,præſertim cum id faciunt, contra communem vſum eruditorum,Ratio eſt, quia prædicti perturbant chorũ, & diſtrahunt ab attentione doctos,qui cum ipſis recitant,vel audiunt,& tanto grauius erit peccatum, quo plures, & magis perturbant, & quamuis error accentus per ſe paruus ſit, per accidens tamen,ob perturbationem, & diſtractionem, quam parit in choro, poteſt eſſe magnus:quare licet excuſetur à culpa mortali, non tamen poterit à veniali excuſari, præſertim,ſi admoniti, & docti ab eruditis pertinaciter vellent prauum ſeruare acceutum, nam ſi id facerent ex contẽptu,eſſet peccatum mortale,ſi vero id facerent, vt vſui chori, & auditorij ſe conforment excuſarentur à peccato, etiam veniali. Ita expreſſe docet Nauarr.cap.16.de oratione num. 9. & ſequentibus præſertim num. 14. Secundus defectus eſt, quando aliqui corrupte dictiones pronunciant,vt cum dicũt Kyrieleiſon pro Kyrie eleiſon efficientes vnam dictionem ex duabus,hi enim ſi admoniti non ſe corrigant, ſaltem venialiter peccant,quia auferunt ſyllabam, & doctos perturbant,ita Nauarr. loco citato num 15.& 16. Tertius defectus, cum male punctis diſtingunt,& pauſant clauſulas,vt ſi pſalmi 99.primum verſum, ſic pronunciarent: Iubilate Deo,omnis terra ſeruire, Domino in lætitia.ratio eſt, quia eo modo mutatur ſignificatio, & adimitur verus ſenſus, ita vt vix docti poſſint verbornm ſenſum percipere, & chorus perturbatur, ita Nauarr.loco citato corollario 7.num.17. & ſequentibus, vbi dicit,eos peccare, quod ſaltem de veniali intelligi poteſt, à quo vix puto,eos excuſari poſſe, etiam ſi ex ignorantia id facerent,cum quamuis linguam latinam non intelligant, debẽt tamẽ clauſulas diſtinguere,vt eas vidẽt punctis diſtinctas.

6 Quæ-

Digitized by

6 Quæres quid nomine tranſcurſionis intelligatur, cum in dicto cap. dolentes, & Clementina prima de celebratione Miſſarum prohibetur, ne officium diuinum tranſcurrēdo recitetur. Reſpondeo ibi reprehendi illos, qui in diuino officio recitando nimia celeritate pſalmorum verſus, & dictiones percurrunt, in quo duobus modis peccare poſſunt, primo, quando licet nihil omittant, vel corrumpant, tamen ita velociter recitant, vt vnus chorus non expectet finem verſuum alterius chori, & prius incipiat ſuum verſum, quam audiat vltimum verbum, & ſyllabam alterius chori, & hic defectus eſt grauis, & prohibitus in prædictis decretis, nomine tranſcurſionis: ratio eſt, quia impedit audientes, ne poſſint verba, & eorum ſenſum percipere, impedit, etiam attentionem canentium, & audientium, ita docet S. Antoninus 2. parte tit. 9. cap. 12. §. 3. ver. prima negligentia. fin. vbi ait, *Cum dicitur curſim, & confuſe, vt unus non expectet alium in finiendo verſum, ita uelociter, quod ipſe, uel alius audiens non poteſt percipere ſenſum uerborum*. Nauarr. cap. 16. de oratione num. 25. vbi ait. *grauiter peccare eos, qui recitando, uel canendo anticipant uerſum, negligentes audire ultimam ſyllabam uerſus, quem eius ſocius, uel alius chorus canit*, & in Manuali cap. 25. num. 98. vbi docet mortaliter peccare eos, qui *ſuos uerſus incipiunt, antequam ij, quibus cum recitant, ſuos abſoluant, quod eſt graue peccatum, & omnium, quæ in horis recitandis, & canendis admitti uidi frequentiſſimum*, Cardinalis Toletus in ſumma lib. 2. cap. 13. num. 6. ver. prima attentio, dicit, prædictos non implere præceptum: eamdem ſententiam ſequuntur P. Regina ldus in praxi lib. 18. cap. 11. ſect. 3. num. 146. fin. Iacobus à Graffijs parte 1. deciſionum lib. 2. cap. 52. num. 3. P. Thomas Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7 cap. 7. dubio 17. num. 1. & 2. P. Fillucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. num. 210.

7 Secundo peccant, quando ob nimiam velocitatem non faciunt pauſam in medio, vel fine verſuum pſalmorum, aliquādo hæc celeritas licet non ſit nimia abſolute, poteſt tamen eſſe nimia reſpectiue, nam in ſolemnioribus feſtis maior pauſa in canendo adhibenda eſt, quam in ferijs, & feſtis minus ſolemnibus, ita præcipit Concilium Baſilienſe ſeſſ. 21. tit. quomodo diuinum officium ſit recitandum, §. 1. dicens. *Diuinæ laudes per ſingulas horas, non curſim, ac feſtinanter, ſed tractim,*

& tum pauſa decenti, præſertim in medio cuiuslibet uerſiculi pſalmi, debitam faciendo, inter ſolemne, & feriale officium differentiam, reuerenter perſoluantur, ex quo decreto Nauarr. cap. 16. de oratione nu. 26. corollario 13. infert, grauius peccare eos, qui non faciunt pauſam in fine verſuum, incipientes ſuum verſum, antequam audiant finem alterius, cum magis ſit neceſſarium punctum in fine totius periodi, quam in medio, & ſubdit. *Abuſus iſte eſt omnium eorum, quæ in horarum cantu, & recitatione admittūtur maximus, perículoſiſſimus, frequentiſſimus, & minime emendatus*, idem infert in cap. 17. num. 43. corollario 18. & Miſcellaneo 64. de oratione num. 143. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 13. num. 12. fin. agens de prædictis defectibus ait. *In his ergo omnibus facile venialiter peccatur, raro autem mortaliter, niſi vel contemptus, aut graue ſcandalum, aut notabilis deformatio uerborum in toto cantu fiat*, & in hoc ſenſu intelligo Nauarrum locis ſupra citatis, quia cum frequentiſſime, & in toto officio fit, non poteſt eſſe ſine ſcandalo, & contemptu ſaltem virtuali, & rare fieri poteſt, abſque notabili deformatione verborum, idem docet P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. q. 9. dicto 2. num. 210. fin.

DVBIVM OCTAVVM.

Quodnam peccatum ſit diuinum officium in choro mutilare, vel omittere?

1 Reſpondeo in hoc dubio duo ſupponenda eſſe, primum nomine mutilationis non intelligi illam, qua vltimæ ſyllabæ, aut verba verſuum conciſa proferuntur, de qua egimus dubio præcedenti, ſed intelligi illam, qua diuinum officium, abſque aliqua hora, lectione, vel pſalmo, aut alia notabili parte recitatur. Secundum eſt, nos hic loqui de eccleſijs, in quibus eſt obligatio ad diuinum officium in choro quotidie recitandum; quare in illis, in quibus tantum eſt obligatio ad vnam, vel alteram horam, puta veſperas, vel completorium, cum proportione poterit reſolutio applicari.

Dico igitur primo in omnibus eccleſijs Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, & aliis, in quibus ratione beneficiorū, aut reddituum eccleſiaſticorum eſt obligatio recitandi quotidie

tidie diuinum officium in choro ex iuſtitia, & in alijs eccleſijs Regularium,& Monialium,in quibus ex inſtitutione,conſtitutionibus, regulis, aut conſuetudine eſt obligatio illud eodem modo recitandi, omittere per integrum diem naturalem totum diuinum officium,tam nocturnum,quam diurnum peccatum eſſe mortale,ratio eſt, quia hæc transgreſſio eſt, contra rigoroſum præceptum in dicto cap. dolentes,& Clementina prima, de celebratione Miſſarum; nam in cap. dolentes dicitur,*diſtricte præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum pariter, & diurnum ſtudioſe celebrent pariter,& deuote*,quod transgrediuntur illi, qui officiũ nullo modo recitant,in Clementina vero expreſſe præcipitur *vt in Cathedralibus,Regularibus, & Collegiatis eccleſijs horis debitis deuotè pſallentur:in alijs uero conuenienter, & debite celebretur diuinum diurnum, & nocturnum officium*. Hanc vero grauiſſimam eſſe obligationem,oſtendunt ſequentia verba: *Si Dei, & Apoſtolicæ ſedis indignationem euitare uoluerint, ſollicitam curent diligentiam adhibere*,ſed omiſſio totius officij integri diei eſt materia ſatis grauis, ergo eſt peccatum mortale. Hæc eſt communis ſententia,quam docent Paludanus in 4.diſt.15.q.5.art.2.concluſ.5.Herriquus de Candauo quodlibeto 29.q.30.S.Antoninus 2.parte tit.9. cap.12.§. 3.ver.quinta negligentia,& 3.parte tit.13.cap.4.§. 5.Angelus verbo hora §·10.fin.Sylueſter ibi q.12.num:15. ver.quintum,Caietanus ibi §.2.Tabiena q.18.num. 19. Armilla num. 7.& 15 Nicolaus Ploue tract.de horis canonicis q.8. Nauar. cap.7.de oratione num.5.& 6.& cap.10.num.43. Petrus de Aragonia 2.2.q.83.art.12.dubio vltimo,concluſ.2.fin. Ludouicus Miranda tom. 1. Manualis Prælatorum Regularium q.37.art.15.initio, Cardinalis Bellarminus tom. 4. controuerſiarum lib. 1. de bonis operibus cap. 18. ver.integritas, Cardinalis Toletus lib.2.cap.13.num.1.P·Emanuel Sà verbo horæ num.14. P. Gregorius de Valentia tom.3.diſp.6.q.2. puncto 10.§ ad quid teneatur concluſione 1.P.Azortus par. 1,lib.10.cap.7.q.1.P.Suar.tom.2.de religione lib.4. de horis cap.13 num.1.dicto 1.P.Leſſius lib.2. de iuſtitia cap.37.dubitatione 9.dicto 2.num.52.P.Reginaldus lib.18.cap.11. ſec. 3.num.142.& cap.12.ſect.3.num. 156. documento 1. P.Sanchez tom.2.conſiliornm moralium lib.7.cap.2. dubio 11.nu. 2.concluſion. 1.

2 Quæ-

Digitized by Google

2 Quæres, an illi, qui ex ſola negligentia omittunt diuinum officium in choro peccent mortaliter? Reſpondeo aliquos Doctores timuiſſe id affirmare, ſed dixiſſe illos tantum peccare mortaliter, qui officium omittunt ex faſtidio diuini cultus, vel ex contemptu, aut ex conſuetudine. Ita Riccardus Anglicus in quodlibeto, quem refert, & probat Angelus ver. hora §. 10. vbi dicit, *quæ opinio, eſt humanior*, quamuis dicat, communem videri tutiorem, ſed communis, & vera ſententia docet, omiſſionem officij diuini ex ſola negligentia eſſe peccatum mortale, ita expreſſe docent omnes Doctores nu. præcedenti citati, quia talis tranſgreſſio eſt, contra præceptum eccleſiæ in dicto cap. dolentes de celebratione Miſſarum, & Clementina prima eodem titulo, & ideo primam ſententiam, tamquam improbabilem omnes reijciunt.

3 Quæres, an omiſſio vnius horæ in choro ſit peccatum mortale? Reſpondeo affirmatiue, ratio eſt, quia omiſſio cuiuſcunque horæ in recitatione priuata officij diuini eſt grauis trãſgreſſio, ac proinde mortalis, cum quælibet hora diuini officij ſit pars ipſius notabilis, ergo multo magis erit grauis, & mortalis tranſgreſſio, cuiuſcunque horæ omiſſio, in choro, vbi eſt obligatio totum officium publice recitandi; accedit, quod etiam ipſa materialis, & corporalis actio officium publice recitãdi eſt grauior, & laborioſior priuata recitatione, & eius omiſſio, reſpectu Dei eſt priuatio grauioris cultus, & eccleſiæ grauius affert detrimentum. Denique omiſſio recitationis publicæ cuiuſcunque horæ ſemper eſt grauior materia peccati, propter ſcandalum. Hæc eſt communis ſententia, quam implicitè docent omnes Doctores, ſupra num. 1. citati, & ſequitur euidenter ex illo primo dicto, nã, qui omittit recitare in choro vnam horam, non perſoluit totum officium, & per conſequens tranſgreditur præceptum eccleſiæ contentum in prædictis iuribus in materia graui, ita expreſſe docet S. Antoninus 3. parte tit. 13. cap. 4. §. 5. Sylueſter verbo hora q. 12. num. 16 ver. ego autem, Tabiena ibi q. 18. num. 19. Nicolaus de Ploue tract. de horis canonicis q. 8. Sotus lib. 10. de iuſtitia q. 5. art. 6. concluſ. 4. Nauarr cap. 7. de oratione num. 5. & 6. & cap. 16. num. 62. Cardinalis Bellarminus tom. 4 controuerſiarum lib. 1. de bonis operibus cap. 18. ver. integritas in primis, Cardiualis Toletus lib. 2. cap. 13. num. 1. P. Azorius parte 1. lib. 10. cap. 7. q. 2. P. Suar. tom. 2. de religione lib.

Digitized by Google

ne lib.4.de horis canonicis cap.13.dicto 2.num.2. & cap. 25. num. 15.P.Leſſius libr.2. de iuſtitia cap. 37. dubitatione 9. numero 52.

4 Quæres,an ſit pecnatum mortale omittere partem notabilem alicuius horæ,dum in choro cantatur? Reſpondeo affirmatiuè,ratio eſt,tum quia talis omiſſio raro contingere poterit,abſque aliorum ſcandalo,& contemptu,ſaltem virtuali, tum etiam,quia ſi omiſſio partis notabilis, reſpectu priuatæ recitationis eſt grauis, & mortalis tranſgreſſio præcepti eccleſiaſtici,ergo grauior erit reſpectu publicæ recitationis in choro,propter rationes,ſupra num.præcedenti allatas. Quare ſi pars,quæ omittitur non ſit notabilis,ſed parua, puta antiphona,vel vnus verſus pſalmi,ſolum erit peccatum veniale ex leuitate materiæ, nam hoc eſt cõmune omnibus peccatis, quæ ex quantitate materiæ augentur,& minuuntur. Hæc eſt communis ſententia, ita docet Paludanu s in quarta diſtinctione 15. quæſtione 5. articulo 2. concluſione 5. quem ſequuntur S.Antoninus 3.parte tit.13.cap.4.§.5.fin.Angelus verbo hora num.18.fin. Syluester ibi q. 12. dicto 3. Nauarr. cap.5.de oratione num.42.cap.7.num.5.cap.10. num.11.44. & 48.& in manuali cap.25.num 97.& 98. Petrus de Aragonia 2.2.q.83.art.12.dubio vltimo concluſione 2.fin. P. Emanuel Sà verbo horæ art.14.P.Azorius parte 1. lib. 10.cap.7. q.3.P.Suarius tom.2. de religione lib.4. de horis canonicis cap.13.num.2,fin.& cap.25.num.14.P.Reginaldus lib.18.ca. 11.ſect.3.num.142.fin.& cap.12. ſect.3.num.156.

5 Quæres quænam pars horæ, vel officij diuini iudicanda ſit notabilis,ita vt eius omiſſio ad peccatum mortale ſufficiat? Reſpondeo circa hoc dubium tres eſſe præcipuas Doctorũ ſententias. Prima affirmat tertiam partem cuiuſcunque horæ,etiam minimæ,vt Tertiæ, Sextæ eſſe notabilem, quare voluntariè, vel ex culpabili negligentia omittere duos pſalmos vnius horæ,aut principium horæ, cum toto primo pſalmo eſſe peccatum mortale (cum ſit omiſſio tertiæ partis, ac proinde partis notabilis, omiſſionem vnius pſalmi eſſe tantum peccatum veniale,ratio eſt,quia quælibet hora eſt materia ſufficiens præcepti eccleſiaſtici, ſi ſola præciperetur, ſub peccato mortali,ſed nunc ſingulæ horæ, ita præcipiuntur,ac ſi vna quæque per ſe ſola præciperetur,ergo non ſolum omiſſio vniuſcuiuſque horæ eſt peccatum mortale, vt ſupra num.

3.cum

3.cum communi ſententia determinatum eſt,ſed etiam omiſſio tertiæ partis cuiuſcunque horæ, cum ſit notabilis. Hanc ſententiam docuit Paludanus in 4.diſt.15.q.5.art.2. concluſ. 5.quem ſequitur S.Antoninus 3.parte tit.13. cap.4. §.5.fin. vbi ait *tenetur redicere,qui notabiliter male dixit, quod videtur intelligendũ,cum notabiliter omittit de aliqua hora, ſi vult euadere mortale,ſed etiam modicum dimittendo,ſecundum Petrum, ſiue pſalmum,ſiue uerſum,ſiue dictionem, alias peccat ſaltem uenialiter*.Angelus verbo hora num.18.eodem modo loquitur, Syluester verbo hora q.12.num.15.dicto 4.Tabiena num. 18. prope finem, eamdem ſententiam expreſſe docuit Nauarr. cap.10.de oratione q.4.dicto 3.num.44. vbi ait *non poteſt negari,quod omiſſio principiorum Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nouæ, uſque ad primum pſalmum fere finitum, ſit omiſſio partium notabilium cum ſit circiter tertiæ partis prædictarum horarum, computatis Pater noſter, Aue Maria, Deus in adiutorium,& hymno cum parte primi pſalmi,& conſequenter,niſi ſuppleatur inducet culpam mortalem*,immo ſignificat aliquid minus poſſe ad eam ſufficere in manuali cap. 25.num.98. vbi ait,*dixi partem notabilem,quia omittere paruam, puta unam dictionem, aut partem uerſus etiam ſine uoluntate repetendi non eſt pluſquam veniale,modo ne ob contemptum,aut cum notabili ſcandalo omittatur*. Hanc ſententiam ſequitur P. Azorius parte 1. lib.10.cap.7.q 3.vbi addit *Licet tertia pars in quolibet toto ſit notabilis,negari tamen non poteſt, etiam partem minorem tertia eſſe notabilem,quando totum aliquod eſt magnum*, Quod probat exemplo,quia reſpectu diei feſti non ſolum eſt peccatum mortale facere opus ſeruile ſpatio octo horarum, quod eſt tertia pars viginti quatuor horarum,ſed etiam ſpatio quinque,aut quatuor horarum. Ex hac ſententia ſequitur in matutino nouem lectionum,quod eſt maxima hora, non ſolum eſſe peccatum mortale omittere vnum nocturnum, quod eſt tertia pars,ſed etiam ſolos tres pſalmos, aut tres lectiones, quod eſt ſexta pars;eamdem ſententiam ſequitur P. Sanchez lib.1.in præcepta cap.4.num.18.Sqillas parte 1.de obligatione clericorum dubio 33. num. 69. Moneta tract.de diſtributionibus quotid.p.2.q.3.num.32.

6 Secunda ſententia docet durum videri tertiam partem cuiuſcunque minimæ horæ eſſe notabilem,ac proinde ſufficientem,vt eius omiſſio ſit peccatum mortale, fundamentum huius

huius ſententiæ eſt, quia licet quælibet hora ſit materia grauis,& ſufficiens,vt ſub peccato mortali præcipiatur, non tamen inde ſequitur,tertiam eius partem talem eſſe,alioquin etiam tertia pars vnius pſalmi talis dicenda eſſet, quod nullus dixit,hanc ſententiam docet P.Leſſius lib.2. de iuſtitia cap.37.dubitatione 9.dicto 2.num.52. P. Suarius tom.2.de Religione lib.4.de horis canonicis cap. 25. num.16.vbi ait *Saltem uidetur neceſſarium,ut nulla hora integra dimittatur, neque pars alicuius horæ,quæ æquiualeat minimæ horæ, vel dimidiæ parti eius,ſi autem hanc non attingat, non videtur eſſe peccatum mortale*. Eum ſequitur P. Regin. in praxi lib.18.cap. 11.ſect.3.num.145.fin. Naldus in ſumma verbo officium nu. 10.ad hanc ſententiam ſpectant alij Doctores, qui dicunt,dimidiam partem in horis breuioribus,vt Prima,Tertia,Sexta, Nona,Completorio, eſſe notabilem, ita docent Fernandez in ſuo examine theologico parte 3.cap.13.§.7.num.3.Bellochius in praxi de caſibus reſeruatis parte 2. q.15. num.46. Vegha tom.1.ſummæ cap.128.caſu 15. Petrus de Ledeſma tom.2.ſummæ tractat.9.cap. 10. concluſ.14. Gauantus in Comentario ad rubricas Miſſalis tom.2. ſect.1. cap.5.tit.1. num 4.Raucius in tractatu de officio canonicorum in choro q.13.nu.4.ait,in horis maioribus, vt Matutino, Laudibus,& Veſperis,notabilem partem eſſe quartam partem cuiuſcunque horæ,& non minorem,Diana parte 2.tract. 12. de horis canonicis reſolutione 41. dimidiam partem horæ eſſe notabilem,docent etiam P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.4.n.5 P.Filliucius tom. 2.tractat.23. capit.7.quæſtion.10.dicto 2. num.246.

7 Tertia ſententia docet,grauitatem huius materiæ non penſandam eſſe ex quantitate alicuius partis, nimirum ex eo, quod ſit tertia,vel quarta pars alicuius horæ, ſed ex quantitate abſoluta eius partis,quæ omittitur, conſiderata etiam dignitate eius,& deformitate, quam per ſe affert officio diuino ſecundum prudentem æſtimationem;nam in matutino nouem lectionum,omiſſio vnius nocturni, eſt minor tertia parte ipſius,& tamen eſt materia magis grauis,& ſufficiens ad peccandum mortaliter,quam ſit omiſſio ſextæ, vel nonæ, ratio eſt,quia eſt maior pars officij totius diei,quam ſit ſexta, vel nona:hanc ſententiam ſequitur,Petrus de Aragonia 2.2. quæſt 83.art.12.dubio vltimo concl.2.fin.vbi ait. *Quæ autem*

cenſeatur magna pars officii , arbitrio prudeutis viri relinquitur determinanda . Eam expreſſe docet P.Suarius tom. 2.de religione lib.4.de horis cap.25.num.16.quem ſequitur P.Regin. lib.18.cap.11.ſect.3.num.145.fin.

8 Reſpondeo igitur ad hoc dubium,cum diſtinctione, diuerſo modo ſumendam eſſe grauitatem partium diuini officij, reſpectu priuatæ recitationis , & publicæ,quæ fit in choro,nã reſpectu priuatæ recitationis,licet probabilius , & tutius ſit, affirmare tertiam partem cuiuſcunque horæ eſſe notabilem, ac proinde eius omiſſionem eſſe peccatum mortale , vt docet prima ſententia, tum quia tertia pars horæ,etiam minimæ,non ſolum,reſpectu horæ, ſed etiam per ſe abſolutè ſumpta,eſt materia grauis, & ſufficiens , vt ſub peccato mortali præcipiatur,tum etiam,quia ita docet communis ſententia, nam Paludanus,S.Antoninus,Angelus, Sylueſt & Tabiena, locis citatis , dum dicunt partem modicam eſſe pſalmum, , verſum,& dictionem,ſignificant,ſi quid omittatur pluſquam pſalmum,partem eſſe notabilem,puta principium horæ,cum hymno,& pſalmo,vt expreſſe docet Nauarr.& P.Azorius:Secunda tamen ſententia non caret probabilitate, præſertim, ſi dicamus,cum P.Suario, omiſſionem , cuiuſcunque partis officij,quæ æquiualet minimæ horæ, aut dimidiæ parti eius, eſſe notabilem,nam ſi omittatur vnus pſalmus longiſſimus, puta 77.qui incipit,Attendite popule meus, omiſſio erit partis notabilis,ſecundum ſe , nam æquiualet omiſſioni totius horæ,cum prædictus pſalmus maior ſit Tertia, Sexta, Nona, & Completorio.Quare probabile mihi videtur,quod dicit P. Suarius in prædicto capite 25. num. 16. *Se non audere dicere, illum,qui omitteret fere dimidiã partem Completorij, peccare mortaliter,quia re vera,reſpectu totius officij dici illa non uidetur notabilis pars,nec in ſe, et abſolute uidetur tam grauis materia .*

9 Sed reſpectu publicæ recitationis in choro,puto, veriſſimã eſſe tertiam ſententiam, nimirum grauitatem partis omiſſæ, non eſſe ponderandam ex quantitate proportionali , ſeu reſpectiua,ſcilicet,quod ſit tertia,vel quarta pars alicuius horæ ſed ex quantitate,& dignitate ſua abſoluta , ex qua ſemper magis pendet grauitas culpæ;ſicut in Miſſa grauius eſt omittere verbum vnum in Canone , quam orationem integram, extra illum . Quare in mutilatione alicuius horæ,quæ fit in publi-

Digitized by Google

publica chori recitatione, primo conſideranda eſt deformitas, quæ inde naſcitur, vt ſi inchoetur Matutinum, abſque inuitatorio, vel aliqua hora, ſine illo initio. *Deus in adiutorium meum intende*, maior oriretur deformitas, & admiratio publica. quam ſi tres. aut quatuor verſus pſalmi, vel totus pſalmus in medio Matutini tranſiliatur, eadem ratione grauior erit defectus omittere *Magnificat* in Veſperis, quam alium pſalmum: ſecundo conſideranda eſt etiam abſoluta quantitas, quæ omittitur, nam licet omiſſio vnius pſalmi in priuata recitatione non ſit notabilis, vt dictum eſt numero præcedē. ti; in publica tamen eſt valde notabilis, & ſufficiens ad peccatum mortale, ſi voluntarie fiat, nam quando prædicti defectus, ex inaduertentia contingunt, non facile iudicandi ſunt peccata mortalia, niſi ex nimia negligentia, craſſa, & ſupina naſcantur. Quare ſi non abſolueretur hora publice in choro cæpta cantari, omnes, qui eſſent cauſa talis omiſſionis, peccarent mortaliter, propter deformitatem, & ſcandalum, vt expreſſe docet Nauarr. cap. 16. de oratione num. 62.

10 Quæres, an ſit peccatum mortale in publica chori recitatione omittere pſalmum, vel aliam horæ partem, ſi omiſſio non fiat à toto choro, ſed ab vno, vel altero tantum, qui tenetur, cum alijs in choro canere; quia vel tarde venit, vel diſcedit, prius, quam hora finiatur, vel egreditur, & ingreditur, dum canitur, & ſic partem aliquam omittit? Reſpondeo, hoc duobus modis fieri poſſe, primo, cum intentione ſupplendi partem omiſſam poſtea per recitationem priuatam: ſecundo ſine animo ſupplendi illam; ſi primo modo fiat, tunc, ſecluſo contemptu, aut ſcandalo, vel graui damno chori, non poteſt aſſignari materia ſufficiens ad peccādum mortaliter: ratio eſt, quia tunc, non omittitur illa pars, quo ad ſubſtantiam, ſed tantum, quoad modum, qui per ſe non eſt grauis defectus, quia eccleſia, uel chorus non priuatur integritate officij, ſed ſolum cooperatione, quam poſſet, & deberet ille adhibere in publica chori recitatione partis omiſſæ: ſed hoc quādo ſunt alij, qui ſufficienter ſupplent, non eſt ſufficiens materia peccati mortalis, ſed ad ſummum erit tantum peccatum veniale, hæc eſt communis ſententia, quam expreſſe docet S. Antoninus 2. parte tit. 9. cap. 12. §. 3. ver. Quinta negligentia, vbi ſolum dicit, prædictos maleſacere. ſed expreſſe affirmant, non eſſe peccatum mortale, Angelus verbo horæ num. 26.

Syiueſt.ibi q.10.num.12.Tabiena q.28.num. 29 Caietan.§.5. Armilla num.21.Nauarr.cap.5.de oratione dicto 6. num. 14. vbi ait *peccatum mortale,ſolum locum habere in eo*, *qui ob contemptum , aut contra præceptum particulare Prælati hoc facere omittit,aut cum ob ſuam abſentiam diuinus cultus damnum notabile patitur*,& cap.10. corollario 7.num.11. ait. *Venientem ad chorum,ſine iuſta cauſa,cœpta iam hora,peccare venialiter*, & infra ait *peccat mortifere,ſi non ſupplet ea,quibus non interfuit, ſi partem notabilem conſtituebant*,& corollario 8. ait, *eum, qui egreditur chorum,antequam finiatur hora,ſine iuſta cauſa,venialiter peccare,immo,& mortifere,ſi ob id omitteret partem notabilem horæ,& poſtea non suppleret*,& quæſt.4.num. 43. ait,*omnes,& ſoli illi peccant mortaliter,omittendo recitare, canere,vel audire aliquam partem diuinorum officiorum , qui id agunt per contemptum,vel,cum notabili ſcandalo,aut omittunt partem notabilem per negligentiam,abſque propoſito ſupplendi, ut debent*, Idem dicit Graſſius parte prima deciſ.lib.2.cap.52. num.25. fin.P.Valentia tom.3.diſp.6.q.2.puncto 10.§. in quo loco. P. Azorius parte 1.lib.10.cap.7.q.11.fin.P.Suar.tom. 2. de religione lib.4.de horis cap.10.num.16.hoc affirmat de ſolis regularibus obligatis ad chorum P. Regin. lib. 18.cap.12.ſect. 7.num.177.

11 Si vero ſecundo modo fiat,ideſt,ſine animo partem omiſsã ſupplendi , etiam ſi poſtea pœnitentia ductus eam ſuppleat, tunc,qui partem notabilem,ſic omittit,peccat mortaliter,ratio eſt, quia ſi omiſſio talis partis in priuata recitatione eſt materia grauis,ergo multo magis erit in publica chori recitatione,nam præter omiſſionem recitationis partis notabilis ſufficiens ad peccatum mortale , omittit etiam cantum,ad quem peculiariter tenetur , & quamuis ſupplementum,quod poſtea facit, excuſet eum à peccato mortali , quod de nouo committeret,ſi potens partem omiſſam ſupplere,non ſuppleret,non tamen eum excuſat à peccato iam commiſſo,quando per culpabilem negligentiam, partem notabilem omiſit,ſine propoſito ſupplendi . In hoc conueniunt omnes Doctores ſupra numero præcedẽti citati , qui ſemper ſupponunt,quod pars omiſſa notabilis in priuata recitatione ſuppleatur,expreſſe Nauarr.locis citatis,præſertim cap.7.de oratione num. 9.& cap.10.q.6.num.48.

12 Dices,quamuis prædicta concluſio vera ſit , reſpectu Regularium,

larium,& Monialium, quæ ſolum tenentur ad cantandum in choro ex vi Regulæ, quæ ordinariè non ſolet obligare ſub reatu culpæ,ſed tantum pœnæ, non tamen videtur vera, reſpectu clericorum,qui ad cantandum in choro diuinum officium tenentur,ſub reatu culpæ grauis ex ſuo genere, & ideo, niſi ex leuitate materiæ,aut ex graui cauſa excuſentur, mortaliter peccant,ſuum debitum non ſoluendo: ratio eſt,quia ad id tenentur ex lege iuſtitiæ, ratione beneficij, & ſtipendij, quod propter hoc officinm ab eccleſia accipiunt, ſed lex iuſtitiæ ex genere ſuo obligat, ſub reatu culpæ mortalis,ergo. Confirmatur ex graui pœna, quæ propter talem tranſgreſſionem infligitur, nam in Concilio IV. Carthaginenſe cap. 49.& refertur cap.clericus diſt.91. ſic ſtatuitur. *Clericus,qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate uigilijs deeſt, ſtipendio priuatus excommunicetur*, ſed excommunicatio eſt pœna grauis, quæ non infligitur,niſi ob peccatum mortale, & in Concilio Martini Papæ,& refertur cap.ſi quis presbyter diſt. 92.ſic ſtatuitur. *Si quis presbyter,aut diaconus, vel quilibet clericus eccleſiæ deputatus,ſi ad quotidianum pſallendi officium Matutinis, uel Veſpertinis horis ad Eccleſiam non conuenerit, deponatur à Clero*. Depoſitio autem eſt grauis pœna, non imponenda, niſi,ob graue peccatum mortale,& ideo hanc ſententiam ſequuti ſunt Turrecremata ibi q. 2. Innocentius, & Hoſtienſis in cap.1.de celebratione Miſſarum, quos refert, & ſequitur Sylueſt.verbo,hora q.2.num.3.dicto 4. eos ſequitur P.Suar. tom.2.de religione lib.4 de horis canonicis cap. 10.num.17. & cap.13.num.5.& 6.vbi addit,hanc rationem, quia ille defectus concurrendi cum choro, vel ad chorum, numquam ſuppletur,vel ſuppleri poteſt per priuatam recitationem. His tamen non obſtantibus.

13 Reſpondeo,probabilius eſſe,etiam beneficiarios non peccare mortaliter,ſi ſemel,aut bis diuinum officium, aut partem eius notabilem ex negligentia omiſerint,cum propoſito ſupplendi partem omiſſam per priuatam recitationem, nam omnes fere Doctores ſupra num.10.citati dicunt, prædicta iura ſolum locum habere,in eo,qui duceret in conſuetudinē, non ire ad chorum,vel propter eius abſentiam eccleſia in celebratione officij magnam pateretur iacturam; ita expreſſe Angelus verbo hora num.26.Sylueſt.ibi q.10.num. 12. Caietanus §.5.vbi addit, etiam ſi ex contemptu; cum ſequuntur

Tabie-

Tabiena ibi q.28.num.29.fin.Armilla num. 21. Sotus lib.10. de iuſtitia q.5.num.4.concluſ.3.ait, id quod dixit Innocentius,& Hoſtienſis, *uſque adeo eſt rigidum, ut non ſit tenẽdum*. Nauarr.cap.5.de oratione dicto 6.num.14.affirmat, verum eſſe, iuxta limitationem Caietani, & hanc ſententiam ſequitur P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubitatione 9. num.52. ver.contrarium tamen.P.Valentia tom.3. diſp.6.q.2.puncto 10.§. in quo loco.P. Reginaldus libr. 18. capit.12.ſection.7. num.177.

14 Dices, in multis eccleſiis ſtatuto, vel conſuetudine receptũ eſt, vt qui chorum ingreditur ante finitum primum pſalmũ horæ, non perdat diſtributiones quotidianas; vnde Conciliũ Baſilienſe ſeſſ.21.§.quo tempore, quiſque debeat eſſe in choro, ſtatuit, non eſſe adimendas diſtributiones quotidiauas beneficiarijs ad matutinas euntibus, priuſquam finiatur pſalmus Venite *exultemus*,& ad alias horas, antequam finiatur primus pſalmus,& idem dicitur, fuiſſe etiam ſtatutũ in Concilio Aquiſgranenenſi, ſub Ludouico cap.131. ergo non ſolũ Regularis, ſed etiam beneficiarius chorum ingrediens, antequam abſoluatur primus pſalmus, ſine propoſito partem omiſſam repetendi non peccabit mortaliter. Hoc autem eſt, contra id, quod ſupra num.11.definitum eſt.

15 Pater Suarius tom.2.de Relig.lib.4. de horis canonicis cap. 13.num.7.putat, beneficierios in hoc caſu non peccare mortaliter, tum quia non eſt veriſimile, tam facile fuiſſe id permittendum, ſi æſtimaretur peccatum mortale, tum etiam, quia per ſe ſtatim apparet, non eſſe illam partem notabilem horæ,& num.8. docet, etiam ſi omittatur maior pars horæ, quàm ſit illa, quæ ſine mulcta omitti poteſt, non committi peccatum mortele, tum quia mulcta non eſt ſignum certum peccati mortalis, tum etiam, quia poſſet per modum pœnæ, etiam propter negligentiam venialem imponi,& addit etiam ſi omittatur, ſine propoſito ſupplendi illam per recitationem priuatam, rem eſſe incertam,& ſcrupuloſam; nam qui ingreditur ad matutinum, finito pſalmo, *Venite exultemus*, ſolet perdere diſtributiones, & tamen difficile creditu eſt, quod peccet mortaliter, qui in priuata recitatione matutini illam, vel æquiualentem partem omittit.

16 Contraria tamen ſententia videtur probabilior, & tutior, ac proinde ſequenda in praxi, tum quia ſupra num.8. cum

com-

Digitized by Google

communi ſententia diximus, probabilius eſſe principium horæ, vſque ad finem primi pſalmi partem eſſe notabilem horæ ac proinde eius omiſſionem, etiam in priuata recitatione ſufficientem eſſe ad peccatum mortale, cum ſit tertiæ pars horæ, tum etiam, quia licet prædicta pars horæ non ſit ſufficiens ad perdendum diſtributiones quotidianas, eſt tamen ſufficiens ad peccandum, quia cum diſtributiones ſint veluti proxima ſtipendia ſeruitij, & præſentiæ chori, eſt in poteſtate deſignantis ſtipendia, ſub hac, vel illa cõditione, non iniqua, nulla habita ratione peccati mortalis, vel venialis, illa deſignare: Quare illud ſtatutum Concilij Baſilienſis, & conſuetudo eccleſiarum non fundatur neceſſario in culpa mortali, ſed in prudenti gubernatione chori, quia multi homines magis mouentur timore pœnæ, quam culpæ. Quare ad rationẽ P. Suarij facile reſpondetur; non fuiſſe id permiſſum, ſed ſolũ non fuiſſe pœnam impoſitam, pro tali culpa, quæ cum propoſito ſupplendi excuſatur à peccato mortali, & cum cauſa iuſta, etiam à veniali, & quamuis in matutino pſalmus *Venite exultemus*, non ſit pars notabilis, potuit tamen iuſtè eius omiſſio hac pœna mulctari, hoc autem confirmatur ex antiquo Monachorum ſtatuto, quo prohibebantur oratorium ingredi, qui finito primo pſalmo accedebant: ſic enim refert Ioanes Caſſianus lib. 3. de inſtitutis Cœnobiorum cap. 7. vbi ait. *Is vero, qui* Tertia, *ſexta, uel nona, priuſquam pſalmus cæptus finiatur ad orationem non accurrerit, vlterius Oratorium introire non audet, nec ſemetipſum admiſcere pſallentibus, ſed Congregationis miſſam, ſtans pro foribus præſtolatur*, & infra, *In nocturnis uero conuenticulis, uſque ad ſecundum pſalmum præbetur tardanti dilatio*. Hanc ſententiam expreſſe docet Nauarr. c. 10. de oratione corollario 7. num. 11. & q. 4. dicto 3. num. 44. eamdem videtur ſequi P. Azorius parte 1. libr. 10. capit. 7. quæſt. 11. fin.

17 Quæres, an ſi quis ſemper omitteret prædictas partes horarum, quas ſine mulcta poteſt omittere, peccet mortaliter? Reſpondeo, ſi prædictus bona fide procederet, & animo integre choro ſeruiendi, quamuis ex negligentia ſæpe, ac ſæpius prædictas partes omitteret, & poſtea priuatim illas ſuppleret, eũ non peccare mortaliter, ſed ſolum venialiter, ſi præſertim nõ magnam iacturam ex ipſius abſentia chorus pateretur: Ratio eſt quia tunc illæ omiſſiones partium horarum non coniun-

guntur

guntur, itaut faciant vnum obiectum grauiſſimum; ſed ſolũ ſunt multiplicata peccata venialia, ſi vero prædictus haberet formale, vel virtuale propoſitum, ſemper omittendi in ſingulis horis prædictas partes, etiam cum animo eas repetendi in priuata recitatione, & de facto ſemper eas ſuppleret, non eſſet tutus in conſcientia, tum quia omnes illæ omiſſiones ſimul ſumptæ conſtituunt obiectum grauiſſimum, & ſeruitiũ choro debitum eſt quaſi quodam totum, à quo illæ magnam partem eo modo ſubtrahit, tum etiam, quia ille affectus oſtẽdit quemdam ſeruilem animum inſeruiendi choro, ſolum timore pœnæ, & affectu lucri, quandoquidem quoties, ſine iactura lucri poteſt omitti ex deliberato animo, illud omittit Denique prædictus videtur ex conſuetudine id facere, quod Doctores ſignificant, cum dicunt mortaliter peccare illum, qui ducit in conſuetudinem non ire ad chorum, ita Angelus verbo hora. num. 26. Syluest. ibi q. 10. num. 12. expreſſe hoc docet P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis c. 13. num. 7. fin.

18 Quæres, cuinam imputandum ſit peccatum, cum in choro aliqua hora omittitur, aut mutilatur? Reſpondeo præcipuè imputari illi, qui eccleſiæ curam habet, nam ex officio tenetur curare, vt quotidie in choro diuinum officium perſoluatur, ita ſtatuit Concilium Agathenſe, & refertur cap. 1. de celebratione Miſſarum; eadem ratione peccant Prælati Eccleſiarum, & ſuperiores Religionum, & Monaſteriorum: ratio eſt, quia obligatio recitandi diuinum officium in choro, primo cadit in Prælatos, & ideo Clemens V. in Concilio Viennenſi, & refertur in Clementina 1. eodem titulo, præcipit, vt illi ad quos pertinet, & in eorum defectum, vel negligentiam, ſi exempti non ſint, locorum ordinarij, ſi verò exẽpti fuerint, ſuperiores ipſorum, ſollicitam curent diligentiam adhibere, vt in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis eccleſijs deuote pſallatur, & conuenienter, ac debitè celebretur diuinum diurnum, & nocturnum officium. Quare cum ipſis peccant, etiam omnes alij, qui tali omiſſioni, vel mutilationi cauſam dederunt, vel aliquo modo ad illam concurrerunt; illi vero, per quos non ſtetit, quia ſoli non poſſunt officium in choro canere, dummodo priuatim illud recitent, non peccant, ita Sotus lib. 10. de iuſtitia q. 5. art. 3. ante ſolutionem argumentorum, Nauarr. cap. 16. de oratione corollario 33. num. 79.

Digitized by Google

num.79.P.Suar.tom.2. de Religione lib.4. de horis canonicis cap.13.num.1.

DVBIVM NONVM.

An Canentes in choro ſuæ obligationi ſatisfaciant, ſi uerſum ad alium chorum pertinentem ipſi non canant, ſed tantum attente audiant?

1 Reſpondeo, circa hoc dubium, duas fuiſſe ſententias; Prima illorum, qui dixerunt, canentes in choro obligationi, qua ad illud tenentur, non ſatisfacere, niſi recitent, etiam verſum, qui canitur ab altera parte chori, ratio ipſorum eſt quia vnuſquiſque tenetur totum officium perſoluere, ſed, qui in choro vnum verſum canit, & alium audit, non recitat integrum officium, ſed dimidium. ergo non ſatisfacit, hanc ſententiam docuerunt quidam, quos ſine nomine refert Petrus de Aragonia 2.2.q.83.art.12.dub.vltimo concl.2.vbi eã, tamquam aperte falſam reijcit.

2 Secuuda ſententia communis, & vera docet, publicè in choro canentes ſuo muneri, & obligationi ſatisfacere vnum verſum pſalmorum ad ſuum chorum pertinentem pſallendo, alium vero alterius chori attente audiendo; ratio eſt, quia hoc eſt vniuerſali, & antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine in toto orbe receptum; ſed in rebus dubijs omnium certiſſimus interpres eſt conſuetudo cap. cum dilectus de conſuetudine, quod, ſicut in alijs rebus verum eſt, ita, & in eccleſiaſticis, cap. eccleſiaſticarum diſt.11.vbi dicitur. *Eccleſiaſticarum inſtitutionum quaſdam conſuetudine roboratas approbauit uſus*. Præterea eadem eccleſia, quæ præceptum publicè in choro diuinum recitandi officium clericis, & religioſis impoſuit, non ſolùm per prædictam vniuerſalem, & antiquiſſimam conſuetudinem declarauit, illud hoc modo eſſe intelligendum, ſed etiam directè in ipſa chori inſtitutione, ita recitandum eſſe conſtituit: nam ad illud, ita temperandum potuit multis rationibus adduci; primo quia varietas oblectat audientes, & maiorem excitat deuotionem; ſecundo, quia labor, & defatigatio canendi hoc modo ſuauior redditur, & facilius ſuſtinetur; tertio quia, dum vox paululm ceſſat, & os, & lingua quieſcit, mens expeditius contemplatur, & ſpiritus excitatur,

& ita facilius oratio vocalis,cum mentali coniungitur; quarto in illa mutua vocum alternatione inuicem excitantur ad laudandum Deum. Hanc ſententiam docuit Paludanus in 4.diſt.45.q.2.art.2.concluſ.2.S.Antoninus 2.parte tit.9. cap. 12.§.3.ver.ſecunda negligentia fin. Henriq. quodlibeto 29. q.30.quem refert,& ſequitur Nauarr. cap. 10. de oratione num.16.Petrus de Aragonia 2.2.q.83.art. 12. dubio vltimo concluſ.2.Maior.in 4.diſt.12.q.6.Sylueſt.verbo hora quæſt.7. Graffius lib.2.deciſ.cap.52.num.20.P.Emanuel Sà verbo hora num.9.P.Azorius parte 1.lib.10.cap.7.q.5. P.Suar.tom.2. de religione lib.4.de horis canonicis cap. 12. num.2.P.Leſſ. lib.2.de iuſt.cap.37.dubitatione 9.num.51.ver. circa qrædi cta.P.Sanchez tom.1.in præcepta lib.4.cap.11.num.37.& to. 2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dubio 13 num. 1. P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.3.num. 158. P.Filliucius tom.2. tract.23:cap.6.q.6.num.198.

3 Quæres,an ſurdus,ſi recitet,cum alio,& partem,quam dicit ſocius nequit audire,ſatisfaciat obligationi? Reſprndeo negatiue,quia pars,quam ſocius recitat, non communicat ei, ita Nauarr.cap.19.de oratione num.80.concluſ.8. P.Sanch. tom.2.conſiliorum moralium.lib.7. cap.2. dubio 13.num.2. Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.q.3. puncto 1.§.1.nu. 20.P.Emanuel Sà verbo hora num.3. & idem dicendum eſt,ſi recitaret in choro.

4 Quæres,an ille,qui canit in choro, teneatur dicere orationes,capitula,lectiones, reſponſoria, & alia quæ ſecundum conſuetudinem chori dicere ſolet vnus, aut duo? Reſpondeo negatiue, ſed ſufficit ea audire, neque oportet, aut expedit illa priuatim legere,ſaltem voce,poſſet tamen habere librum præſentem, dum lectio cantatur, vt melius percipiat attendendo,ſi abſque aliorum incommodo,& perturbatione fieri poſſet,ſemper tamen vitanda eſt ſingularitas in choro, ratio eſt,quia hæc eſt communis, & recepta conſuetudo eccleſiæ, ſed conſuetudo vim legis habet l.de quibus ff.de legibus, ergo,qui prædictam ſeruat conſuetudinem,ſuæ obligationi ſatisfacit, ita docet communis ſententia, quia id,quod dicit vnus in choro,cenſetur dici ab omnibus.Ita Angelus verbo. hora num.17.Sylueſt.ibi q.7.num.8. Tabiena q.17.num.18. fin.Armilla num.15.S.Antoninus.Nauarr.Petrus de Aragon. locis ſupra citatis Rodriq.parte 1.ſummæ cap.143.concluſ.2. fin.

Digitized by Google

ſin. P. Azorius parte 1. lib. 10. cap. 7. q. 8. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap. 12. num. 18. & 21. P. Sanchez to. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dubio 13. num. 3. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12 ſect. 3. num. 158.

5 Quæres, an ſit vtilis illa repetitio aliquorum ſcrupuloſorũ, qui quaſi obmurmurando, dum alij cantant, ſupplent in choro principia horarum, capitula, lectiones, & alia quæ ſecundũ conſuetudinem chori vnus ſolus dicit? Reſpondeo, eſſe inutilem, & ſuperfluam, ratio eſt, quia ille, qui in choro attente audit, quæ dicit cantor, vel hebdomadarius, iuxta communem vſum chori perfecte ſatisfacit obligationi ſuæ, ergo non eſt neceſſarium, ſed inutile, & ſuperfluum eadem repetere, immo ille, qui id facit ſaltem venialiter peccat, niſi ex ignorantia excuſetur, tum quia id repugnat ordinationi eccleſiæ, tum etiam, quia id fieri non poteſt, ſine aliqua perturbatione, tam ipſius recitantis, quia nec commode poteſt ſecrete recitare, dum alij cantant, nec poteſt attendere ad ea, quæ cantantur, quam aliorum circumſtantium, qui diſtrahuntur verbis, & murmure ipſius, vel aliquo modo contra ipſum commouentur, ita docet S. Antoninus 2. parte tit. 9. cap. 12. §. 3. verſ. ſecunda negligentia ſin. Sylueſt. verbo hora q. 7. ſin. Nauarr. cap. 10. de oratione q. 5. num. 44. Rodriq. parte prima ſummæ ca. 143. concluſ. 2. & tom. 1. quæſtionum regularium q. 41. art. 2. ſin. verſ. circa eadem. Aragonius 2 2. q. 83. art. 12. dubio vltimo concluſion. 2. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap 12. num. 18.

6 Quæres, an ſit vtilius, & tutius ea, quæ ſunt in choro communiter canenda prius domi, vel in eccleſia priuatim recitare? Ratio pro parte affirmatiua eſſe poteſt, quia recitatio illa, ſeu cantus communis, ſæpe fieri ſolet minus attente, tum propter errata propria, vel aliena, tum etiam propter colloquia, aut quia illa, quæ canit vnus chorus non bene audiuntur ab altero, aut quia propter nimiam feſtinationem non bene verba proferuntur, & multa mutilantur? Reſpondeo prædictis non obſtantibus, nec vtile, nec tutum eſſe id facere, tum quia illi, qui prius priuatim recitant horas, vt plurimum non curant ſatis attente eas recitare, eo quod iterum ſunt eas recitaturi & poſtea, dum eas in choro canunt, minus attendunt, eo quod eas iam prius recitarunt, tum etiam, quia illa recitatio priuata præmiſſa, eſt cauſa, vt in choro ſit minor attentio,

maior negligentia, plura colloquia, & perturbatio chori, ita docet Nauarr. cap. 10. de oratione q. 5. num. 45. & 46. verſ. ex quo. Rodriq. to. 1. quæſtionum regulariũ quæſt. 42. art. 2. fin.

7 Quæres, an peccet mortaliter ex ſuo genere, qui omnino omittit verſus ad ſuum chorum pertinentes, ita vt nec illos cantet, nec voce proferat? Reſpondeo prædictum nullo modo obligationi chori ſatisfacere, ſiue habeat propoſitum iterum priuatim officium recitandi, ſiue non; nam priuata recitatio nõ poteſt eſſe æqualis publicę chori recitationi, peccare vero mortaliter, aut venialiter, pro ratione obligationis, qua quis tenetur in choro canere, nam Canonici, & alij Clerici, qui ratione beneficij, vel præbendæ tenentur choro inſeruire, peccant mortaliter, & ad reſtitutionem tenentur; Regulares vero magis, vel minus graue, ratione obligationis, quam habent ex Regula, vel conſtitutione, aut conſuetudine, quorum obligatio, cum regulariter non ſit ſub culpa mortali, niſi eſſet contemptus, vel graue chori detrimentum, ideo regulariter non peccant mortaliter. Reſpectu vero obligationis recitandi diuinum officium, eſt bona diſtinctio ſupra allata, nam ſi id faciunt, cum propoſito iterum priuatim recitandi diuinum officium, non peccant mortaliter, & cum cauſa, nec etiam venialiter; ſi vero id faciant cum propoſito non amplius recitandi, peccant mortaliter, etiam ſi poſtea, mutato propoſito, illud recitent; quia ſtatim ac habuerunt propoſitum non amplius recitandi, peccarunt mortaliter, quod ſi quis cum in choro tacet, nec haberet propoſitum iterum priuatim officiũ recitandi, nec non recitandi: ſed nihil horum proponeret, tunc ſi poſtea recitabit, non peccabit reſpectu obligationis recitandi officiũ diuinũ, quia ſatisfaciet illi obligationi recitando illud, non vero obligationi canendi in choro, ſi vero non amplius illud recitabit, peccabit, contra vtramque obligationem, quia neutri ſatisfecit.

8 Quæres, an ſi chorus erraret non cantando horam, vel partẽ eius notabilem, teneretur eam iterum repetere, cantando illã conuentualiter, an vero ſatis erit ſi ſinguli priuatim eam recitent, ſupplendo prædictum defectum? Reſpondeo ſi ſine ſcandalo id fieri poſſet, teneri illam partem, aut horam omiſſam ſupplere conuentualiter, eam cantando, ſin minus ſatis erit, ſi ſinguli priuatim ſuppleant prædictum defectum, ita docet Nauarr. cap. 10. de oratione num. 58. dicto 5. vbi ait. *Non obli-*

Digitized by Google

obligari ad ſupplendam eam cantando, vel conuentualiter pronunciando, ſufficit enim, vt ſinguli ſingulariter ſuppleant illum defectum, licet ſatius eſſet, ſi ſine ſcandalo fieri poſſit, ut cantando, aut pronunciando conuentualier, quam ſeparatim, ſuppleretur, iuxta deciſionem Cardinalis Turrecrematæ in cap. Clerici uictum 91. diſt, ar. 7. num. 6. & Alexandri num. 7. Idem docet Nicolaus de Ploue in tractatu ſacerdotali tit. de horis canonicis q. 11. ex ſententia Innocentij, & Ioannis Andreæ in cap. dolentes de celebration Miſſarum. idem etiam docet Ioannes Petrus Moneta tract. de diſtributionibus quotidianis parte 2. q. 2. num. 48.

9 Quæres, an illi, qui in choro organis reſpondent teneantur recitare eam partem, quam organa pulſant? Reſpondeo negatiuè, ratio eſt, quia eccleſia accepit ſonum illum organorũ, vt partem diuini officij, ita Sotus, quamuis dubius lib. 10. de iuſtitia q. 5. art. 3 in medio verſ. pari modo, vbi ait. *Neſcio, an ille, qui choro organis reſpondet, teneatur poſtea officium pendere* Nauarr. cap. 21. de oratione num. 15. dicit id videri rationi ſatis congruum P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moral. lib. 7. cap. 2. dubio 16. concluſ. 1, Aragonius 2. 2. q. 83. art. 12. dub. 6. concluſ. 2. Rodriq. parte 1. ſummæ cap. 143. concluſ. 2. fin. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5 num. 7. verſ. ſimile dubium. An vero, qui canunt in choro, teneantur dicere verſum, qui organis pulſatur? P. Sanchez loco citato concluſ. 2. reſpõdet negatiue, ratio eſt, quia ſonus ille organorum accipitur ab Eccleſia loco vocum, & vt pars diuini officij. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 3. puncto 2. num. 12. dicit illos, qui non repetunt verſus, qui per organum canuntur ſatiſfacere, ſi dum verſus organo canuntur aliquis eorum, qui ſunt in choro eoſdem alta voce proferat, iuxta vſum eccleſiæ, quia hoc modo pars illa reliquo choro communicatur. Nauarr. loco citato dicit totum chorum, & ſingulos teneri tacite ſupplere, & laudat modum illum ſupplendi, quo chorus ſubmiſſa voce, & ſingulatim ſupplet ſingulos verſus ab organo pulſatos poſt ſingulos à ſe cantatos; & hoc mihi magis placet.

DVBIVM DECIMVM.

Quo tempore diuinum officium, tam nocturnum, quam diurnum ſit recitandum in choro?

1 RESpondeo,& dico primo certum eſſe officium diuinum ex inſtitutione eccleſiæ habere certa,& deſignata tempora, in quibus ſingulæ ipſius partes recitandæ ſunt ex ſpeciali obligatione chori;nam ideo eius partes, Horæ canonicæ,ſunt appellatæ,quia certis diei, ac noctis horis ab eccleſia ſunt deputatæ, & ab ipſis ſua nomina deſumpſerunt. Vnde in cap.primo de celebratione Miſſarum, licet horæ priuatim permittantur recitari ſummo mane,vbi dicitur. *Presbyter mane matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ canendo Primam,Tertiam, Sextam, Nonamque perſoluat*,tamen de publica recitatione ſtatim ſubditur. *Ita tamen vt poſtea horis competentibus,& ſignis deſignantibus, iuxta poſſibilitatem publicè compleantur*,& in Clementina prima,eodem titulo præcipitur,vt in Eccleſijs,horis debitis, deuote pſallatur. Idem omnino ſtatutum fuit in Concilio Baſilienſi ſeſſ.21.vbi dicitur *Horis debitis,ſignis congrua pulſatione præmiſſis, per ſingulas horas laudes diuinæ reuerenter ab omnibus perſoluantur*. Quare in cap.2.de officio Cuſtodis, inter reliqua ipſius munera numeratur, quod debet, *Per ſingulas horas canonicas ſignum ex conſenſu Archidiaconi ſonare*. Et ratio etiam id poſtulat,nam plurima ſacrorum hymnorum, & orationum verba,quæ temporum,in quibus recitanda ſunt, mentionem faciunt alijs temporibus cantata, abſurditatem quamdam generant,vt bene notauit S. Thomas quodlibeto 3.q.13. art.29. Abſurdum enim eſſet in completorio dicere; Iam lucis orto ſydere. Cum igitur ex inſtitutione eccleſiæ, ſingulæ horæ habeant certa,& deſignata tempora, quibus recitandæ ſunt, tenentur omnes deſignatis temporibus, & non aliis eas in choro canere, ita docent communiter Doctores Hoſtienſis. Ioannes Andreas. Antoninus de Butrio. Panormitanus,& alij iuris canonici interpretes in cap. primo de celebratione Miſſarum. Ioannes Imola. Cardinalis Zabarella in Clementina 1.eodem titulo Præpoſiti Alexander in cap.Presbyter 91. diſt. Turrecremata ibi q.2.Henricus de Gandauo quodlibeto

11.quæ-

11.quæſtione penultima Scholaſtici in 4.diſtin. 15. Paludnus ibi q.5.art.2.concluſ.3.Maior.in 4.diſt 12. quæſt. 6. Thomas Valdenſis tom.3.de ſacramentalibus tit. 3. de horis canonicis cap. , .num.6.& 7.Aluarus de planctu eccleſiæ lib.2.cap. 27.§.17 S.Antoninus 3.parte tit.13.ca.4.§.4.Aſtenſis in ſumma lib.6.tit.1.art.6.quæſt.4.Angelus verbo hora num.20.Syluester ibi q.9.Tabiena num. 26. Armilla num.17Sotus libr. 10.de iuſtitia quæſt.5.art.4.concluſ.2.Nauarr. cap. 3.de oratione num.22.& 53.& in manuali cap.25.nam.97.Aragonius 2.2.q.83.art.12.dubio 5.ver.de tempore.Marcellus Francolinus tract.de tempore horarum canonicarum cap.24. Nicolaus de Ploue in tractatu ſacerdotali tit. de horis canonicis, quæſt.15.Ludouicus Miranda tom.1.manualis Prælatorum Regularium q.37.art 8.concluſ.1.Rodriq.tom.1. quæſtionũ. Regularium quæſt.42.art.18.Graſſijs parte 1. deciſ.lib.2. ca 53.num.17.fin.Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 13. P.Azorius parte 1.lib.10.cap.9.q.1.P.Suar.tom.2.de religione lib.4. de horis canonicis cap.15.num.1. P.Reginaldns lib.18.ſect.vlt. num. 179 P.Sanchez tom.2. conſiliorum moral,lib.7.cap.2 dubio 35.concluſ.1.

2 Quæres,quænam ſint tempora deſignata, pro ſingulis horis officij diuini?Reſpondeo,& dico ptimo Matutinum , quæ eſt prima hora diei naturalis, qui incipit à media nocte de iure communi proxime poſt mediam noctem inchoandum eſſe, nam in cap.1. de celebrati one Miſſarum prope finem,ſic dicitur, *De nocturnis vigilijs idem ipſe propheta ait,Media nocte ſurgebam &c.* Quibus verbis ſignificat Concilium Agathenſe per nocturnas vigilias,quæ maxime,quoad illam partem,quæ à laudibus diſtinguitur, *Matutinum appellari ſolet*, explerí illud prophetæ Dauid in pſalmo 118. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* Quare,cum prius tempus proprium reliquarum horarum aſſignaſſet,iuxta propriam ſignificationem, dicens. *Primæ,Tertiæ,Sextæ,Nonæ, Veſperæ, & Completorij tempore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus*: ſequitur oſtendere tempus vigiliarum,ſeu Matutini, eſſe mediam noctem,& hoc tempus expreſſis verbis præſcripſerunt Sancti Patres; S.Athanaſius in libro de virginitate,extremo. S.Baſilius in quæſtionibus fuſius explicatis q. 37. S.Hieronymus in epiſt. ad Euſtochium de obitu Paulæ,& alij,& hunc vſum ab initio eccleſiæ cæpiſſe,conſtat ex Dionyſio Areopagita , qui in epiſtola 8

Digitized by Google

ſtola 8.ad Demophilum Monachum prope finem ſcribit, Carpum virum ſanctiſſimum ſolitum fuiſſe, circa mediam noctẽ ad pſalmos Dei recitandos vigilare, ſic enim ait. *Media autẽ circiter nocte, ſolitus enim erat hoc tempore per ſe ad diuinos hymnos vigilare.* Multa prætera de hac re extant Sanctorum Monachorum exempla, apud Metaphraſtem, vt de Alexandro Abbate in vita S. Marcelli Acœmatorum, ideſt, non dormientium, Monaſterij Abbatis 29. Decembris, & in vita S. Ioannis Calybitæ 15. Ianuarij, & Nicephornm lib. 15. hiſtoriæ eccleſiaſticæ cap. 23.

3 Quæres, quomodo accipienda ſit media nox? Reſpondeo, antiquos Monachos, & nunc etiam multos Regulares, ſtricto modo eam vocem accepiſſe; nam vere media nocte, vel ſemihora, ante, vel poſt ad diuinum officium perſoluendum accedebant, & nunc etiam non ſolum multa Religioſorum Monaſteria, hunc morem ſeruant, ſed etiam aliquæ eccleſiæ ſæcularium, vt Pariſienſis in Gallia, & Segobienſis, & Conchenſis in Hiſpania, teſte P. Suario tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 15. num. 3. Nunc vero Doctores, reſpiciẽtes communem conſuetudinem eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum, dicunt mediam noctem non eſſe ſtrictè, & ſcrupuloſè accipiendam, pro illo inſtanti, ſeu puncto, quod diuidit noctem in duas partes æquales, ſed largo modo, prout ſignificat partem illam noctis, quæ poſt dimidiam noctem inchoatur, quare includit totum illud tempus noctis; in quo, ſi prædictum officium inchoaretur in aurora abſolui poteſt, & ita colligitur ex Regula S. Benedicti cap. 7. vt ibi notauit Turrecremata tract. 73 & confirmari poteſt ex s. Thoma 3. p. q. 51. art. 4. ad 2. vbi docet ſolere mediam noctem appellari non ſolum punctum, quod diuidit noctem in partes æquales, ſed etiam pars tota illa noctis, quæ ab illo puncto ad aurorã vergit, ita expreſſe docent Angelus. verbo hora. num. 22. vernec accipies. Syluest. ibi q. 9. num. 11. Armilla num. 17. Nauar. cap. 3. de oratione dicto 24. num. 76. Marcellus Francolinus tract. de horis can. cap. 15. num. 2

4 Dico 2. varias fuiſſe eccleſiarum conſuetudines, circa recitationem publicam nocturnorum, nam apud veteres tres nocturni tribus diſtinctis horis, ideſt tribus vigilijs nocturnis celebrari ſolebant. Primus nocturnus in prima noctis vigilia. Secundus in ſecuuda. Tertius in tertia, Laudes vero in quarta,

Digitized by Google

quarta,prope auroram . In feriis vero, quando vnus noctur-
nus tantum dicebatur , totus continuò dicebatur in princi-
pio tertiæ vigiliæ,ideſt in media nocte,Laudes vero eodem-
modo diſiunctæ dici poterant , hic vſus confirmari poteſt ex
S.Hieronymo in epiſt.22.ad Euſtochium de cuſtodia virgi-
nitatis,vbi ait *Noctibus bis,terque ſurgendum* , Quibus verbis
ſignificat tres noctis vigilias in quibus ſurgendum erat,ter
ad canendum,quando tres nocturni dicebantur , quando ve-
ro vnus tantum dicebatur,ſurgendum erat bis, nimirum ſe-
mel in media nocte ad matutinum, & iterum in quarta vigi-
lia ad laudes . Colligitur etiam ex S.Ambroſio lib.7.in Lucã
cap.11.vbi ait,*Non ſolum media nocte Dominus , ſed omnibus,*
prope ſingulis,docet , vigilandum eſſe momentis . Prædictum-
autem vſum fuiſſe, apud veteres teſtatur Rupertus Abb. qui
floruit anno 1119.in lib.1. de diuinis officijs cap. 10. vbi ait
Diebus dominicis , & Sanctorum natalitijs vigilias in tribus di-
ſpartimur nocturnis,vt non ſolum uerbo,ſed etiam facto tres ui-
gilias prædicemus,de quibus,ait Dominus , Beati ſerui illi,quos,
cum uenerit Dominus inuenerit uigilantes , & ſi uenerit in ſe-
cunda uigilia , & ſi in tertia uigilia, & ita inuenerit, beati ſunt
ſerui illi . Hugo de S. Victore,qui floruit anno 1130. lib.2.
de officijs eccleſiaſticis cap.9.ait . *Pſalmi , & lectiones,& re-*
ſponſoria diebus feſtis ſub tribus diſtinctionibus cantantur , tres
priores nocturni , ſiue uigiliæ more Romano nuncupantur,ſiqui-
dem nox in quatuor uigilias antiquo more diuiditur . Idem-
refert Iſidorus lib.1.de diuinis officiis cap. 19. vbi ſtationes
appellat . *Siquidem,& in nocte ſtationes,& uigiliæ militares in*
quatuor partes diuiſæ ternis horarum ſpatijs ſecernuntur. Ama-
larius Fortunatus lib.4.de eccleſiaſtico officio cap.7.in prin-
cipio ait . *Non enim immerito nos , qui militamus Deo,quater*
in nocte vigilias renouamus, cum hi , qui ſæculo militabant per
quatuor vigilias findebant noctem in caſtris,& in lib.de ordine,
Antiphonarij cap.1.prope finem . Idem ſignificat . S. Thomas
lect.6.in cap.14.prioris ad Corinthios, ait . *Antiquitus dice-*
bantur nocturna diuiſim,ſecundum tres uigilias noctis,nunc uero
dicuntur ſimul . Gullielmus Duran.in rationali diuinorum-
officiorum lib.6.cap.3.num.3.ait . *In primitiua eccleſia mini-*
ſtri eccleſiæ ter de nocte interpolatim ſurgebant ad diuinum of-
ficium celebrandum . Thomas Vualdenſis tom.3. de ſacramẽ-
talibus tit.3.de horis canonicis cap.24.num. 2. Idem docent

Digitized by Google

Sotus lib.10.de iuſtitia q.5.art.1.concluſ.5.in medio.Nauar. cap.3.de oratione dicto 13.num,30.Durandus lib. 3.de iuribus eccleſiæ Catholicæ cap. 5. Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canonicarum cap.1.num.14. Cardinalis Bellarmin.tom.4.controuerſiarum lib.1. de bonis operibus in particulari cap. 11.ver.His notatis. Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.11. P.Suar.tom.2.de relig.lib.4.de horis canonicis cap.4.num.8.& alij.

5 Hanc communem ſententiam nititur in dubium reuocare. P.Ioannes Azorius parte prima lib.10.cap. 2. quæſt. 2.quia antiqui Doctores pro illa citati, nimirum Iſidorus, Amalarius,Hugo,S.Thomas,& Vualdenſis non tradiderunt expreſſim nocturnas preces per tria noctis interualla cantare clericos conſueuiſſe,ſed ſolum dicunt,noctem in quatuor militares vigilias ſeu cuſtodias laicos diſtribuiſſe. Sed hæc ratio P. Azorij nihil obſtat,nam manifeſte conſtat ex verbis antiquorum Doctorum, numero præcedenti citatis,ipſos expreſſe hoc affirmare, & præter Doctores ibi citatos. Valerianus lib.1.de officijs cap.de matutinis, quem refert, & ſequitur Thomas Vualdenſis tom.3. de ſacramentalibus, tit.3.de hor. canonicis cap.24.num. num.3.ait. *Tunc, & vigilias tribus horis diſpertimus nocturnis, vt non ſolum uerbo, ſed, & facto tres vigilias prædicemus*. Quæ verba videntur deſumpta ex Ruperto Abbate loco citato,hanc P.Azorij ſententiam nititur probare P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canonicis cap.4.num.6.Quamuis deinde num.8.ſequatur communem ſententiam, & ſoluat rationes in contrarium.

6 Dices,non videtur probabilis, nec veriſimilis communis ſententia,nam fuiſſet onus intolerabile clericos toties ſurgere in nocte ad canendum, & ſomnum interrumpere, immo nec ipſum officium potuiſſet eo modo, cum debita deuotione,& attentione celebrari. Ad hoc dubium tacite reſpondet Sotus lib.10.de iuſtitia q.5.art.1.concluſ. 5. *Quod in primitiua Eccleſia,nimirum ab Apoſtolorum ſæculo,Clerus in tres partes diuidebatur,quarum vna in prima vigilia primum canebat trium pſalmorum nocturnum,& alia in ſecunda ſecundum; atque alia in tertia tertium; ac demum diluculo in quarta uigilia omnes ſimul ad laudes concinendas conueniebant*: Sed hæc reſponſio alijs non placet, tum quia ſinguli de clero in tegrũ officium recitare tenebantur; nam hic fuit perpetuus vſus eccle-

eccleſiæ;tum etiam quia in principio eccleſiæ difficile inueniri in ſingulis eccleſijs tanta cleri multitudo potuiſſet, vt eo modo in tres partes diuiderentur ad ſingulos nocturnos recitandos. Et ideo ipſi aliter reſpondent, nimirum, tantum fuiſſe tunc feruorem Miniſtrorum eccleſiæ, vt onus illud ſine faſtidio ſuſtinerent; immo Amalarius, qui floruit anno Chriſti 830. in lib. de ordine antiphonarij cap. 4. in principio, ſignificare videtur in primitiua eccleſia clericos totas noctes in diuinis laudibus expendiſſe, ſic enim ait. *In militia ſæculari uiciſſim dormiunt milites, & uiciſſim uigilant, in militia vero Chriſtianorum dictum eſt in Euangelio Marci 13. quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.* Et ſtatim ſubdit has vigilias ſignificari per tres nocturnos, & per eos admoneri Populum Chriſtianum, vt ſemper vigilet, & ſit paratus, vt ſi venerit Dominus, & pulſauerit, confeſtim aperiat ei, idem expreſſe affirmat Vualdenſis tom. 3. de ſacramentalibus tit. 3. de horis canonicis cap. 24. num. 1. vbi ait *Nocturni propter ſolemnes uigilias, & Dominicas habebantur, ſecundum quatuor uigilias noctis, quatuor horis ſeparatim apud antiquam eccleſiam celebratæ, quia, & omnis Populus tunc totam noctem uigilando tranſegit*, & num. 4. idem expreſſius affirmat, vbi ait. *Cur ſcilicet tres nocturni cantus in feſtis, & quartus laudum ſolemniter celebrantur, quia, ſcilicet, ſic antiqua eccleſia totas noctes in laudibus expendebat, diuidendo noctem in quatuor diſtinctas uigilias, cum interciſis ſpatijs trium horarum.*

7 Aliqui reſpondent, id non fuiſſe factum à Clericis, ſed à Monachis, quando eorum magnus erat numerus. Gulielmus Durandus in rationali lib. 5. cap. 3. num. 3. dicit, quod ad primum nocturnum Pontifex, & miniſtri eccleſiæ ſurgebant; ad ſecundum nocturnum ſurgebant miniſtri, cum coniugatis, tam viris, qnam mulieribus, & tunc Inuitatorium dicebatur ad ſignificandos Angelos inuitantes paſtores ad videndum Regem natum; ad tertium ſurgebant omnes communiter, ſed in præcipuis ſolemnitatibus Populus tota nocte in Dei laudibus perſiſtebat, idem dicit Coſmus in prag. tit. quando diuinum officium ſit celebrandum.

8 Mihi communis ſententia videtur probabilior, & vera, tum quia illa partitio non fiebat in feriali officio, ſed tantum in Dominicis, & feſtis ad maiorem quamdam ſolemnitatem, & deuotionem; nec tunc erant tot dies feſtiui, ſicut nunc ſunt,

 & ſic

Digitized by Google

& ſic tolerabilius erat vigiliarum onus ſemel, aut bis tantum in hebdomada; tum etiam quia prædictus vſus non erat vbique, neque in eccleſia Romana.

9 Dico 3. apud alios veteres, nocturnos, cum laudibus matutinis, fuiſſe coniunctos, & in quarta vigilia, quæ eſt matutina, celebrari ſolitos: & hunc eſſe antiquum vſum eccleſiæ Romanæ teſtatur Amalarius Fortunatus in prologo libri de ordine antiphonarij in Reſponſis magiſtrorum Romanæ Eccleſiæ ad eius interrogationes, nã, inter cæteras, ait, Interrogaui, ſi aliquid dicerent magiſtri Romanorum, inter interſtitium nocturnalis officij, & matutinalis, ideſt an, inter nocturnos, & laudes aliquod interſtitium eſſe deberet? Reſponſum eſt mihi, nihil, ſed continuo poſt nocturnale officium dicunt, *Deus in adiutorum meum intende*, & idem refert in eodem libro ca 4. in fin. eum ſequuntur Cardinalis Bellarm. tom. 4. controu. lib. 1. de bonis operibus in particulari cap. 11. colum. 2. & P. Suarius tom. 2. de *R*elig. lib. 4. de horis canonicis cap. 4. num. 10. fin.

10 Dico 4. propter humanã fragilitatem permiſſum fuiſſe, vt nocturnũ officiũ, nõ in tribus diſtinctis vigilijs, ſed in vna ipſarum celebretur; nam aliqua Monaſteria illud celebrant in prima vigilia, alia in ſecunda, aliqua vero in tertia, & totus fere clerus in quarta; Quod diuina prouidentia factum eſt, vt laudes diuinæ, ſi non ab ijſdem, certe à diuerſis hominibus in ſingulis nocturnis vigilijs celebrentur, vt bene obſeruauit Thomas Vualdenſis tom. 3. de ſacramentalibus tit. 3. de horis canonicis cap. 24. num, 4. vbi ait. *Quia hoc pondus laboris infirma caro iugiter, & continue ferre non poteſt, redacti ſunt omnes nocturni, cum laudibus ad unam ipſorum uigiliam, & quidam deuoti prima noctis uigilia totum decantant officium, plurima pars eccleſiæ, ut Cathedrales tenentes eccleſias, Monachi nigr, Fratres Canonici ad ſecundam mediæ noctis uigiliam, alij, ut monachi albi, & cæteri* Religioſi *quidem in tertia noctis uigilia Galli cantum obſeruant; Clerici uero cum Populo per minores parochiales eccleſias quarta uigilia canunt de mane, quæ, & hora prima nuncupatur.*

11 Dico 5. Laudes matutinas, quæ iuxta Breuiarij Romani formam, cum nocturnis iunguntur, in aurora celebrandas eſſe, ita vt tempus canonicum ipſarum ſit ab initio crepuſculi matutini, vſque ad ortum ſolis, quod perſpicuum eſt, tum

ex no-

ex nomine,id enim eſt proprie officium, quod matutinum à veteribus omnibus nominatũr,tum ex hymnis, qui in laudibus decantantur,nam in plurimis eorum fit mentio auroræ. Reliquas vero horas,iuxta ipſarũ nomina, tempora deſignata habere;prima enim in prima diei hora dicẽda eſt,& in rigore,orto iam Sole,inchoanda, iuxta initium ipſius hymni. *Iam lucis orto ſydere*. ſic etam tertia in tertia diei hora,ſexta in ſexta,nona in nona,veſpera in vndecima, completorium in duodecima. Prædictæ autem horæ longiores, aut breuiores ſunt,iuxta longitudinem, aut breuitatem diei naturalis, nam quælibet dies artificialis,quæ incipit ab ortu Solis,vſque ad occaſum in duodecim partes æquales (quæ horæ artificiales dicuntur) diuiditur, ex quibus tres partes cuilibet horæ aſſignantur,vt docet Ioannes Beleth. in rationali diuinorum officiorum cap.29.Gulielmus Durandus ibidem lib.5.cap.1. num.5.Clicthoueus lib.2.elucid. eccleſiæ in cap.de horis canonicis num 8.Syluest.verbo ieiunium §.4.verſ.1.& 2.,& in Roſa aurea tract.2.in ſermone diei paraſceues art.3.in illa verba,à ſexta autem hora. Theodorus Peltanus de tribus bonorum operum generibus lib.2.cap.7.§. complectitur autem Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canonic. cap.21.num.5.vbi alios citat. Quare tertia dicenda eſſet tribus horis ante meridiem,ſexta in meridie, nona tribus horis poſt meridiem,veſpera in fine diei artificialis,completorium poſt duodecimam horam artificialem, ideſt in occaſu Solis iuxta ipſius hymnum, *Te lucis ante terminum*. De his bene Nauarr.cap.3.de oratione à num.34. vſque ad 39. Marcellus Francolinus tract.de tempore horarum canonicarum à ca.5. vſque ad 21.Cardinalis Bellarm.tom.4.controuerſ.lib.1.de bonis operibus,cap.11.ver.iam vero laudes.Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.13.num.4.ver. hoc tamen. P.Azorius par.1.lib.10.cap.9.q.2.P.Suar.tom.2. de relig.lib.4. de horis canonicis cap.15.à num.5.vſque ad 10.P.Reginaldus in praxi lib.18.num.179.propoſit.2.

12 Quæres,an prædictæ horæ recitandæ ſint in principio,an vero in fine horarum? Reſpondeo,circa hoc dubium quatuor eſſe ſententias,prima docet recitandas eſſe in principio, quia prima ita dicenda eſt,nam ſtatim,poſt ortum Solis incipienda eſt,vt diximus num.præcedenti, & docet Marcellus Francolinus tract.de tempore horarum canonic.cap.10.num.10. & cap.15.

& cap.15.num.14.& cap.21. num. 1. hanc ſententiam docet P.Azor.p.1.lib 10.cap.2.q 9.verſ.mihi vero.

Secunda ſententia docet, recitandas eſſe in fine, quia ita ſolent horæ in horologijs deſignari nam hora vigeſima quarta, cum elapſa eſt, deſignatur; hanc ſententiam docet Nauarr.cap.3. de oatione num.76.dicto 24.P.Suar. tom. 2.de relig.lib.4.de horis canonicis cap.3.num.6.fin.& cap.15.num.5.P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.3.num.4.

Tertia ſententia docet, horas canonicas non eſſe ſtrictè, & punctualiter accipiendas, itaut prima incipiat præciſe in fine primæ partis diei artificialis, tertia in fine tertiæ partis, ſexta in fine ſextæ partis, nona in fine nonæ, ſed potius largo modo, & cum latitudine, paulo ante, vel paulo poſt, ita Angelus verbo hora num 22.Syluest.ibi q.9.num.11.fin. Nauarr.cap. 3.de oratione num.76.prope finem.vbi addit. *Hanc latitudinem arbritarer circiter mediæ horæ, ante, uel poſt, itaquod qui recitaret primam media hora, ante, uel poſt finem primæ partis diei, cenſeretur recitare hora primæ, & etiam, qui recitaret fere media, ante, uel poſt finem tertiæ partis diei, cenſeretur recitare hora tertia, & ſic de reliquis*. Eum ſequitur P.Sanchez tom.2. conſiliorum moral.lib.7.cap.2. dubio 35. num. 5. vbi addit. ita quidam doctus recentior magiſter.

Quarta ſententia docet, horas canonicas recitandas eſſe, intra ſpatium horæ diei ſibi reſpondentis, non extra illud; ſcilicet eo tranſacto, & finito. Quare in quacumque parte horæ recitetur, dummodo tota recitatio, intra ſpatium illud compleatur rectiſſime, & ſuo tempore recitata cenſebitur, ſed ſi fieri poſſet, vt cum finitur hora diei, finiatur etiam ſimul tota recitatio horæ canonicæ, tunc rectiſſime facta recitatio dici debet: excepta prima hora, quæ ſtatim, poſt ortum Solis incipienda eſt. Ita Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canoni.cap.10.num.8. & 9. Cardinalis Bellarmin. tom.4.controuerſ.lib. 1. de bonis operibus in particulari ca. 11.columna 4.ver.ſed extra, vbi dicit, recitandas eſſe horis illis labentibus, non autem exactis, atque completis, hæc ſententia mihi videtur probabilior.

13 Quæres, quænam hoc tempore ſint tempora debita, quibus horæ canonicæ in choro recitandæ ſint? Reſpondeo illa cenſeri debita tempora, quæ fuerint conſtituta aliqua iuxta cauſa, aut ordinatione, vel conſuetudine eccleſiæ, epiſcopatus, vel

Mona-

Digitized by Google

Monaſterij,in quibus recitatur. Quare Regulares, & Moniales poſſunt,& debent ſequi conſuetudinem, ſtatuta,& Regulas ſuarum Religionum,& Monaſteriorum; ratio eſt,quia,cũ hoc ſit ius humanum, potuit conſuetudine derogari;ſecundo,quia leges iuſtæ ſuperiorum,& conſuetudines rationabiles obſeruari debent;ergo nunc illa tempora dici debent propria,& debita,in quibus per aliquam iuſtam conſtitutionem vel conſuetudinem dici debent. Hæc eſt communis ſententia,quam docent Hoſtienſis in cap. 1. de celebratione Miſſarum,& in ſumma,tit.de conſecratione eccleſię,vel altaris diſt. 5.§.qualiter ſint celebranda diuina officia.S. Antoninus 3.p. tit.13.cap.4.§.4.Sylueſt.verbo hora q. 9. dicto 6.Tabiena ibi quæſt.75.num.26.Caietanus in ſumma verbo hora §.4.Armilla num.17.Nauarr.cap.3.de oratione num.39.Marcellus Frãcolinus tract.de tempore horarum canonicarum cap. 24.nu. 14.Cardinalis Tol.lib.2.cap.13.num.3. ver.circa tempus P. Azorius parte prima lib.10.cap.6.quæſt.2 fin. P.Leſſius lib. 2.de iuſtitia cap.37.dubitatione 12.num. 78. P. Suar.tom.2. de religione lib.4.de horis canon.cap.11.num. 3. & 4.fin. & num.10.P.Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib.7.cap. 2.dubio 35.concluſion. 2. P.Reginaldus lib. 18.ſect.vltima num.179.

DVBIVM VNDECIMVM.

Quodnam peccatum ſit facere mutationem temporis in horis Canonicis publicè in choro recitandis?

1 RESpondeo,circa hoc dubium tres eſſe ſententias,prima docet facere mutationem temporis in choro, ſine rationabili cauſa peccatum eſſe mortale,ratio eſt, quia hæc tẽpora,pro publica recitatione horarum definita ſunt in fauorem publicæ vtilitatis,vt Populus,ſi velit,poſſit ad illum conuenire;ergo de ſe eſt res grauis,& pertinens ad bonum commune,quod vero in aliquo loco priuato illa ratio ceſſet,eſt per accidens:Pro hac ſententia Sylueſt. verbo hora q. 9.dicto 6. affert Vmbertum in expoſitione Regulæ,quod dicit, durum ſibi videri;ſed eam expreſſe docet Sotus lib.10.de iuſtitia q.5 art.4 concluſ.2.Aragonia 2.2.q.83. art.12. dubio 5. ver. de tempore,dicto primo; Ludouicus Miranda tom.1. manualis

Præ-

Prælatorum regularium q,37.art.8.concluſ.1.fin. P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.15.num.12. P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.6.num.217.P. Valentia to.3. diſp.6.q.2.puncto 10.§.quo tempore fin.dicit, eſſe peccatum mortale,quando eſſet admodum frequens, & nimia perturbatio ordinis.

2 Secunda ſententia docet,non eſſe peccatum mortale,recitare publice in choro horas canonicas non debitis horis, etiã in eccleſijs Cathedralibus,regularibus, & collegialibus, licet quandoque negligentia magna interueniat, dummodo communiter ſeruetur conſuetudo,& debitum tempus, ratio eſt, quia cum hæ circumſtantiæ non ſpectent ad ſubſtantialia materiæ præceptæ,in ipſis non incurritur peccatum mortale, niſi ex contemptu. Secundo tale præceptum imponitur ad vitandum ſcandalum;ſed circa hoc vna, vel altera vice deficere, non cauſat graue ſcandalum, ergo non committitur peccatum mortale, ita docet Caietanus in ſumma verbo hora §.4.Armilla ibi num.17.Nauatr.cap. 3. de oratione num. 58.dicto 18.& num.45.55.& 62.P.Valentia tom.3.diſp.6.q.2 puncto 10.§.quo tempore recitandum ſit fin.hanc ſententiam putat probabiliorem,P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dubio 42.concluſ.1.P.Layman tom.2 lib.4. tract.1.cap.3.num.6.ver. atque hæc.Gauantus in commento in Rubricas Miſſalis tom.2.ſect.1 .tit 6.num. 9. Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.q.3.puncto 3.num.7.Diana par. 2.tract.12.de horis canon.reſolutione 14. Aragonia loco cit. dici,tvno,aut altero die tempus mutare, non eſſe peccatum mortale.

3 Tertia ſententia docet,peccare mortaliter Prælatos,& Præfectos eccleſiarum Cathedralium Regularium,& Collegialiũ, ex quorum negligentia nõ recitãtur horæ canonicæ publicè in choro,horis debitis, ſic etiam ſubditos Prælatorum regularium, & præbendatos in dictis Eccleſijs Cathedralibus & Collegiatis, ſi in hoc tranſgrediantur præceptum Prælatorũ Ratio eſt,quia in Clementina 1.de celebratione Miſſarum prædictis Prælatis id præcipitur,quod graue eſſe præceptum, conſtat ex verbo, *Sancimus*,ibi poſito,ita docet Angelus ver. hora num.22.Sylueſt.ibi q.9.dicto 6. Tabiena dicto 25.num: 26.Armilla num.17.Sotus lib.10.de iuſtitia q.5. art.4.concl. 2.Nauarr.cap.3. de oratione num.62. dicto 18. Rodriquez

parte

Digitized by Google

parte prima ſummæ cap. 142.concluſione 4. Margarita Confeſſorum fol.161.

4 Pro ſolutione dubij, dico 1.facere mutationem temporis in publica recitatione horarum canonicarum in choro,ſine rationabili cauſa, probabilius eſſe peccatũ mortale,etiam ſi id bis,aut ſemel fieret;propter ſcandalum, vt ſi matutinum diceretur in choro poſt meridiem, vel prima in occaſu ſolis, nec ratio Caietani ſatisfacit,nam,vt bene docet P.Suar.tom. 2.de religione lib.4.de horis canon.cap.15.num. 10. ſi circũſtantia temporis præcipiatur, vt re vera hic præcipitur, multum pertinere poteſt ad ſubſtantiam præcepti, etiam ſi non pertineat ad ſubſtantiam actionis præceptæ, vt ſacrificare mane,& non veſpere,talis circumſtantia eſt, vt ſit de ſubſtantia illius præcepti, & tanta poteſt eſſe illius circumſtantiæ violatio,vt ſit peccatum mortale etiam ſi ſubſtantia actionis ſacrificandi integre impleatur: in hoc veriſſima eſt prima ſententia. Ex dictis patet reſponſio ad ſecundam rationem ſecundæ ſententiæ,quia etiam ſemel, aut bis facere mutationem temporis in publica chori recitatione, ſine rationabili cauſa,generat graue ſcandalum.

5 Dico ſecundo, peccare mortaliter Prælatos non procurantes recitari canonicas horas publicè in ſuis eccleſijs,horis debitis. Ratio eſt,quia Concilium Viennenſe, in Clementina prima de celebratione Miſſarum, non ſolum præcipit horas canonicas recitari, ſed etiam addit modum eas recitandi, ſcilicet horis debitis,& præcipit Prælatis,vt id ſumma,cum diligentia curent, ſic enim ait. *Sancimus, ut illi ad quos id pertinet,omni negligentia,uel incuria relegata,ut in Cathedralibus, Regularibus,et Collegiatis eccleſiis horis debitis deuote pſallatur, ſollicitam curent diligentiam adhibere.* In hac concluſione conueniunt omnes Doctores tertiæ ſententiæ,ſubditos vero,qui à Prælatis iubentur,vt horis debitis recitent,tũc peccare mortaliter,quando ab alijs, tempore debito non recitarentur,ſic limitat Sylueſt.ver. hora quæſt 9. dicto 6.Nau. cap.3.de oratione num.63. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dubio 42.conc luſ.2.vbi addit ſecundã limitationem, quando communiter deficerent in hoc,ſecus, quando ſemel, vel iterum.

6 Quæres,an poſſint Epiſcopi, & Prælati Religionum ex aliqua rationabili cauſa diſpenſare in hac temporis circumſtã-

tia, vt ſcilicet horæ canonicæ alijs temporibus, quam conſtitutis recitentur? Reſpondeo ſemel, vel iterum licite id poſſe ex rationabili cauſa, vt ſi eumdum eſſet ad proceſſionem, vel habenda eſſet concio, vel ſimilia; non vero poſſe imperpetuum, etiam cauſa iuſta interueniente, ratio eſt, quia hoc eſt præceptum Concilij generalis, ſed in huiuſmodi præceptis, non poteſt Epiſcopus imperpetuum diſpenſare, ſed ex cauſa ſolum ad tempus, ita Tabiena verbo hora dicto 16. Armilla ibi num. 13. Nauarr. cap. 3. de oratione num. 72. vbi addit ſẽper requiri, vt concurrat opus aliquod publicum, quod eam horam ſibi vendicet, puta Concio, Supplicationes, receptio bullarum, Principis, vel quid ſimile, quia bonum publicum præferendum eſt priuato, & magis publicum, minus publico; Idem docet P. Suar. loco citato num. 13. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. vltima num. 179. propoſitione 4. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dubio 42. concluſ. 3. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap 6. num. 218.

7 Quæres, an ſit peccatum mortale inuertere ordinem horarum in choro, v. g. prius recitare tertiam, vel ſextam, & poſtea primam? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. prima docet, ſecluſo ſcandalo, & alijs circumſtantijs, nullum eſſe peccatum, ratio eſt quia ordo non eſt de ſubſtantia horarum, ita docet Gauantus in commento in rubricas Miſſalis, tom. 2. ſect. 1. cap. 5. tit. 8. nu. 3. Bonacina tom. 1. tract. de offic. diſp. 1. q. 3. puncto 4. num. 5. Diana parte 2. tract. 12. de horis canon. reſolutione 16. fin.

8 Secunda ſententia docet, ſi id voluntariè fiat, & ſine cauſa vrgente, non fieri ſine aliqua culpa, quia hoc eſt contra debitum ordinem, qui maxime in choro, & publice ſeruandus eſt, ita Sotus lib. 10. de iuſt. quæſt. 4. concluſ. 2. vbi dicit, eſſe mortale, quando fit publice, Petrus de Aragonia 2. 2. q. 83. art. 12. dubio 5. ver. de tempore dicto 2. vbi ait, ſi id in conſpectu Populi non fiat, non eſſe mortale, ergo ſignificat, eſſe mortale, ſi fiat publice; Molfeſius in ſumma tract. 2. cap. 2. num. 29. & 42. P. Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. de horis canon. cap. 11. num. 7. fin. P. Vaſquez opuſculo de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 2. dubio 4. num. 66. vbi dicit, ſi rationabili cauſa id fiat, nullum eſſe peccatum, ſi ſine rationabili cauſa bis, aut ter, non eſſe peccatum mortale, ſed ſi ſæpiſſime, aut ex mora quis id faceret, peccaret mortaliter, quia nimium ordini derogat, & conſue-

tudini

Digitized by Google

tudini communi;P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.6.q.2.num. 188.dicit,talem ordinem eſſe præceptum,& ſuppoſita grauitate materiæ, obligare ad mortale, Macignus tract.de horis canonicis cap.45.num.5.

9 Pro ſolutione dico,ſecundam ſententiam eſſe probabiliorē, Ratio eſt,quia prædicta mutatio ordinis in publica chori recitatione ex ſe eſt offenſiua Populi, & quando voluntariè,& ſine cauſa fit,videtur eccleſiæ inſtitutio contemni, & facile inde ſcandalum oritur, quia quodammodo eludūtur myſteria,quæ per horarum canonicarum ordinem ſignificantur; nam propter orationem publicam ſunt inſtitutæ, denique grauis eccleſiaſtici præcepti contemptus exiſtimatur.

10 Quæres,an idem dicendum ſit,ſi ordo partium,inter ſe mutetur,vt ſi hymnus,qui dicendus eſt in principio,dicatur in fine,& capitulum,quod dicendum eſt in fine,dicatur in principio,vel pſalmi recitentur ordine præpoſtero? Reſpondeo, hoc publice in choro facere, eſſe ex genere ſuo graue peccatum mortale,niſi ex leuitate materiæ, vt ſi vnus verſus tantū pſalmi poſtponatur, vel ex aliqua inaduertētia excuſetur,Ratio eſt,quia in his artificialibus vnitas, & eſſentia rei conſurgit ex ordine,qui poteſt dici de ſubſtantia rei,& talis eſt ordo vniuſcuiuſque horæ canonicæ, ergo inuertere ordinem,eſt illā deſtruere,& alium ritum introducere, ita docet P.Suar. tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap. 11. num.7. P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.6.q,2.dicto 2.num.187.& ca. 7.q.5.dicto 3.num.233.

CAPVT V.

De obligatione, & præcepto diuinum officium, ſeu horas canonicas recitandi.

CVm communis Doctorum ſententia aſſirmet, tria hominum genera ad diuinum officium, ſeu horas canonicas recitandas ex præcepto teneri;nimirum, omnes clericos ſacris ordinibus initiatos. Secundo omnes beneficium eccleſiaſticum poſſidentes. Tertio omnes religioſos profeſſos,& ad chorum deſtinatos,in quo genere includuntur,etiam omnes Moniales profeſſæ, & ad chorum deputatæ, & ratio eſt, quia omnes prædicti ſunt ſpecialiter ad diuinum cultum

deputati: Ideo in hoc capite de omnibus prædictis ſingillatim agemus, & oſtendemus, quonam iure, diuino ne, an eccleſiaſtico ad id teneantur.

PRIMVM DVBIVM.

Quinam clerici ad horas Canonicas recitandas, teneantur?

1 RESpondeo, & dico primo, tria eſſe clericorum genera. Primum eſt illorum, qui ſacris ordinibus ſunt initiati. Secundum, illorum, qui minores tantum ordines habent. Tertium, illorum, qui beneficium eccleſiaſticum poſſident, & de omnibus his generibus agemus, & quæremus, an ex præcepto teneantur quotidie horas canonicas recitare. Sed in hoc primo dubio, ſolum de primo genere; de reliquis vero in ſequentibus dubijs.

2 Dico ſecundo, Clericos ſacris ordinibus initiatos, etiam ſi beneficium eccleſiaſticum nullum habeant, neque ex officio, aut peculiari obligatione chori aſſiſtere teneantur, ex vi ſolius ordinationis ipſorum, ex præcepto teneri ad horas canonicas, ſaltem priuatim quotidie recitandas ſub obligatione peccati mortalis. Hæc concluſio ſatis conſtat ex communi vſu, & conſenſu totius eccleſiæ catholicæ, & ratio prædictæ obligationis eſt, quia huiuſmodi clerici per ordines ſacros diuino cultui ſunt dedicati, ac proinde peculiari obligatione tenentur quotidie ad diuinas laudes celebrandas, modo ipſis ab eccleſia præſcripto, ſed eccleſia lege ſanciuit, vt hoc fiat per recitationem horarum canonicarum, ergo ad illas quotidie recitandas ex præcepto obligantur. Hæc eſt communis doctorum ſententia, eam expreſſe docet Sanctus Thomas quodlibeto 6.q.5.art.8. Paludanus 4.d.15.q.5.art.1.concluſ. 3. Sanctus Antoninus p.2.tit.9.cap.12.§.1.& parte 3.tit.13.c. 4.§.1. Angel.ver.hora num.3. Sylu.ibi q.2. num.3. Tabiena dicto tertio num.4. Caietanus cap.1. Armilla num. 1. Nicolaus de Ploue in tractatu ſacramentali tit. de horis canonicis quæſt.1. Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.3.concluſ.1. Nauarrus cap.7.de oratione num.1.dicto 2. & in manuali cap. 25.num.97.verſ.trigeſimo peccat. Petrus de Aragonia 2.2.q. 83.art.12.dub.3.concluſ.1. Viguerius cap.5.§5.verſ.4. Iacobus à Graſſijs par.1.deciſion,lib.2.cap 59. num, 6. Emanuel Rodriguez

Digitized by Google

driquez par.1.ſumm.cap.141.concluſ.1. num. 2. Ludouicus Miranda tom.1.Manualis Prælatorum Regularium,quæſt.37 art.7 concluſ.1. Cardinalis Bellarminus tom. 4. controuerſ. lib.1.de bonis operibus in particulari cap.19.Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.12.num. 2. P.Gregorius de Valentia tom.3.diſp.6.quæſt.2.punct.10.§.2.P.Ioannes Azorius to. 1.lib.10 cap 3.quæſt-1.P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.16.num.2.P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art.1.dub.1. num.3.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap. 37.dubit.9.num.47.P.Reginaldus lib.18.cap.11.ſect. 1.num. 135.P.Sanchez tom.2.conſil.moral.lib.7.cap.2.dubio 1. num. 6.concluſ.3. P.Paulus Layman tom.2.Theolog.moral.lib.4. tract.1.cap.4.num.1.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.5.quæſt. 1.num.143.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp. 1.quæſt.2. punct.3.num.10.

3 Quæres, quo iure prædicti teneantur ad horas canonicas quotidie recitandas? Reſpondeo circa hoc dubium duas eſſe ſententias:prima affimat,clericos ſacris ordinibus initiatos, iure diuino teneri ad laudes diuinas aliquo modo quotidie celebrandas,modum vero, & formalem Deum laudandi,ipſumque precandi, eſſe iuris canonici;quia horæ canonicæ, fuerunt ab eccleſia inſtitutæ,Ratio eſt, quia vnum ex præcipuis officijs Miniſtri ſpiritualis eſt,Deum laudare, ipſumque orare pro populo, cum ad hoc ſit peculiari ratione à Deo,& ab eccleſia conſtitutus,iuxta id Iſaiæ 43,ver.7.*Omnem,qui inuocat nomen meum,in gloriam meam creaui eum*. vel vt alij legunt *inl audem meam*; ſed eo ipſo,quo quis ſacris ordinibus initiatur,peculiari Dei cultui mancipatur, & in ſtatu Miniſtri ſpiritualis eccleſiæ collocatur;ergo eo ipſo,quo iure diuino,& naturali tenetur ſuum officium exequi,tenetur etiam aliquo modo Deum laudare, ipſumque orare pro populo: ſed eccleſia modum,& formulam diuinarum laudum,ac precum lege ſanciuit,& præcepit, vt à ſuis Miniſtris per quotidianam horarum canonicarum recitationem perſoluantur; ergo eo ipſo,quo quis per ſacrorum ordinum ſuſceptionem in ſpiritualium Miniſtrorum ordinem aſſumitur,talis eſt vinculo obligatus. Hanc ſententiam videtur expreſſe docere S.Thomas quodlibeto 6.quæſt.5.art.8.ver. vbi ait *Clericus ex hoc ipſo,quod eſt clericus,et præcipue in ſacris ordinibus conſtitutus,tenetur dicere horas canonicas: uidentur enim tales ſpecia-*

liter

liter eſſe aſſumpti ad laudem diuinam. Eum ſequitur Sotus lib. 10.de iuſtitia q.5.art.3.concluſ.1.& ad 3.eamdem ſententiam licet diuerſo fundamento, docet Panormitanus in cap.1. Notabili vltimo num.3.de celebratione Miſſarum. Philippus Decius cap.Quæ in eccleſiarum num.53.de conſtitutionibus Angelus verbo hora num.6.Roſella num.13. Tabiena dicto 15.num.16. Armilla num. 11. Turrecremata cap.Eleuterius 91.diſt.quæſt.5.refert hanc ſententiam,& non reijcit Nauarrus cap.7.de oratione num.2.dicto 3. Stefanus Durantus lib. 3.de ritibus eccleſ.cap.23.num.4. Iacobus à Graſſijs parte 1. deciſion.lib.2.cap.50.num.4.& 5.Cardinalis Bellarminus to. 4.cantrouerſiarum lib.1.de bonis operibus in particulari ca. 19.verſ.ad priorem,ait. *Iure diuino teneri Clericos,& Monachos ad vacandum precibus,et laudibus Dei,magis, quam cæteros,tamen formam illam precum,et laudum,quæ nunc eſt in uſu, non à iure diuino, ſed ab eccleſiæ determinatione pendere.*

4 Secunda ſententia docet, obligationem recitandi diuinum officium,ſeu horas canonicas eſſe ſolius iuris eccleſiaſtici. Ratio eſt, quia nullum aſſignari poteſt ius diuinum immediate obligans prædictos clericos ad aliquod officium diuinum recitandum,nam ſi tale ius daretur, vel eſſet poſitiuum, vel naturale; non primum, quia, neque in ſacris litteris ſcriptum inuenitur, neque per traditionem Sanctorum Apoſtolorum habetur, non ſecundum, quia nullo diſcurſu euidenti,nullaque ratione efficaci poteſt talis obligatio colligi ex ſolo charactere clericali:nam etiam ordines minores, cum imprimant characterem,inducerent aliquam obligationem; neque talis obligatio ſequi poteſt ex vi ſacri ordinis,nã tunc, quo ſacratior eſſet ordo, eo maior obligatio ex eo ſequeretur, quare ad maiorem orationem eſſet obligatus Presbyter,quam Diaconus,& Epiſcopus, quam Presbyter;hoc autem falſum eſt,ergo,& antecedens. Denique inſtitutio canonicarum horarum eſt eccleſiaſtica,vt omnes fatentur,ergo etiam præceptum de ipſis recitandis,erit eccleſiaſticum. Hãc ſententiam docuerunt Ioannes de Lignano, & Laurentius Rodulphus, in Clementina 2. de celebratione Miſſarum, vt refert Panormitanus loco ſupra citato;Cardinalis clemen tina 1.eodem tit.Sylueſt.ver. horæ q.8.num.9. in hanc ſententiam videtur magis inclinari Armilla ver.horæ,num.11. Hãc ſententiam ſequuntur P.Azorius tom.1.lib.10.cap.1.quæſt.7.

P.Suar-

Digitized by Google

P.Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis cap. 16.num.4. P.Filliucius tom.2 tract.23.cap.5.quæſt.1.dicto 2. num. 146. Bonacina tom.1. tractat. de officio diſputat. 1. quæſt.2.puncto 3.num.1.& 2.

5 Pro ſolutione huius dubij,mihi videtur dicendum, ſi prima ſententia intelligatur,vt eam explicat S.Thomas, & Cardinalis Bellarminus locis citatis,veriſſimam eſſe,& obligationem colligi ex iure naturali,& diuino,ex vi ordinis ſacri, vt aperte oſtendit ratio pro illa allata,&, vt bene addit Nauarrus in cap.7.de oratione num.2.dicto 3.*Clericus initiatus ſacris iure naturali obligatur ad referendum Deo maiores gratias, quam laici,ſed tantum generaliter, & indeterminate, non definiendo, quæ,& quantæ debeant eſſe illæ, ſed conſuetudo immemorabilis eſt,eas faciendas per pronunciationem horarum canonicarum.* Si vero intelligatur,vt eam explicat Panormitanus,Decius, Angelus,& alij,præſertim Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art. 3.ad 3.vbi ait. *Obligationem hanc partim eſſe de iure diuino:nā in genere, quod omnes clerici ſacris initiati ad aliquod officium diuinum teneantur,ius diuinum eſt, ſuper quo Papa diſpenſare non poteſt: quod autem hoc,aut illud dicatur; ius eſt poſitiuum eccleſiaſticum, ſuper quo Papa ratione id legitima exigente,diſpenſare poteſt.* Eodem fere modo eam explicat Iacobus à Graffiis loco citato, ſi inquam ſic intelligatur non videtur probabilis,tum quia nulla probabili ratione dici poteſt,prædictos clericos teneri ad orandum ſepties in die, nam licet Dauid,id ſe feciſſe,dixerit,non tamen nobis naturale,aut diuinum ius explicauit;ſed tantum conſuetudinem ſuam narrauit,tum etiam quia licet prædicti clerici ſpeialius ad laudādum Deum,ratione ſui ſtatus obligentur;non tamen ex illa ſpeciali obligatione euidenti ratione deduci poteſt ex vi iuris diuini, eos ad aliquod diuinum officium quotidie recitādum teneri,nam poſſent naturali obligationi ſatisfacere,recitando coronam,vel roſarium Beatæ Virginis, quare falſum eſt,quod ex hac ſententia inferunt Panormitanus, & alij, ſolum poſſe Papam diſpenſare, vt predicti non dicant hoc,vel illud officium,non vero,vt nullum dicant, nam cum diuinū officium,tam quo ad ſubſtantiam, quam, quo ad modum pēdeat ex eccleſiaſtico præcepto, poteſt Papa ſuper vtroque diſpenſare,vt docent cōmuniter DD. quos infra citabo,cū de cauſis,quæ excuſant à recitatione diuini officij agemus.

6 Quæ-

6 Quæres, an præceptum eccleſiaſticum, quo Clerici ſacris Ordinibus initiati tenentur quotidie recitare diuinum officium, ſit expreſſum in iure? Reſpondent affirmatiue omnes, fere Canonici iuris interpretes, & communi conſenſu aſſerũt cap Presbyter diſt. 91. & cap. 1. de celebratione Miſſarum, in quibus iiſdem verbis dicitur. *Presbyter mane matutinali officio expleto, penſum ſeruitutis ſuæ canendo primam, tertiam, ſextam, nonamque perſoluat*. Ita Gloſſa in cap. ſi quis presbyter 92. d. & in cap. 1. de celebratione Miſſarum, verbo ſeptenarius. Panormitanus ibi num. 4. Auguſt. ver. hora q. 3. Sylu. ibi quæſt. 2. num. 3. dicto 5. Tabiena quæſt. 1. num. 2. & §. 3. nu. 4. Armilla num. 1. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. concluſione 1. Nauarrus cap. 7. de oratione num. 2. dicto 3. Petrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dubio 3. concluſione 1. & alij.

7 Dices in prædictis Canonibus, ſolum eſt ſermo de presbytero, non vero de diacono, & ſubdiacono, ergo de his duobus non eſt expreſſum præceptum in iure. Reſpondet Panormitanus loco citato, quem omnes alij ſequuntur, in prædictis canonibus nomine presbyteri, comprehendi diaconum, & ſubdiaconum, nam hoc nomen ita ſolet interdum accipi in iure, vt in cap. 2. de cohabitatione clericorum, & mulierum vbi dicitur, *Si quiſquam ſacerdotum, ideſt presbyter, diaconus, vel ſubdiaconus*, vbi aperte nomen ſacerdotis extenditur, etiã ad diaconum, & ſubdiaconum, & tamen illa eſt lex pœnalis, quæ deberet potius reſtringi, ſed prædicta reſponſio non oſtendit hoc præceptum, quoad Diaconos, & ſubdiaconos, eſſe in iure expreſſum, neque poſſe in eo fundari, nam in dicto cap. 2. non ponitur nomen presbyteri, ſed ſacerdotis, quod ſecundum etymologiam ampliorem habet ſignificationem, dicitur enim ſacerdos, quaſi ſacra dans, vel faciens, quod cum aliqua proportione conuenit etiam diacono, & ſubdiacono, & quamuis nomen presbyteri ab ætate ſumptum ſit, vſu tamẽ ſacræ ſcripturæ impoſitum eſt ad ſignificandum aliquid maius diacono, nam, vt bene probat S. Hieronymus in epiſtola 85. ad Euagrium, ſignificat Epiſcopum, & in multis ſcripturæ locis oſtendit, eoſdem eſſe presbyteros, quos epiſcopos, & in fine concludit dicens, *Presbyter, & Epiſcopus aliud ætatis, aliud dignitatis eſt nomen, vnde, & ad Titum, & ad* Timotheum *de ordinatione* Epiſcopi, *et diaconi dicitur, de presbyteris omnino*

reti-

Digitized by Google

retinetur;quia in Epiſcopo, & presbyter continetur. Prædicta Epiſtola refertur à Gratiano in cap. legimus diſt.93.

8 Alij probant, prædictum præceptum, etiam quoad diaconos, & ſubdiaconos expreſſum eſſe in iure, ex cap. dolentes de celebratione Miſſarum, vbi Innocentius III. in Concilio Lateranenſi Generali,præcipit Prelatis eccleſiarum,& minoribus clericis in virtute obedientiæ, *vt diuinum officium nocturnum pariter,& diurnum,quantum eis Deus dederit, ſtudioſè celebrent pariter,& deuote*. vbi Gloſſa verbo diuinum officium,ait,*ad quod etiam ſine iſtô præcepto tenentur,ſupra eodē presbiter*. Prædictum cap. dolentes ad hoc probandum afferunt Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5.art.1.concluſ.3. Sanctus Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.1. Angelus ver.hora num 3. Sylu.ibi quæſt.2.num.3.dicto 5.Tabiena §.3.num.4. Iacobus à Graſſijs p.1.deciſ.lib.2.cap.50.num. 6. Petrus de Aragonia 2.2 quæſt.83.art.12.dub.3.concluſ.1. Ludouicus Miranda to. 1.Manualis prælatorum regularium quæſt. 37.art.7. concluſ. 1.Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.12. num.1. P.Gregorius de Valentia tom 3.diſp.6.quæſt.2.puncto 10.§. quinā teneantur.P.Thomas Sanchez tom.2.conſili orum moral.lib. 7.cap.2.dub.1.concluſ.3.num.6. ſed neque hic canon continet expreſſum præceptum, tum quia in eo non exprimitur, qui ſint illi minores clerici, nam cum ibi dicantur minores, reſpectu Prælatorum,videntur potius eſſe presbyteri, quam diaconi,& ſubdiaconi, tum etiam, quia Concilium videtur loqui de officio publico, ad quod non ratione ordinis ſacri, ſed ratione beneficij tenentur. Adde, quod nomine clericorum minorum,poſſunt etiam intelligi clerici minoribus ordinibus initiati,quatenus ſunt inferiores prælatis, cum quibus,tamquam maioribus, ibi comparantur, & ideo non eſt cenſendum tale præceptum latum fuiſſe à Concilio de recitandis horis canonicis, nam etiam clericos nō in ſacris obligaret, cuius contrarinm conſtat ex communi conſuetudine, ſed tantum fuiſſe latum de modo recitandi horas,& obligare illos,qui aliunde illas recitare tenebātur,vt Prælatos,& alios, qui ipſis ſubditi ſunt,ſiue ſint ſacerdotes,ſiue diaconi,vel ſubdiaconi,ratione ordinis ſacri, ſiue ſint clerici minoribus initiati ordinibus, ratione beneficiorum eccleſiaſticorum, vt ſignificauit Gloſſa ſupra citata, verbo,diuinum officium.

9 Quare alij probabilius putant, non ſolum diaconos,& ſub-

Z diaco

Digitized by Google

diaconos,ex antiqua, & generali totius eccleſiæ conſuetudine obligari ad horas canonicas recitandas,cum nullus canon ſcriptus reperiatur,qui eos ebliget; ſed etiam presbyteros,cũ in ſupracitatis canonibus, qui expreſſe de ipſis loquuntur, non feratur de nouo præceptum, ſed potius ſupponatur ex traditione,& antiquiſſima cõſuetudine, & hoc modo meminit huius obligationis omnium clericorum,qui ſacris ordinibus ſunt initiati, Concilium Baſilienſe ſeſſ.21. titulo qualiter extra chorum horæ canonicæ dicendæ ſint,dicens. *Quoſcũque alibi beneficiatos,ſeu in ſacris conſtitutos, cum ad horas canonicas teneantur,admonet hæc ſancta ſynodus*, vim igitur hæc conſuetudo ſit rationabilis,& legitime præſcripta, vim legis habet,iuxta caput finale de conſuetudine fin. quod ſit rationabilis,conſtat ex eo,quod prædicti per ſacrorum ordinum ſuſceptionem acquirunt in eccleſia ſtatum, à quo nõ poſſunt reſilire,qui ſtatus,cum ad cultum Dei, ipſiuſque laudes celebrandas ſit inſtitutus,merito ratione huius ſtatus obligantur in genere præ cæteris ad diuinas laudes celebrandas, & quia non erat rationi conſentaneum, vt in prædictis laudibus ferentur in incertum, determinatæ ſunt laudes, & preces in horis canonicis,ad quas,accedente conſuetudine,inuecta eſt obligatio:quod vero ſit legitime præſcripta, manifeſtum eſt, cum à temporibus Apoſtolorum cœperit, & vſque ad præſens tempus ſemper continuata fuerit, vt diffuſe probaui ſupra cap.1.dubio 4.num.5. & 6. & hanc ſententiam expreſſe docet Sanctus Thomas quodlibeto 6.art.8.Caietanus in ſumma verbo horæ,cap.1.vbi ait.*quamuis ex præcepto in iure contento ſoli presbyteri expreſſi inueniantur; communiter tamen tenetur, quod quicunque in ſacro ordine conſtitutus*. Quibus verbis ſignificat diaconos,& ſubdiaconos ex conſuetudine teneri,expreſſius Nauarrus cap.7.de oratione num.2. dicto 3.vbi ait,*Subdiaconos,et diaconos,non tam iure humano ſcripto, quam lege naturali diuina determinata per vniuerſalem conſuetudinẽ ad eas obligari cæpiſſe*, cum ſequitur P.Ioannes Azorius tom. 1.lib.10.cap.5.quæſt.fin.P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis cauonicis cap.16.num.9.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia, cap.37.dubitat.9.num.45.P.Reginaldus in praxi lib.18.cap. 11.lect.1.num.136.P.Filliucius tom.2. tract.23.cap.5. quæſt. 1.dicto 1.num.144.

10 Quæres,an infans,cui ante rationis vſum collati ſunt ordi-

nes

Digitized by Google

nes ſacri, teneatur diuinum officium recitare? Reſpondeo, hoc dubium pendere ex altero dubio, an prædictus teneatur ſeruare continentiam circa quod ſunt duæ ſententiæ. Prima affirmat. Ratio eſt, quia acceſſorium ſequitur principale: ſed principale eſt character, & poteſtas ordinis, acceſſorium eſt obligatio ad continentiam, non voto ſuo, ſed ſtatuto eccleſiæ: ſed illa valide conferuntur, ergo etiam hæc valida eſt, ita expreſſe docet Paludanus 4. diſt. 37. quæſt. 1. art. 2. concluſion. 3. quem ſequitur S. Antoninus 3. parte tit. 1. cap. 8. concluſion. 2 Ledeſma 2. parte 4. q. 55. art. 4. poſt initium. Ex hac ſententia ſequitur, prædictum multo magis teneri ad recitationem diuini officij, quod eſt onus ab eccleſia annexum ordinibus ſacris, non tempore infantiæ, ſed cum ad vſum rationis peruenerit.

11 Secunda ſententia communis, & vera docet, prædictum non teneri ad ſeruandam continentiam. Ratio eſt, quia eccleſia non vult ad continentiam obligare, niſi illos, qui libere conſentiunt, ſed infantes nullo modo conſentiunt, ergo: ita docent S. Bonauentura in 4. diſt. 25. art. 2. q. 2. in corpore, ad vltimum Riccardus eadem diſt. art. 4. quæſt. 2. ad 3. Paludanus ſibi contrarius eadem diſt. quæſt. 3. art. 1. concluſ. 3. fin. ver. ad illud, Maior. 4. diſt. 24. quæſt. 2. argum. 5. §. ſed hanc determinationem, fin. Almain. quæſt. 2. §. ſed tunc quæritur; Sotus 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. 2. poſt 3. concluſionem, §. quod ſi roges, & lib. 7. de iuſtitia quæſt. 2. art. 5. fin. Cardin. Toletus lib. 1. cap. 61. num. 2. P. Martinus Fornarius tract. de ordine cap. 3. num. 8. Viualdus de ſacramento ordinis num. 17. Rodriquez 2. par. ſummæ cap. 96. num. 4. P. Henriquez lib. 10. cap. 14. num. 3. P. Azorius tom. 1. lib. 13. cap. 14. quæſt. 9. P. Sanchez lib. 7. de matrimonio diſp. 30. num. 7. P. Vaſquez tom 3. in 3. partem diſp. 246. cap. 3. num. 27. & 30. P. Aegidius Coninc. diſp. 20. de ſacramento ordinis dubio 14. num. 134. P. Filliucius tom. 1. tract. 10. parte 2. cap. 4. quæſt. 3. dicto 3. nu. 128. Paulus Squilas. parte 1. de obligatione clericorum dubio 18. num. 34. 84. & 85. pag. 65. Molfeſius tract. 5. cap. 4. num. 11. Bonacina tom. 1. tract. de matrimonio quæſt. 3. puncto 9. propoſitione 2. nu. 14. & tract. de officio diſp. 1. quæſt. 6. puncto 2. num. 16.

12 Ex hac ſententia ſequitur illum, cui in infantia collati ſunt ſacri ordines, non ſolum in infantia non teneri diuinum officium recitare, cum tunc impotens ſit ad talem recitationẽ,

cum nequeat humanas actiones exercere, ſed neque etiam in adoleſcentia, niſi Ordinis ſuſceptionem ratificauerit, poſtquã ad rationis vſum peruenerit, & ratio eſt, quia neque tunc tenetur ſeruare caſtitatem, niſi ratificauerit, vt docent doctores prædicti, nam vtrumque eſt onus ordini ſacro annexum.

13 An ille, qui, ante pubertatem, vel ante annum 16. eſt ſacro Ordine initiatus, teneatur diuinum officium recitare? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima docet prædictum non teneri ſeruare caſtitatem, quod eſt principale onus Ordini ſacro annexum, ac proinde, neque alia onera minus principalia, quorum vnum eſt recitare diuinum officium. Ratio eſt, quia ſicut olim profeſſio facta in Religione ante annum pubertatis, qui eſt annus 14. in viris, & nunc de iure nouo Concilij Tridentini, ante annum 16. non obligat, ita neque votum caſtitatis annexum ordini ſacro ſuſcepto, ante annum 16. obligat, & eadem ratione, neque ad recitandum diuinum officium. Secundo, quia ſola characteris impreſſio, ſicut non poteſt prædictum obligare ad principale onus ordini ſacro annexum, quod eſt continentia, ita nec ad onera minus principalia, quorum præcipuum eſt recitatio diuini officij, ita P. Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio diſputat. 30. num. 12. & 13. Rodriquez parte 2. ſummæ cap. 96. concluſ. 4. Paulus Squillans de obligat. cleric. parte 1. dubio 18. num. 34. 84. & 85. fol. 63. Molfeſius in ſumma tract. 5. cap. 4. num. 11. P. Filliucius tom. 1. tract. 10. parte 2. cap. 4. quæſt. 3. num. 128.

14 Sed prædicti Doctores limitant ſuam ſententiam, niſi poſt legitimam ætatem verbo, vel facto ratificet ſuſceptionem Ordinis ſacri, vtendo illo, prædicta autem ratificatio, tunc vera, & legitima cenſetur, ita vt reſilire non poſſit, quando libere, & ſcienter vtitur ordine ſacro ſuſcepto, non vero per ignorantiam, qua crederet ad Ordinem adſtringi, quæ autem ſit legitima ætas, in qua prædictus tenetur reſilire, aut ſuſceptum ordinem ratificare, ex iure antiquo, & communi doctorum ſententia, eſt, cum primum peruenerit ad annum 14. qui in viris eſt annus pubertatis, ſed P. Sanchez diſputat. 30. cit. num. 10. addit, hoc tempus cõtradicendi durare hodie, vſque ad 16. annum, & ſtatim, eo expleto, quia ad profeſſionis valorem hic annus ſucceſſit nouo iure Tridentini pubertati.

15 Secunda ſententia affirmat, prædictum teneri ad ſeruandam caſti-

caſtitatem,ac proinde ad omnia alia onera ſacro ordini annexa. Ratio eſt,quia ille,qui vult principale, vult etiam acceſſorium,ſed principale eſt ordo, acceſſorium vero eſt votum caſtitatis,& alia onera ſacro ordini annexa inter quæ eſt onus recitandi diuinum officium, ergo,qui ante annum pubertatis,vel 16.vult ordinem ſacrum ſuſcipere, vult etiam onera ordini ſacro annexa,ita docet Paludanus in 4.diſt.37. quæſt.1.art.2.concluſ.3.Caietanus 2.2.quæſt.88.art. 9. dubio primo prope finem Sotus lib.7.de iuſtitia quæſt. 2.art 5.fin.& quæſt.3.art.2.poſt 4.concluſ. column. penultima. P.Gregorius de Valentia tom.3,diſp.6.quæſt.6.punct. 6.fin. verſ.ſed occurrit argumentum,Clauis Regia lib.6.cap.5.num. 4.ver. Nec contra hoc.Bonacina tom.1.tract. de impedimentis matrimonij quæſt.3.punct.9.num.16. & tract. de officio diſp.1. quæſt.6.punct.2.num. 17. & hæc ſententia mihi videtur probabilior,& vera.

16 Ad rationes igitur primæ ſententiæ, Reſpondeo, & ad primam dico, diuerſam eſſe rationem ſuſceptionis Ordinis ſacri à profeſſione religioſa,nam in ſuſceptione Ordinis ſacri, interuenit ſacramentum,quod non poteſt eccleſia, quoad eſſentialia mutare,& ideo, qui illud voluntarie ſuſcipit v.g.anno 10.vel 13, obligatur ad omnia onera illi annexa. In profeſſione vero, cum nullum inteueniat ſacramentum, poteſt eccleſia ſolemne religionis votum ex iuſta cauſa irritare,& de facto fecit,præſcribendo ætatem 16.annorum,ad profeſſionem valide emittendam,& ideo ante dictum annum emiſſa non obligat.de iure nouo Concilij Tridentini ſeſſ 25. de Regularibus cap.15. Ad ſecundam ſolam characteris impreſſionem.quæ ab eccleſia irritari non poteſt,obligare non ſolum ad caſtitatem ſeruandam, ſed etiam ad omnia alia onera,& ideo negatur aſſumptum.

17 Quæres,an ille, qui metu cadente in conſtantem virum ſacros ſuſcepit ordines,teneatur caſtitatem ſeruare, ac diuinũ officium recitare? Reſpondeo, vt hoc dubium bene explicetur; ſupponendum eſſe primo, ſi aliquis,ita metu adductus fuiſſet ad ſacros ordines ſuſcipiendos,vt nullo modo conſentiret,ſed repugnaret interius,hic ſine dubio, ſicut non ſuſciperet verum Ordinem,ſic nec etiam obligaretur ad caſtitatẽ, nec alia onera ordini ſacro annexa,ſi vero hic metu coactus, interius conſenſiſſet,certum eſſe,verum ordinem ſuſcepiſſe.

etiam

etiam ſi fuiſſet metus mortis cadens in conſtantem virum, ratio eſt, quia quicumque conſenſus, quouis metu extortus eſt ſimpliciter verus conſenſus, & de hoc dubitatur, an hic ſic ordinatus teneatur ad ſeruandam caſtitatem, & ad alia onera Ordini ſacro annexa. Secundo ſupponendum eſſe, propoſitum dubium ſolum locũ habere, ſi metus fuit mortis extrinſecus illatus, & cadens in virum conſtantem; nam ſi non fuit huiuſmodi, vel quia non extinſecus illatus; ſed natura accidit, qualis eſt metus mortis ex infirmitate, vel quia non fuit mortis, vel quia licet fuerit mortis, non fuit cadens in virum conſtantem, certum eſt illum, qui hoc modo ſuſcepit ordines ſacros, obligatum manere ad ſeruandam perpetuam caſtitatem, & cœtera onera ſacro ordini annexa. His poſitis, eſt dubium inter doctores.

18 An ille, qui metu graui, puta mortis ab extrinſeco illato cadente in virum conſtantem ſacros ordines ſuſcepit, & conſenſit interius teneatur ſeruare caſtitatem, & diuinum officium recitare? Circa quod ſunt duæ ſententiæ. Prima affirmat, ratio eſt, quia in iure ſolum votum caſtitatis in religione emiſſum eſt irritum, & de hoc ſolum loquitur cap. perlatũ de ijs, quæ vi, metuſue cauſa fiunt, cœtera vero nullo iure irrita videntur, ac proinde votum ab ordinato per metum emiſſum expreſſe, vel interpretatiue, etiam ſi ſit ſolemne, firmum, & ratum manet, ideoque non minus obligat, quam ſi ſine metu fuiſſet emiſſum. Secundo quia acceſſorium ſequitur principale, ſed prædictus voluntarie ſuſcepit ordinationem, ita, vt vere ſuſceperit Ordines, quod eſt principale, ergo etiam obligationem ad caſtitatem, & alia onera, ſacro ordini annexa, quod eſt acceſſorium, ita S. Raimundus in ſumma lib. 3. tit. de ætate ordinandorum §. 16. fin. Paludanus in 4. d. 38. q. 3. art. 4 concluſ. 6. Panormitanus in cap. Maiores de baptiſmo §. vltimo num. 7. S. Antoninus 3. par. tit. 14. cap. 16. §. 18. Sylueſter verbo Ordo 4. quæſt. 1. dicto 2. Tabiena verbo Ordo 2. §. 17. num. 18. fin. Armilla ibi num. 14. Sotus lib. 7. de iuſtitia quæſt. 2. art. 5. ad 4. fin. Rota in deciſionibus recens excuſſis deciſione 660. P. Gabriel Vaſquez tom. 3. in 3. p. diſputat. 246. de ordine cap. 3. num. 34.

19 Secunda ſententia docet, prædictum non teneri ad ſeruandam caſtitatem, ac proinde, neque ad recitationem diuini officij, ratio eſt, quia hæc ſunt onera adiuncta Ordini ſacro ſponte

ſponte ſuſcepto, ſed hic metu coactus Ordines ſacros ſuſcepit, ergo non obligatur ad illa. Secundo quia hic non poteſt obligari, niſi ex voto, quod emittit, dum initiatur, ſed votum metu graui extortum iure naturæ eſt irritum, quia Deus nullo modo poteſt cenſeri talia vota acceptare, ſed ſine Dei acceptatione nullum votum obligat, ergo votum metu graui extortum non obligat, ſi vero, ceſſante metu, ratificet verbo, aut facto ſemel ſaltem vtendo ordine ſuſcepto abſque vlla coactione, in poſterum non licebit ei reſilire; ſed tenebitur ſeruare caſtitatem, & diuinum officium recitare, inſtar aliorum clericorum, qui ſponte ſacris ordinibus ſunt initiati, quia per illam liberam ratificationem elegit in ordine ſuſcepto permanere, ac proinde ad eius onera ex tunc obligabitur. Hanc ſententiam ſequuti ſunt Rolella, verbo Ordo 3. num. 6. Iacobus Almainus in 4. diſt. 37. quæſt. vnica, ante medium, Maior. in 4. diſt. 24. q. 2. §. ſed hanc determinationem fin. Gloſſa in cap. Maiores de baptiſmo, verbo conditionaliter, Sotus contrarius ſibi in 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. 2. concluſ. 3. fin. Nauarrus in manuali cap. 22. num. 51. verſ. nonum, & li. 1. conſiliorum tit. de ijs, quæ vi, conſilio 2. num. 4. & conſilio 3. num. 4. conſilio 4. num. 4. Rodriquez par. 1. ſumm cap. 225. concluſ. 5. & par. 2. cap. 96. num. 4. concluſ 4. Viualdus in candelabro recognito tract. de ſacramento Ordinis tit. de Miniſtro num. 18. P. Emanuel Sà in ſumma verbo Ordo num. 24. vbi ait *Ordinatio per metum tenet, ſed non obligat, ſi ſit metus grandis, ad caſtitatem, nec ad officium*. P. Ioannes Axorius tom. 1. lib. 13. cap. 14. quæſt. 8. P. Thomas Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 29. num. 7. & tom. 1. in præcepta lib. 4. cap. 3. num. 19. P. Aegidius de Coninch. tom. 2. diſp. 20. de ſacramento Ordinis, dubio 14. num. 145. P. Filliucius tom. 1. tract. 10. cap. 4. quæſt. 3. num. 126. Andreas Victorellus in annotationibus ad caput 3. num. 7. tractatus de Ordine P. Martini Fornarij, qui habetur poſt ſummam Toleti, verbo Ordinatus metu, Bonacina tom. 1. tract. de matrimonio q. 3. punct. 9. num. 12.

20 Pro ſolutione huius dubij Dico, primam ſententiam eſſe valde probabilem, tum propter rationes pro ea allatas, tum etiam propter auctoritatem multorum doctorum, nam eſt communis omnium canonici iuris interpretum, quia præter illos, quos ſupra num. 18. citaui, eam docent Hoſtienſis in ſumma de ætate, & qualitate ordinandorum num. 5. Archidiaco-

diaconus cap.de Iudæis diſt.45.fin.ibi Cardin. & in Clementina vltima de ætate,& qualitate ordin.§.vltimo num.14. Io: Andreas, Antonius Butrius, Henricus Boich in cap. Maiores de baptiſmo §.vltimo, Præpoſit.in cap.1.diſt.74.& alij. Secúdam vero ſententiam eſſe probabiliorem, ſi concedamus, votum metu extortum, iure naturæ eſſe irritum; quare, Ad primam rationem primæ ſententiæ, concedo in iure eccleſiaſtico ſolum votum caſtitatis in religione, ſeu profeſſione religionis metu emiſſum eſſe irritum; ſed iure naturæ, etiam alia. Ad ſecundam rationem reſpondeo, verum eſſe acceſſorium ſequi principale, quado in vtroque eſt par ratio, ſed in caſu noſtro eſt diuerſa, nam in principali ponuntur omnia eſſentialia ad ordinationem, & ideo prædictus recipit ordinem & characterem, ſed in acceſſorio deſiderantur, nam deeſt voto, Dei acceptatio, eſſentialiter requiſita ad eius valorem.

21 Quæres, an ſi quis per ignorantiam fuiſſet ſacris ordinibus initiatus, quia nimirum neſciebat, quid ſuſciperet, teneatur diuinum officium recitare? Reſpondeo cum diſtinctione, nã aut ille penitus ignorabat, ſe ordinem ſacrum recipere, dum initiaretur, aut ſciebat quidem ſe ad ordinem ſacrum promoueri, ſed ignorabat hoc onus, quotidie diuinum officium recitandi, eſſe ordini ſacro annexum, ſi primum, non cogitur diuinum officium recitare, quia non ſuſcepit ſacrum Ordinem voluntarie, cum ignoraret omnino, quid faceret, nam ignorantia iuſta tollit voluntarium, ſi ſecundum, iure compellitur diuinum officium recitare, ſicut, & cotinentiam ſeruare, quia hæc onera implicite ſuſcepit, eo ipſo, quod ſciens, & volens ſacros ſuſcepit ordines, quamuis neſcierit, ſe ea lege obligari; nam qui aliquid ſciens facit, iure cenſetur facere, quidquid eſt ei annexum, quod facit. Qui enim Prætoris officium ſciens recipit, ſuſcipit etiam voluntariè omnia onera illi officio connexa, ſic docet Simon Maiolus lib.4. de irregularitate cap.36. columna penultima verſ.quandoque etiã, P. Ioannes Azorius tom.1.lib.13.cap.14.quæſt.10.P. Aegidius de Coninch.tom.2.de ſacrament.diſp.2.de ordine dub.14.nu. 141.verſ.ſecundo poſſet.

22 Quæres, an ſi Romanus Pontifex diſpenſet, cum aliquo, qui habet ſacros ordines, puta ſubdiacono diacono, aut ſacerdote, vt vxorem ducat, hoc ipſo cenſeatur, illum liberare à præcepto, & obligatione recitandi diuinum officium? Reſpondeo

deo, circa hoc dubium, duas eſſe ſententias. Prima negat: ratio eſt, quia ſacerdotes græci matrimonio ſunt iuncti, & tamen diuinum officium recitare coguntur. Secundo quia diſpenſatio eſt odioſa, & ideo eſt reſtringenda. cap. 1. de filijs presbyterorum lib. 6. quia eſt à iure communi exorbitans; iuxta Regulam 28. de Regulis iuris in ſexto; *Quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda*. Denique, vt bene docet Dominicus in cap. 1. num. 12. de filijs presbyterorum lib. 6. quem ſequitur Felinus in cap. poſtulaſti. nu. 10. de Reſcriptis, diſpenſatio facta ſuper vno actu, non extenditur ad alium actum acceſſorium, ſine quo poteſt conſiſtere, & eſſe vtilis actus ille ſuper quo facta eſt diſpenſatio, ſed liberatio ab obligatione recitandi diuinum officium, non eſt neceſſarius ad coniugium, quia coniugatus poteſt recitare diuinum officium, & multi ſæculares coniugati de facto illud recitant, ergo diſpenſatus ad coniugium, non cenſetur liberatus ab obligatione recitandi diuinum officium. Hunc caſum in terminis proponit Nauarr. lib. 3. conſiliorum conſilio 21. de celebratione Miſſarum, vbi affert rationes pro vtraque parte, ſed nihil definit, hanc tamen partem negatiuã magis confirmat. Hanc ſententiam expreſſe docet P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 5. vbi addit, quod tunc, *Iuſta ſubeſſet cauſa, qua Romanus Pontifex prædictum ſoluat lege preces canonicas recitandi, eo quod difficile, et graue ſit onus clerico rei familiari, et vxoriæ vacanti*. Idem docet Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 2. punct. 3. num. 5. ſecus vero de religioſo profeſſo ad chorum deputato, ſed non in ſacris, de quo infra agemus.

23 Secunda ſententia diſtinguit, nam ſi prædictus ſacris ordinibus initiatus, cum quo ſummus Pontifex diſpenſauit, vt matrimonium ineat, clericalem habitum non mutauit ad vtendum diſpenſatione, donec illum retinet, tenetur diuinum officium recitare. Ratio eſt, quia non dum à ſtatu priſtino receſſit, & poteſt interim, ſi eſt ſacerdos, celebrare, ac beneficij fructibus frui, & cœteris clericorum priuilegijs gaudere; ſi vero clericatum omnino deſerit, habitum ſæcularem induens, vt vtens diſpenſatione, matrimonium contrahat, liberatur ab obligatione recitandi diuinum officium. Ratio eſt, quia iam tranſlatus eſt ad ſtatum ſæcularem, ſolo manente charactere indelebili, quare, ſicut tunc non gaudet priuilegijs

Digitized by Google

clericorum, ita etiam debet ab oneribus ſacris ordinibus annexis, manere exemptus, hanc ſententiam docet expreſſe P. Thomas Sanchez lib.8.de matrimonio diſp. 8.num.11.Paulus Squillans de obligatione clericorum parte 1.dub.17.hæc ſecunda ſententia mihi videtur probabilior.

24 Quæres, quid dicendum ſit, ſi quis poſtquam matrimonium ratum, cum aliqua contraxit, clam ad ſubdiaconatum, vel diaconatum ordinem promoueatur, quem poſtea ſummus Pontifex, iuxta ſacros canones à ſuſcepti ordinis officio, & munere deiectum ad ſuam vxorem redire compelleret? An prædictus in hoc caſu ſolutus etiam eſſet ab obligatione recitandi diuinum officium? P. Ioannes Azorius loco citato expreſſe affirmat, ipſum teneri officium recitare, eadem ratione, quia poſſunt coniugati id facere: ſed Doctores ſecundæ ſententiæ conſequenter reſponderent, prædictum ſolutum eſſe ab obligatione recitandi officium, & hoc mihi videtur probabilius.

DVBIVM SECVNDVM.

An Clerici ſacris ordinibus initiati, ſi ſint excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, irregulares, aut actu degradati, teneantur diuinum officium recitare?

1 RESpondeo affirmatiue, & ita docet communis ſentētia. Ratio eſt, quia prædicti ipſorum culpa in dictas pœnas inciderunt, quæ, quamuis eos priuent pluribus honoribus, non tamen eos liberant ab oneribus, præſertim, quia non priuant eos charactere indelebili in anima impreſſo, cui annexum eſt onus officium recitandi, & ideo tenentur ad ea, quæ ſunt oneris, alioquin culpa eis prodeſſet, & ex delicto commodum reportarent, quod non eſt dicendum, nam, vt bene dicit Gloſſa in cap.legi, verbo deteriores 16.quæſt.1. *Nemo ex delicto ſuo facit conditionem ſuam meliorem*. Hanc ſententiam docent Gloſſa in cap. Presbyterum diſt.28.ibi Archidiaconus, & Cardinalis Alexandrinus, Panormitanus in cap.2.num.8.de clerico excommunicato miniſtrante, Decius cap.Apoſtolicæ num.31.de exceptionibus, Turrecremata cap.qui autem diſt.91.num.11. Sanctus Antoninus 2. par. tit.9.cap.12.§.1.fin.& 3.p.tit.24.cap.76.dicto 3.fin. Ang.ver. degrada-

Digitized by Google

degradatio num.4.& verbo hora num.5. Syl. degradatio qu. 1.num.10.& verbo horæ quæſt.3.num.4.Tabiena,degradatio §.2.num.3.excommunicatio 1.num.8.& verbo horæ num.15 Armilla,degradatio num.3.& verbo horæ num.12.Sotus lib. 10.de iuſtitia quæſt.5.art.3.column.6.fin. Nicolaus de Ploue in tractatu ſacrdotali,tit.de horis canon.quæſt.12. Nauarr. in manuali cap.25.num.102.& cap.7.de oratione num.16.& 17.dicto 11.& 12.& cap.21.num.17.dicto 14.Couarr. in cap. Alma mater parte 1.§.3.num.8. & lib.3. variarum reſolutionum cap.13.num.8.verſ.12.Graffijs par.1 deciſ.lib.2.cap.50. num.19.& 21.Rodriquez par.1 ſumm. cap. 141. concluſ.14. num.15.Philiarchus par.1.lib.4.cap.5.Palatios in ſumma verbo hora & 4.diſt.15.diſp.9.Corduba in ſumma quæſt.186 Sandoual lib.de officio canonico parte 5.cap, 5. Sayrus lib. 2.de cenſuris cap.3.num.5.Naldus in ſumma verbo officium num.1.P.Valentia tom.3.diſp.6.quæſt.2. puncto 10.§. circa ſeptimum,poſt quintam cauſam P.Henriquez lib.13. de excommunicatione cap.7.num.2.& cap.55. num. 3.P. Azorius tom.1.lib.10.cap.5.quæſt. 6. P.Auila de cenſuris parte 2.cap. 6.diſp.4.dubio 6.concluſ.1.& parte 4.diſp. 8. dubio 1.concl. 2.P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap. 28,num.2.& tom.5.de cenſuris diſp.12.ſect.2.num.14.& diſp. 26.ſect.2.num.1.fin.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.9 num.45.fin.p.Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib.7. cap.2.dub.54.num.1.concluſ.vnica P.Coninch.de ſacramen. diſp.14.dub.7.num.54.P.Laymau tom.2.lib.4. tract.1.cap.4. num.4.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.4.quæſt.1. num.280. Bonacina tom. 1. tract.de officio diſputat.1.quæſt.2.puncto 3.num.3.

2 Quæres,an excommunicatus poſſit officium diuinum recitare,cum alio ſocio,an vero teneatur illud ſolus priuatim dicere? Reſpondeo,circa hoc, duas eſſe ſententtas. Prima docet,ſolum eſſe prohibitum communicare, cum excommunicato in oratione publica, non vero in oratione priuata,ac proinde,neque ipſi excommunicato prohibitum eſſe in oratione priuata,cum alijs communicare; ſed excommunicatus recitans diuinum officium priuatim, orat priuata oratione, quia non illud recitat,vt miniſter publicus, & ideo non poteſt dicere,Dominus vobiſcum, vt infra dicemus,ergo poteſt illud recitare,cum ſocio,probatur maior,nam poteſt excom-

municatus cum alijs audire concionem cap reſponſo de ſententia excommunicationis, & initio dicere ſalutationem Angelicam, cum alijs idemque facere audito ſigno, quod ad ſalutandam Virginem dari ſolet, quia licet ſignm ſit publicũ, oratio tamen vniuſcuiuſque priuata eſt: ex his ſequitur, ſi excommunicatus velit officium Beatæ Virginis, vel defunctorũ, cum ſocio recitare non eſſe illi prohibitum, quia illa eſt oratio priuata. Hanc ſententiam videtur docere Nauarrus in manuali cap. 27. num. 36. verſ. ad quintum, P. Suarius tom. 5. de cenſuris diſp. 12. ſect. 2. num. 16. videtur cenſere hanc ſententiam eſſe probabilem, nam num. 17. ſequenti, contrariam dicit probabiliorem.

3 Secunda ſententia communis, & vera docet, excommunicatum non poſſe officium diuinum, cum alio recitare. Ratio eſt, quia excommunicato prohibitum eſt, cum alijs communicare, ſed recitare officium, cum alio, eſt quædam communicatio, ergo id non ei licitum; Maior probatur, ex cap. excommunicatos. 11. quæſt. 3. vbi dicitur Nec *cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet*, & in cap. ſequenti dicitur. *Cum excommunicato, neque orare, neque loqui, nec veſci liceat*, & cap. ſequenti. *Qui communicauerit, vel orauerit, cum excõmunicato, ſi laicus eſt, excommunicetur, ſi clericus, deponatur*, In quibus iuribus, ſine dubio eſt ſermo de oratione priuata, nã coniungitur, cum communicatione in cibo, & potu, & ſermone communi, & hæc eſt communis interpretatio prædictorum canonum, & etiam vſu recepta. Hanc ſententiam docet S. Antoninus 3. parte tit. 24. cap. 76. dicto 3. fin. Ang. verb. hora num. 5. Sylu. ibi quæſt. 3. uum. 4. Tabiena §. 14. num. 35. Armilla num. 12. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. columna 7. in principio, Nauarrus cap. 7. de oratione num. 16. verſic. 11. Couarruuias cap. Alma Mater parte 1. §. 3. num. 8. Rodriquez parte prima ſumm. cap. 141. concluſ. 14. num. 15. Graffijs p. 1. deciſ. lib. 2. cap. 50. num. 19. P. Henriquez lib. 13. de excommunicatione cap. 7. nnm. 2. P. Suarius tom. 5. de cenſuris diſp. 12. ſect. 2. num. 17. P. Auila de cenſuris parte 2. cap. 6. diſp. 4. dub. 6. concluſion. 2. P. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dubio 54. num. 2. notabil. 1. P. Coninch. de ſacrament. diſp. 14. de excommunicatione dub. 7. num. 55.

4 Quæres, an excommunicatus poſſit recitare, cum alio officium B. Virginis, vel defunctorum? Reſpõdeo negatiue, quod

etiam

etiam verum eſt,etiam de officio diuino,ſi recitetur, non ex obligatione,ſed ex priuata deuotione;Ratio eſt,quia iura nu. præcedenti citata,& generalis ratio de priuatione communicationis in his omnibus procedit.ita expreſſe docet P.Suarius tom.5.de cenſuris diſput.12 ſect.2.num.17.

5 Quæres,an excommunicatus, dum priuatim recitat diuinũ officium,poſſit licite dicere Dominus vobiſcum? Reſpondeo negatiue, ratio eſt,quia ille verſiculus ſpectat ad ordinem,& præfert perſonam publicam, & ideo debet illum omittere,& loco illius dicere,Domine exaudi orationem meam, ita docet communis ſententia,ita S.Antoninus 3. parte tit.24. cap. 76.dicto 3.fin.Ang.verb.hora num.5.Sylu.ibi quæſt.3.num.4. Tabiena §.14.num.15.Armilla num. 12. Nicolaus de Ploue in tract.ſacerdotali tit.de horis canonicis quæſt.12. Nauarr. cap.7.de oratione num.16.verſ.vndecimo, vbi refert Archideaconum in cap. presbyterum 28. diſt. cum Cardinali Alexandrin.& communi,& in cap.22.num.85. verſ.ſextum, vbi citat Hoſtienſem in cap.illud de clerico excomm. miniſtr.& Albertum in cap.4.de celebratione Miſſarum quæſt.1 Couar. cap.Alma mater parte 1.§.3.num.8.Rodriquez parte prima ſumm.cap.141.concluſ.14.num.15Graſſijs parte prima deciſionum libro 2.cap.50.num.19.P.Henriquez lib. 13. de excõmunicatione cap.7.num.2.P.Suarius tom.5.de cenſuris diſp. 12.ſect.2.num.13.P.Sanchez tom.2.conſil.moral.lib.7.cap.2. dub.54 num.3.notabil.2.P.Auila de cenſuris parte ſecunda cap.6.diſp.4.dub.o.concluſ.2.P.Coninch.de ſacram.diſp.14. de excomm.dub.7.num.54.

6 Quæres, an ſi ſacerdos, vel diaconus excommunicatus in priuata diuini officij recitatione dicat, Dominus vobiſcum, peccet mortaliter,& fiat irregularis? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat, Ratio eſt,quia videtur exercere actum ordinis, hæc ſententia tribuitur Simoni Maiolo lib.3.de irregularitate, reſolutione 94. ſed immerito,nam Simon Maiolus lib.3. de irregularitate cap.21.n. 6.vbi agit de hoc caſu, loquitur de recitatione publica, & id confirmat, quia neque in recitatione priuata licite poteſt verſiculum illum dicere; ſic enim dicit, *Si excommunicatus ſacerdos audeat dicere in officio publico*, Dominus vobiſcum,*ex hoc fieret irregularis; quia adminiſtrare videtur officium ſuum, nam etiam ſi dicat domi officium priuatim, non poſſet dicere illa*

verba

Digitized by Google

verba, Dominus vobiſcum. Ex quibus verbis manifeſte apparet per officium publicum ipſum intelligere officium, quod publice recitatur in choro, nam opponit officio, quod priuatim dicitur domi, hanc tamen ſententiam videtur expreſſe docere P. Suarius tom. 5. de cenſuris diſp. 12. ſect. 2. nu. 13. vbi ait, *Adnotant Doctores, quando excommunicatus horas canonicas recitat, debere omittere ſalutationem, Dominus vobiſcum, & loco illius dicere, Domine exaudi orationem meam adeo, vt ſi ſit ſacerdos, aut diaconus, dicendo Dominus uobiſcum, irregularis fiat, ut aduertit Nauarrus, cum communi ſententia, dicto libro de oratione cap. 7. num. 16. quia iuxta uſum eccleſiæ, ille uerſiculus à ſolis ſacerdotibus, uel diaconibus dici poteſt, & præſefert perſonam publicam*.

7 Hanc tamen ſententiam limitat P. Suarius loco citato, niſi intercedat excuſatio à culpa. Hæc enim irregularitas, quæ eſt pœna non incurritur, niſi propter culpam, vt ratio pœnæ poſtulat, & quoniam illa pœna grauis eſt, cenſeo non incurri, ſine culpa mortali. In hoc ergo poteſt facile excuſari culpa mortalis, ex inaduertentia, cum leui negligentia, item ſi fiat ex quadam verecundia, ſine contemptu, licet fiat aduertendo, ex leuitate materiæ poteſt eſſe venialis culpa, quia eſt actio valde priuata, & nihil fere offendens eccleſiam, in his ergo caſibus non incurretur irregularitas, hucuſque P. Suarius, ex quo manifeſte apparet iuxta prædictã ipſius limitationem, numquam incurri irregularitatem, quia ſemper ex leuitate materiæ excuſatur culpa mortalis, & ſic ipſius ſẽtentia in re, non differt à communi ſententia, licet videatur differre in modo dicendi, nec Nauarrus in loco ab ipſo citato, quicquam dicit de irregularitate, ſed ſolum, cum communi ſententia docet, non licere excommunicato, dum recitat horas canonicas, dicere Dominus vobiſcum, vt ſupra num. quinto dixi.

8 Secunda ſententia communis docet, ſacerdotem, aut diaconum excommunicatum non peccare mortaliter, ſed tantum venialiter, ſi dum priuatim recitat diuinum officium, dicit Dominus vobiſcum. Ratio eſt, quia hæc eſt leuiſſima materia, ac proinde non incurrere irregularitatem, quæ non incurritur, niſi ob peccatum mortale, ita docet P. Auila de cenſuris parte 2. diſp. 4. dub. 6. concluſione 3. & parte 7. diſp. 9. ſect. 2. dub. 2. concluſione vnica P. Coninch. de ſacramentis

diſp.

Digitized by Google

diſp. 14. de excommunicatione dub.7.num. 54. P. Filliucius tom.1.tract.12.cap.4.num.93.P.Hurtado tract.de excommunicatione difficul.2.diſp.5.num.3.vbi ait, *Excommunicatus, priuatim recitando horas canonicas,poteſt abſque peccato dicere Dominus uobiſcum,quia poteſt illud dicere, ut priuata perſona, ſicut etiam poteſt dicere, Venite adoremus,& quamuis peccaret, dicendo Dominus uobiſcum,non peccaret,niſi uenialiter, quia eſt materia leuiſſima,ac proinde, nec ob id incurreret irregularitatē quæ quando,ob peccatum incurritur, non niſi ob mortale incurritur*. Sayrus lib.2.de cenſuris cap.3. num.5. fin. Villalobos in ſumma tom.1.tract.17.difficultate 7.num.3. Diana tom.4 tract.2.de irregularitate,reſol.94.

9 Pro ſolutione dubij, dico primo, probabile eſſe,peccare mortaliter,& incurrere irregularitatem ſacerdotem,vel diaconum excommunicatum,ſi tamquam hebdomadarius officiat in choro,publice canendo capitulum,& orationem,cum ſalutatione,Dominus vobiſcum, nam hic actus de conſuetudine eſt deputatus ordini ſacerdotali, ita docet Sylu. verbo irregularitas quæſt.13.num.15.dicto 4.vbi ait, *Si ſacerdos excommunicatus ſolemniter officiaret eccleſiam in matutinis, ueſperis,uel alys horis, ſecundum Archidiaconum,incurrit irregularitatem*,& paulo poſt,ait. *Similiter, ſi extra eccleſiam dicat horas ſuas,officiando populum,ut in exercitu,uel naui*, & infra ait. *De hebdomadario ſolemniter officiante in horis, ſecundum Aſtenſ.non eſt dubium,quod incidat,ſi etiam talis ſacerdos,non ſolemniter officiaret,ſed a caſu ſuppleret pro hbedomadario,etiā incidit, quia de conſuetudine illud officium exercetur per ſacerdotē ſolum,maxime,cum debet dicere,* Dominus uobiſcum, *quod eſt certo ordini deputatum*,& idem dicit verbo ſuſpenſio, quæſt. 1.fin.Maiolus lib.3.de irregularitate cap.21.num.6. P.Auila de cenſuris parte 7. diſp. 9. ſect. 2. dubio 2. concluſ.vnica P. Coninch.de ſacrament.& cenſuris diſp.14.de excommunicatione dub.7. num. 54.

10 Dico ſecundo,ſacerdotem,vel diaconum excommunicatum ſi priuatim,recitando diuinum officium,dicat,Dominus vobiſcum,non peccare mortaliter,ſed tantum venialiter, quia materia eſt leuiſſima, ac proinde nec incurrrere irregularitatem,quæ cum pœna ſit grauiſſima,non incurritur,niſi ob culpam grauiſſimam,ſcilicet propter peccatum mortale, & in hoc conueniunt omnes Doctores citati ſupra num.8. pro ſecunda

cunda

Digitized by Google

cunda ſententia,immo etiam ſi aduertenter id dicat,abſque contemptu,peccare ſolum venialiter ex leuitate materiæ,ita expreſſe docet P. Suarius tom.5.de cenſuris diſput.12.ſect.2. num.13.fin.& P.Filliucius tom.1.tract.12.cap.4.num.93. fin. imo addit P.Auila de cenſuris parte 2.diſp.4.dub.6.concluſ. 3.prædictum non peccare,ſi dicat, Dominus vobiſcum, recitando ſolus,ſed hoc merito diſplicet P. Coninch. loco citato num.54.fin.nam, vt docet communis ſententia, hic ſemper peccat,quia facit contra prohibitionem eccleſiæ, ſed in hoc caſu excuſatur à peccato mortali, propter leuitatem materiæ,tamdem P.Auila parte 7.de cenſuris diſp.9. ſect. 2. dubio 2.concluſione vnica addit. *Si ſacerdos dicat, non tamquam ſacerdos,ſed abſque* Dominus *vobiſcum, more Monialium, non eſt irregularis*,hoc mihi videtur probabile.

11 Quæres,an irregularis,depoſitus,& degradatus,poſſit licite dicere,Dominus vobiſcum, aut ſimul, cum alijs in choro recitare diuinum officium?Reſpondeo, & dico primo, non poſſe prædictos in eccleſia officiare,nec dicere Dominus vobiſcum,Ratio eſt, quia his omnibus priuantur, cum ſit actus ordinis,ita expreſſe docet Sylu.verb.horæ quæſt.3.num.4.Tabiena ibi quæſt.14.num.5.Armilla verbo degradatio num.3. P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7. cap.2.dubio 54.num.4.notabili 3. P.Filliucius tom. 2. tractat.23.cap.9. quæſt.1.num.280.

Dico ſecundo,prædictos,ſi non ſint excommunicati, poſſe cum alijs in choro officium recitare,non tamen eo modo,quo ſolet ab habentibus ſacros ordines recitari, ratio eſt, quia non priuantur communicatione,ſicut priuantur excommunicati, nec hoc ſpectat ad ordines, nam etiam laici poſſunt in choro,cum alijs officium recitare, prædicti vero ſolum priuantur adminiſtratione ſacramentorum, exequtione eccleſiaſticæ iuriſdictionis,& ſuſceptione Ordinum, ita expreſſe docet Sotus lib.10.iuſtitia quæſt.5.art.3. poſt medium columna 7.Nauarrus cap.21.de oratione num.17.p.Sanchez, & P.Filliucius,locis citatis.

12 Quæres,an quando prædicti,Iudicis ſententia, ſunt ad triremes damnati,teneantur diuinum officium recitare? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias, prima negat,& putat hunc eſſe communem vſum;ducitur, quia ſatis habent afflictionis,dum vi in illo ſupplicio detinentur,& animus talibus

libus raro ad obſequendum eſt comparatus. Denique, quia id cederet in dedecus Ordinis eccleſiaſtici, ſi in illa hominũ colluuie oſtenderent ſuum ſtatum, ita expreſſe P. Leonardus Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubitat. 9. num. 45. fin. P. Emanuel Sà dicit, durum eſſe obligare degradatum ad recitandũ officium, ergo multo magis id affirmaret de damnato ad triremes, P. Thomas Sanchez tom. 2. conſiliorum moral. lib. 7. cap. 2. dub. 4. num. 5. ait *Monachum exiſtentem in triremibus, ſi non habeat ordinem ſacrum, non teneri recitare*, & ſubdit, tenent Henriquez, & alij docti Magiſtri. Hanc primam ſententiam abſolute ſequuntur Homobonus de exam. eccleſ. parte 1. tract. 4. cap. 4. quæſt. 32. Antoninus, Diana par. 2. tract. 12. de horis canon. reſolutione 40.

13 Secunda ſententia docet, prædictos ad triremes dannatos, teneri diuinum officium recitare, ratio eſt, quia ipſorum culpa coguntur illam pœnam ſuſtinere, & ibi retinent ordinis ſacri characterem indelebilem, vel Religioſum ſtatum, cui annexum eſt onus recitandi diuinum officium, ita Nauarrus cap. 21. de oratione num. 20. dicto 16. in medio, hoc docet de Monacho, non dum ſacro ordine inſignito, ob ſua demerita ab ordine perpetuo in triremes iecto, quod teneatur horas recitare. P. Ioannes Azorius tom. primo lib. 10. cap. 5. quæſt. 6. vbi cum dixiſſet clericos excommunicatos, interdictos, ſuſpenſos, irregulares, & degradatos lege, & præcepto recitandi preces canonicas teneri, ſubdit. *Idem iuris eſt in eo, qui per ſententiam Iudicis fuerit ad triremes damnatus, aut à Turcis captus in triremes coniectus, & remigandi miniſterio addictus.* P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 17. num. 9. fin. vbi ait, quod *Religioſus ad triremes damnatus, licet pro tunc ſit impeditus ab vſu chori, tenetur recitare, ſi cōmode poteſt*. P. Sanchez loco citato à contrario ſenſu videtur affirmare, Monachum in triremibus, ſi habeat ordinem ſacrum, teneri recitare, hanc ſententiam docet P. Layman tom. 2. Theologiæ moral. lib. 4. tract. primo cap. 4. num. 2. Gauant. comment. in rubricas Miſſalis tom. 2. ſect. 1. cap. 4. num. 16. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſput. 1. quæſt. 2. puncto 2. nu. 3. dicit, Religioſos promotos ad ſacros ordines teneri recitare, non vero non promotos, & puncto 3. num. 4. dicit, clericum in ſacris teneri, niſi ob impotentiam excuſetur.

14 Reſpondeo ad dubium, & dico, ſi prædicti habent breuia-

rium,ipſiſque permiſſum eſt,vt officium recitent,& commode id facere poſſunt,eos ad id teneri;ſin minus,excuſari, nec puto,id facere, cedere in dedecus Ordinis eccleſiaſtici, ſed potius in aliorum ædificationem, cum omnes fere,qui in triremibus ſunt, ſciant ipſos eſſe ſacris ordinibus initiatos, vel Regulares;exiſtimo tamen,vſum plerumque eſſe contrarium, qui videtur introductus,vel quia, vt plurimum breuiario carent,vel quia ipſis non ſuppetit tempus, quo illud recitare commode valeat.

DVBIVM TERTIVM.

An Clerici minoribus Ordinibus initiati, diuinum recitare officium teneantur?

1 RESpondeo,circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat,ex vi iuris diuini,& humani,teneri prædictos clericos diuinum officium recitare,ratio eſt,quia etiam per ordines minores aſſumuntur homines in ſortem domini,& transferunt ſe in Deum, & eccleſiam, vt patet ex capit. clericus,& cap.cui portio 12.quæſt. prima. Sunt enim à laicis omnino diſtincti,& eccleſiæ priuilegijs gaudent,ergo etiam tenentur diuinum officium recitare. Hanc ſententiam videtur docere Gloſſa in cap.ſi quis presbyter, verbo deputatus 92.diſt.vbi ait,quemlibet clericum teneri ad hoc, licet non teneatur ſpecialiter ad hanc,vel illam eccleſiam,& alia Gloſſa verbo,conuenerit,ait, ex præcepto teneri clericos ad horas,extra de celebratione Miſſarum, dolentes; Innocentius cap.1.de celebrat.Miſſarum,ait;Quilibet clericus, etiam in non ſacris conſtitutus,omni die debet dicere,officia diuina vel audire,expreſſe hanc ſententiam docet Panormitanus in dicto cap.1.de celebratione Miſſarum num. 7. verſ. ſecundus caſus,vbi dicit,*generalis conſuetudo non,dicentes,excuſat,ſed de mente iuris diuini,& humani credo, quod ſit oppoſitum, nam eo ipſo,quod quis promouetur ad ordines,aſſumitur in ſortem domini,& tranſfert ſe in Deum, & in eccleſiam vnde eximitur à poteſtate ſæculari.*

2 Secunda ſententia communis,& vera docet,prædictos nullo modo ad id teneri,quia non dum aſſumpſerunt ſtatum ſtabilem,inter eccleſiæ miniſtros,à quo non poſſint recedere,licite enim

te enim poſſunt matrimonium contrahere,ratio à priori eſt, quia prædicti non tenentur officium recitare iure diuino,neque eccleſiaſtico ſcripto,neque conſuetudine,ergo nullo modo tenentur. Prima pars antecedentis probatur à fortiori, nam ſi clerici in ſacris,non tenentur ad id iure diuino,& naturali,vt ſupra probatum eſt, ergo multo minus clerici minores, & ſi nullo iure eccleſiaſtico ſcripto obligantur diaconus,& ſubdiaconus, vt ſupra dub.1.num.7.probatum eſt,ergo neque clerici inferiores, quod vero neque conſuetudine obligentur,conſtat, quia, vt ipſemet Panormitanus fatetur, conſuetudo generalis,eſt in contrarium, neque poteſt,cum aliquo fundamento affirmari,antiquiſſimam conſuetudinẽ, per contrariam hanc,fuiſſe ſublatam. Quare ſatis eſt, ſi prædicti,officio, & munere clericorum fungantur inſeruientes eccleſiæ. Concilium Baſilienſe ſeſſ.21.tit. qualiter extra chorum horæ canonicæ dicendæ ſint,loquens de clericis ſæcularibus,ſolos beneficiatos, & in ſacris conſtitutos admonet ad horas canonicas teneri,hanc ſententiam docuit Archidiaconus in cap ſi quis presbyter 92.diſ.Ang.verb. hora num.3.§. ſecundum genus,Sylu.ibi quæſt.2.num. 3. dicto 5. Tabiena §.9.num.10.Armilla num.6.Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt.5. art.3.concluſ.1.Medina Codice de oratione quæſt.7.Nauarr. cap.7.de oratione num.12.verſ.ſexto ſequitur, & cap. 21.nu. 8.verſ.quinto,& in manuali cap.25. num. 97. & 108.Viguer. inſtit.cap.5.verſ.4.Ledeſma in 4.parte 2.quæſt.16.art. 4. dub. 6.Rodriquez parte 1.ſumm.cap.141.in 2.concluſ.1. Palacios 4.diſt.15.diſp.9.Petrus de Aragonia 2.2. quæſt. 83. artic.12. dub.3.concluſ.1.fin.Pariſius lib.1.de reſignat.quæſt.9.num. 12.Philiarchus par.1.lib.1.cap.2.verſ.quoad alios, Ludouic. Miranda tom.1.Manualis prælatorum regul.quæſt.37. art.7. concluſ.1.fin.Cardin.Toletus in ſumma lib.2.cap.12.num.1. P.Emanuel Sà verbo horæ num.1.& 5.P.Greg. de Valentia tom.3.diſp.6.quæſt. 2.puncto 10 §.quinam teneantur, P.Ioãnes Azorius parte 1.lib.10.cap.5.quæſt.2.P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis cap.16.num.10.P.Vaſquez opuſculo de beneficijs cap.4.§.1.art.1.dubio 2.num.6.P. Thomas Sanchez tom.2.conſil.moral.lib.7.cap.2.dub.2.concluſ.1.P.Leſſ. lib.2.de iuſtitia cap.37.dubitat.9.num.46.P. Layman. tom.2. lib.4.tract.1.cap.4.num.5.P.Filliucius tom.2.tract.23. cap.5. quæſt.1.dicto 3.num.148. Bonacina tom.1. tract. de officio

diſputatione prima quæſtion. 2. puncto 3. num. 1. verſ. dixi.

3 Quæres, an prædicti clerici, præciſe ratione ordinum minorum teneantur ex præcepto aliquas præces recitare? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima docet prædictos teneri ad aliquas preces indeterminatas ex vi iuris diuini, & naturalis, quod fundant in debito diuini cultus, cui ſunt ſpecialiter deſtinati, aut in gratitudine erga eccleſiam, quæ ipſos conſtituit Miniſtros ſuos, ita Paludanus in 4. diſt. 15. q. 5. art. 1. concluſ. 3. vbi ait, *quia per hoc diuino cultui aſcribuntur, aliquid plus tenentur, quam laici, & quia etiam gaudent priuilegio clericali, quamdiu ipſo gaudent beneficio, debent recompenſare aliquo ſpeciali ſeruitio.* Sylu. verbo hora. q. 2. num. 3. dicto 5. vbi ait, *tenentur ad aliquid indeterminatum ex ipſa honestate iuris naturalis,* hanc ſententiam videtur ſequi Nauarrus cap. 7. de oratione num. 14. corollario 8. vbi ait *Innumera committi peccata ab ordinatis prima tonſura, & quatuor minoribus, tũ quod pauci eorum, collatione aliorum laudant magis dominum, nec plures preces faciunt pro populo, quam ſi ordinati non eſſent, ad quod tamen obligantur lege diuina naturali, etiam ſi neque lex humana, neque præceptum Epiſcopi iuriſdictionem habentis, cum ea concurrerent,* hanc ſententiam putat probabilem P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dub. 9. num. 47. fin.

4 Secunda ſententia docet, quamuis prædicti clerici ad aliquid plus teneantur, quam laici, non tamen de præcepto, ita, vt eius omiſſio, aliqua ſit culpa, ſed forſitan de honeſtate, ſi voluerint, ratio eſt, quia, cum ipſos nulla lex ad id obliget, neque debemus nos eos obligare, neque obligatio legis naturalis imponenda eſt eis, ſine cogente ratione; quæ nulla eſt: nam prædicti in ſuis muneribus eccleſiæ ſeruiendo, ſimul, & diuino cultui ſpeciali modo vacant, & erga eccleſiam gratitudinem oſtendunt, & ideo Nauarrus loco citato addit, *Corollarium hoc, ſi intelligatur de mortali, videtur durum,* hanc ſententiam expreſſe docet Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. concluſ. 1. Medina Codice de oratione quæſt. 7. Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 3. concluſ. 1. fin. P. Azorius parte prima lib. 10. cap. 5. quæſt. 2. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap. 16. num. 14. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. num. 47. verſ. dices, videtur ſentire, hanc ſententiam eſſe probabiliorem, P. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 2. concluſ. 2. num. 5. P. Filliucius tom. 2. tract. 23.

cap.

Digitized by Google

cap.5.quæſt.1.dicto 3.num.148.Bonacina diſputat. 1.quæſt. 2.puncto 3.num.1.

5 Quæres,an clerici, qui habent primam tonſuram ex conſuetudine teneantur quotidie recitare pſalmum Miſerere,reliqui vero minoribus Ordinibus initiati teneantur recitare paruum officium B.Virginis, vel ſeptem pſalmos pœnitentiales,aut quindecim Graduales? Reſpondeo negatiue, ratio eſt,quia nullibi eſt talis vniuerſalis conſuetudo, ita Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5.art.1.concluſ.3.vbi ait, *Non eſt autenticum,quod corona clericalis obliget ad ſeptem pſalmos,nec quod minores Ordines ad officium de Beata* Virgine, *vel huiuſmodi*. Tabiena verbo horæ.§.9.num.10.Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt.5.art.3.concluſ.1.fin.ait, nulla eſt lex, & conſuetudo, quæ talem inijciat ſcrupulum, idem docet Medina Codice de oretione quæſt.7.Ledeſma in 4.par.2.quæſt.16.art. 4. dub. 6.Nauarrus cap.7.de oratione num.13.corollario 7.dicit,*vbi viget conſuetudo,vt quatuor minoribus inſigniti recitent pſalmos,aut Canticum graduum,aut horas noſtræ* Dominæ,*prima vero tonſura inſigniti,Miſerere mei, aut canticum graduum, eadem ratione ad ea tenebuntur, qua inſigniti ſacris ad horas canonicas*,& num.14.corollario 8. putat hanc conſuetudinem nō eſſe vniuerſalem,& in fine addit, *nullibi forte vigere conſuetudinem,quæ clericos minorum obliget ſub pœna peccati mortalis*,idem docent P.Azorius par.1. lib. 10. cap. 6. quæſt.3.P. Suarius tom.2. de religione lib 4.de horis cap.16.num.16. P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.9.num.47. P. Sauch. tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.2. num.4.concluſion.4.P.Filliucius loco citato.

6 Quæres,an poſſit Epiſcopus, prædictis clericis hoc onus imponere,vt recitent quotidie prædictas preces? Reſpōdeo, circa hoc dubium tres eſſe ſententias. Prima negat, Ratio eſt,quia quod eccleſia vniuerſalis reliquit liberum, non poteſt Epiſcopus particularis in ſua eccleſia facere præceptum. Secundo,quia, ſi quilibet Epiſcopus, pro ſuo arbitratu aliquid præciperet,non poſſet ſeruari vniformitas,quæ multum confert ad eccleſiæ decus,& vnionem,ita expreſſe docet Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.3.concluſ.6. fin. Palacios 4. diſt.15.diſp.9.P.Sanchez tom.2.cōſil.moral.lib.7. cap.2.dub. 2.concluſion.3.P.Filliucius tom.2.tract.23. cap. 5. quæſt.1. dicto 3.num.148.& quamuis Nauarrus videatur contrarium

dice-

dicere: reuera tamen hanc ſententiam ſequitur, nam dicit, prædictos teneri, quando in ordinatione id promitterent, ſed tunc tenebuntur, non virtute præcepti Epiſcopi, ſed virtute promiſſionis, nam cap. 7. de oratione num. 13. corollario 7. ait, *niſi forte Epiſcopus, qui eos ordinauit, eas determinaſſet, & eiuſmodi ordinationi conſenſiſſent*, & ca. 21. num. 8. verſ. quinto, dicit, *eſto Epiſcopus auctoritate ſua ſola nequeat huiuſmodi minoribus ordinatis nolentes ad aliquid certum recitandum obligare, poſſe tamen de eorum conſenſu id facere*; & in Manuali cap. 25. num. 108. ait, *iure communi ad nihil determinatum recitandum tenentur, niſi cum promittant, vel ordinatori præcipienti conſentiant dicere aliquid*. P. Filliucius tom. 1. tract. 23. ca. 5. quæſt. 1. dicto 3. num. 148. fin.

7 Secunda ſententia docet, poſſe Epiſcopos id præcipere, quia eſt conforme ipſorum ſtatui, & obligationi iuris naturalis, ita Paludanus in 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 1. concluſ. 3. vbi ait. *Vnde, & bene diceret, Epiſcopum aliquid eis ſpirituale iniungere: vnde nec infantem debet tonſurare, ſed maiorem, qui iam poſſit aliquid deuote dicere*. Martinus Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 2. puncto 3. num. 2. putat, poſſe Epiſcopum præcipere clericis minoribus aliquid quotidie recitandum, quia poteſt in ſua diœceſi, quod Papa poteſt in toto orbe, tum etiam, quia Epiſcopus eſt legitimus ſuperior, & clerici ſunt ſubditi, & materia honeſta.

8 Tertia ſētētia diſtinguit, nā vel Epiſcopus præcipit ordinatis, vt bis, ter, aut quater prædictas preces recitent, & tunc eius præceptum vim obligandi habebit, quia eſt de re bona, honeſta, & non difficili, nec aliena ab illa actione, ſi vero vellet hoc perpetuum onus illis imponere, & obligare eos ſub pœna peccati mortalis, vt illas quotidie recitent, tunc nec ipſe id poſſet, cum ſit graue onus, & præceptū difficile, quod ſolus ſummus Pontifex poteſt imponere, nec clerici illud ſeruare cogentur, ſic docent P. Emanuel Sà verbo horæ num. 5. P. Azorius parte prima lib. 10. cap. 5. quæſt. 4. P. Suarius to. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 16. num. 15. fin. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. 46. fin. P. Layman to. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 5. Villalobos in ſumma tom. 1. tra. 24. dub. 7. num. 4. Carolus Macignus cap. 9. num. 23. Molfeſius cap. 3. num. 8. Diana parte 2. tract. 12. de horis canon. reſolutione 20. & hæc ſententia eſt probabilior, quia omnes

ordi-

Digitized by Google

ordines deſcendunt à ſummo Pontifice in totam eccleſiam, & ideo ad illum ſolum pertinet diſponere de functionibus,& obligationibus,quæ ratione ordinis imponuntur; quare falſum eſt,quod dicit Bonacina, Epiſcopum poſſe in ſua Diœceſi,quod Papa poteſt in toto Orbe, & quamuis ſit ſuperior clericorum, ipſius tamen poteſtas eſt limitata, quæ ad hoc non ſe extendit. Denique,ſi non ſolum Pontifex,ſed etiam ſinguli Epiſcopi poſſent onera perpetua clericis ſubditis imponere, nimium grauarentur.

9 Quæres, an quando Epiſcopus in ordinatione præcipit aliquas preces ordinatis,vt ter, vel quater recitent eas,cenſendus ſit ipſos oligare,ſub peccato? Reſpõdeo partem affirmatiuam,ſaltem, quoad peccatum veniale expreſſe docere Nauarrum cap.7.de oratione num.14.corollario 8. vbi ait. *Innumera committi peccata ab ordinatis prima tonſura, & quatuor minoribus*,& infra hanc affert cauſam, *quod omnes pene Epiſcopi ordinantes, iniungunt clericis primæ tonſuræ, vt recitent Miſerere mei,ſingulis diebus, & clericis quatuor minorum canticum graduum,& pauciſſimi ſunt, qui huiuſmodi præceptis ſatisfaciant*,& addit. *Corollarium hoc, ſi intelligatur de mortali videtur durum, & ideo ad illud molliendum dici poſſet,quod præcepta Epiſcoporum, & conſenſus ordinatorum ad nullum mortale peccatum obliget, ſed ad ſummum ad ueniale tantum, quia conſuetudo generalis,quæ optima legum interpres eſt, ita uidetur interpretari*. Hanc ſententiam,quoad peccatum ſaltem veniale,putat probabilem. P. Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37. dubit.9.num.47.*quia uidetur eſſe conſuetudo generalis, & Prælati ubique imponunt*.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1. quæſt.2.punct.3.num.2.dicit, prædictos teneri preces iniunctas ab Epiſcopo ordinante recitare,quia præceptum eſt cõforme ſtatui clericali,nec excedit poteſtatem Epiſcopi.

10 Contraria ſententia,quam puto probabiliorem, & veriorẽ, docet, huiuſmodi Epiſcoporum præcepta ad nullum peccatum obligare,nec mortale,nec veniale, & ideo quando Epipiſcopi inter ordinandum, aliquid recitandum huiuſmodi initiatis iniungunt,non ſunt cenſendi,velle obligare ſub peccato,ſed tantum ſunt preces iniunctæ recitandæ, ex quadam congruitate, & decentia, ratio eſt,quia plerique in hoc caſu non agnoſcunt ſtrictam obligationem,nec doctores, & confeſſarij illam vrgere ſolent,hanc ſententiam innuit Sotus lib.

10.de

10.de iuſtitia quæſt.5.art.3.concluſ.1.fin.ſed expreſſe eam docet P.Gregorius de Valentia tom.3.diſp.6.quæſt.2.punct.10.§. Quinam teneantur verſ.de illis, P.*Leſſius* lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.9.num.47.putat veriorem P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis cap.16.num.15.fin. P. *Sanchez* tom.2.conſiliorum moral.lib.7.cap.2.dubio 2.concluſ.3.nu.6.Diana parte 2.tract.12.de horis canonicis reſolutione 20.

DVBIVM QVARTVM.

An omnes Clerici beneficium eccleſiaſticum habentes,teneantur diuinum officium recitare?

1 RESpondeo, & dico primo omnes clericos beneficium eccleſiaſticum habentes, etiam ſi non ſint ſacris initiati ordinibus,nec religioſi,ratione ſolius beneficij , ad diuinũ officium recitandum obligari,Ratio eſt, quia cuicunque beneficio eccleſiaſtico,etiamſi habeat obligationem ad alia munera exercenda,puta ad ſpiritale regimen animarum, vel ad miniſtranda ſacramenta , aut Dei verbum prædicandum,& ſimilia,ex inſtitutione eccleſiæ, ſemper annexa eſt obligatio recitandi diuinum officium,hanc concluſionem probant cõmuniter Doctores ex cap.finali 92.diſt.vbi dicitur,*Si quis presbyter,aut diaconus,aut quilibet clericus eccleſiæ deputatus,ſi intra ciuitatem fuerit , aut in quolibet loco , in quo eccleſia eſt ad quotidianum pſallendi officium,matutinis , vel veſpertinis horis ad eccleſiam non conuenerit,deponatur à clero* . In quibus verbis tria notanda ſunt,primum illa verba,*vel quilibet clericus eccleſiæ deputatus*,omnes doctores intelligere per titulum alicuius beneficij , vt diſtinguantur à prioribus membris,ſcilicet,presbyter,& diaconus,qui obligantur , ratione Ordinis ſacri, ſecundum, quia licet in prædicto canone ſit ſermo de obligatione aſſiſtendi, vel canendi in choro , ex illa tamen hanc inferri;nam,ſi in choro non impletur , ſaltem priuatim idem officium recitandum eſt ; tertium ex pœna depoſitionis,quæ grauiſſima eſt , colligi hoc præceptum obligare,ſub peccato mortali:nam grauiſſima pœna non ſolet , neque debet infligi,niſi pro grauiſſima culpa.Confirmatur ex ca. fin. de reſcriptis in 6.vbi dicitur,quod beneficium eccleſiaſticum datur,propter officium, denique hoc expreſſe decreuit Concilium

Digitized by Google

cilium Lateranenſe,ſub Leone X.ſeſſ. 9. in bulla reformationis Curiæ Romanæ cap.9.vbi ſic dicit,*ſtatuimus quoque,& ordinamus,ut quilibet habens beneficium, cum cura, uel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit,legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat,pro rata omiſſionis recitationis officij,& temporis;ſed eos,tamquam iniuſte perceptos, in fabricas huiuſmodi beneficiorum,uel pauperum eleemoſinas erogare teneatur*. Prædictum decretum innouauit, & declarauit Pius V. in conſtitutione ſua,quæ incipit, ex proximo Lateranenſi Concilio, Romæ 12.Kal.Octobris 1571. habetur in Bullario fol. 1134. & refertur à Nauarro cap.7. de oratione num. 31. & in Manuali cap.25.num.122. & à Stephano Quaranta in ſumma Bullarij verbo horæ,& nos infra dubio 17.explicabimus,hæc eſt communis ſententia,quam expreſſe docent omnes Canonici iuris interpretes, præſertim Innocentius in cap. 1. de celebratione Miſſarum.Ioannes Andreas, & Panormitanus ibi num.4.Paludanus in 4.diſt.15. quæſt.5. art. 1. concluſione 5. Sanctus Antoninus 3.parte tit.13.cap.4. §.1. Ang.verb.hora num.3.Sylu.ibi quæſt.2.num.3. dicto 2. Tabiena §.1.num.2. Armilla num.1.Caietanus §.5.Sotus lib.10. de iuſtitia quæſt. 5.art.3.concluſ.2.Nauarrus cap. 7. de oratione num.3.dicto 4.& in Manuali cap.25.num.97.Petrus de Aragonia 2. 2.qu. 83.art.12.dubio 3.concluſ.2.Iacobus à Graſſijs parte prima deciſion.lib.2.cap.50.num.13.Rodriquez parte prima ſumm. cap.141.concluſ.2.num.3. Ludouicus Miranda to.1. Manualis Prælat.Regul.quæſt.37.art.7.concluſion.2.Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.12.num.2.P.Emanuel Sà verbo horæ.num.1.P.Gregorius de Valentia tom.3. diſp. 6. quæſt.2. puncto 10.§.quinam teneantur concluſ.2. P. Azorius parte prima lib.10.cap.3.quæſt.1.& 2.P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis cap.18.num.1.P.Leonardus Leſſius lib.2.de iuſtititia cap.34.dubit.30.num.166.& cap. 37. dubit.9.num. 49.P.Reginaldus in Praxi lib.30.cap.4.sect.1.num.33.P.Sanchez tom.1.conſil.moral.lib.2.cap.2.dub.58.num.1. P. Layman tom.2.lib.4 tract.2.cap.5.num.1.& 2.fin.P.Filliucius to. 2.tract.23.cap.5.quæſt.3. num. 154. P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art.1.dub.2. num.7.

2 Quæres,an prædicta obligatio, ſit non ſolum de iure poſitiuo eccleſiaſtico,ſed etiam de iure naturali? Reſpondeo,circa

Cc hoc

hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet non eſſe de iure naturali,ſed eccleſiaſtico,quo decretum eſt, vt primariũ officium, propter quod beneficium quodcunque datur, ſit recitare diuinum officium; Ius autem naturale ad ſummum obligat ad aliquid indeterminatum,ita videtur ſentire,*Sylu.* verbo hora quæſt.8.num.9.fin.vbi dicit, quod poteſt Papa diſpenſare,vt prædicti,non recitent horas; *licet non poſſit facere,quin clericus teneatur ad recompenſandum benefactoribus, ſi eſt beneficiatus,per aliquid indeterminatum, & voluntarium, quia hoc eſt de iure naturali*, expreſſe hanc ſententiam docet P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.18. num.5.vbi ait *Ideo cenſetur dari beneficium, propter hoc officium,quia eccleſia voluit,vt hoc eſſet quaſi primum, & fundamẽtale officiũ,propter quod beneficiũ quodlibet datur*,idem docet P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.5. quæſt. 3. dicto primo num.154.P.*Layman* tom.2.lib.4.tract.2.cap.5.num.1. notabili 1.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.2.puncto 4.num.1.

3 Secunda ſententia docet,prædictam obligationem eſſe,non ſolum de iure eccleſiaſtico,ſed etiam de iure naturali. Ratio eſt,quia quicumque accipit ſtipendium, iure naturæ tenetur opus implere,pro quo datum eſt ſtipendium,ſed omne beneficium,etiam ſi detur propter alia munera exercenda,tamen principaliter datur, propter officium. cap.finali de reſcriptis in 6. ergo eodem iure naturali obligatur quilibet clericus habens beneficium eccleſiaſticum ad diuinum officium recitandum;cum hæc duo ſint corellatiua,ita, vt non poſſit poſſideri beneficium, ſine recitatione diuini officij.vnde Gloſſa in dicto cap.finali,verbo datur, ait priuatus officio,& beneficio priuatus intelligitur,cum ſit eius ſequela, & Papa Alexander II.in cap.eos 81.diſt.iudicauit,eos, qui diuinum officium derelinquunt,etiam beneficio eccleſiaſtico eſſe priuatos;hanc ſententiam docuit Vlricus, dicens clericos teneri recitare horas, pro communi plebe,non ſolo præcepto eccleſiæ,ſed etiam iuſtitia naturali;ipſum referunt, & ſequũtur, Turrecremata diſt.91.in principio,quæſt.5.*Sylu.*verbo hora quæſt.2.num.3.dicto 2.vbi ait, beneficiatos ad recitandum officium ex iuſtitia teneri,& ex ſtatuto eccleſiæ, Tabiena qu. prima num.2.vbi ait, ſecundum. Piſa verbo horæ canonicæ in principio, poſt Guil. Beneficiati tenentur, non ſolum ex

ſtatuto

Digitized by Google

ſtatuto eccleſiæ,ſed etiam ex obligatione iuſtitiæ, Nauarrus cap.7.de oratione num.3.dicto 4.fin. Hanc ſententiam videtur ſequi Caietanus in ſumma verbo horæ canon.cap. 1. vbi ait, *tenetur beneficiarius ad officium diuinum, quia ſtipendium habet eccleſiaſticum*. Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art. 3. concluſion.2.ait, *cum merces propter onus debeatur, & proprium onus clerici ſit dicere officium, fit, vt ex quacunque præbenda naſcatur hæc obligatio*, expreſſe P. Leonardus Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.34.dubit 30.num.166.vbi ait, *Iure naturali quiſque tenetur ad officium, propter quod beneficium datur*.

4 Pro ſolutione præſentis dubij, dico, ſecundam ſententiam eſſe probabiliorem, ratio eſt, quia ſuppoſita inſtitutione, & præcepto eccleſiæ, vt beneficium detur propter officium, ſequitur, vt qui recipit beneficium, iure naturæ teneatur recitare diuinum officium, ac proinde non ſolum ex ſtatuto, & præcepto eccleſiæ, ſed etiam ex iuſtitia, nam inter beneficiatum, & conferentem beneficium interuenit contractus innominatus, do, vt facias, ideſt do tibi beneficium, vt recites officium, ergo ratione pacti, ex iuſtitia tenetur beneficiatus officium recitare; & ideo Concilium Lateranenſe ſupra num. 1. citatnm obligat beneficiatos, qui non dixerint, ad reſtituendum fructus beneficij, tamquam iniuſte perceptos, & in hac concluſione conſentit, etiam P. Suarius lib.4.de horis cap.18. num.5.in principio, vbi ait. *Suppoſita ergo hac inſtitutione recte infertur eſſe hanc obligationem ex iuſtitia naturali*.

5 Dices, ad obligationem iuſtitiæ neceſſario requiritur, vt intercedat formale, vel virtuale pactum, quo ille, qui ſtipendiũ recipit ad certam actionem exercendam obligetur, ſed quando alicui confertur beneficium, nullum pactum intercedit, ergo neque ex iuſtitia naturali, oritur obligatio recitandi diuinum officium, & quamuis iure naturæ naſcatur obligatio gratitudinis, erga fundatorem beneficij, tamquam benefactorem, huic tamen obligationi poſſet beneficiatus ſatisfacere alijs orationibus. Reſpondeo, non ſolum ex conſuetudine vniuerſali, ſed etiam ex ſtatuto eccleſiæ decretum eſſe, vt hoc ſit primum, & principale officium, propter quod beneficium quodcumque datur, & ideo ſemper in collatione cuiuſcumque beneficij, ſaltem intercedit pactum virtuale, vt qui illud recipit, teneatur diuinum recitare officium, & vt numero præcedenti diximus, intercedit contractus innomi-

natus,do,vt recites, & ideo non ſatisfaceret obligationi,erga benefactorem alijs orationibus, aut operibus Religionis, cum eius obligatio ſit ad hanc determinatam actionem,hoc autem totum declarauit, & ſtatuit Concilium *Lateranenſe* in decreto ſupra num. 1.citato,vbi, cum ſtatuiſſet beneficiatos,qui diuinum officium non dixerint, beneficiorum ſuorũ fructus ſuos non facere, & ſi in ſimili negligentia contumaciter permanſerint, legitima monitione præcedente, beneficio ipſo priuandos eſſe;rationem ſubdit, *Cum propter officiũ detur beneficium*, quibus verbis declarat, & ſtatuit,propter hoc officium, quod recitatur à clericis,dari quodcumque beneficium,nam de omnibus loquitur, vt aperte conſtat ex principio dicti decreti,vbi dicitur. *Statuimus,& ordinamus, vt quilibet habens beneficium,cum cura, vel ſine cura*, quibus verbis ſignificat, & ſtatuit.etiam ſi beneficio annexa ſit cura animarum v.g.Epiſcopatui ſpirituale regimen animarum,& prædicatio verbi Dei;beneficio Parochiali,adminiſtratio ſacramentorum,& ſic de alijs,tamen primam,& fundamentalẽ rationem, propter quam datur, eſſe recitationem diuini officij.

6 Quæres,quid proprie nomine beneficij eccleſiaſtici intelligatur?Reſpondeo,beneficium proprie,eſſe, & appellari quẽcumque reditum certum,ex bonis eccleſiaſticis, qui habetur titulo clericali,nimirum,qui non poteſt, niſi clericis dari in titulum,& datur in perpetuum,ita,vt per mortem clerici,nõ extinguatur,ſed vacat,& alteri confertur; nam communiter ſic definiri ſolet. Beneficium,eſt ius perpetuum percipiendi fructus ex bonis eccleſiaſticis clerico competentes, propter aliquod officium ſpirituale authoritate eccleſiæ conſtitutũ. Hæc definitio colligitur ex Innocentio, & Hoſtienſi in cap. relatum.de præbend.ex *Syl*ueſtro, & alijs ſummiſtis, verbo beneficium.in principio,Ioanne de *Sylu*. de beneficijs quæſt. prima,Cardinali Toleto in ſumma lib.2.cap.1 num.2.P.Thoma Sanchez tom.1.conſiliorum moral.lib.2.cap.2. dubio 1. num.1.P.*L*eonardo *L*eſſio lib.2.de iuſtitia cap.34.dubitat.1. num.1.& alijs.

7 Ex dictis infero,non eſſe beneficia eccleſiaſtica, reditus illi, qui dantur propter actionem temporalem, vt ſunt illi, qui in eccleſia dantur Matricularijs,ideſt,vt pulſent campanas, vel organa,clericos doceant Grammaticam,Muſicam, Theologiam,

giam,ſi non ſit Canonicus, & huiuſmodi; per accidens vero eſt,quod prædicti aliquando ſint clerici; nam poſſunt prædictæ actiones per laicos fieri, & vt plurimum per ipſos fiunt,& nullus ex prædictis tenetur officium diuinum recitare,cum vere beneficiati non ſint,hæc eſt communis ſententia,quam docent Turrecremata 91.diſt.in principio; quæſt. 5. Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5.art.1.concluſ.5. Sylu. verbo hora qu. 2.num.3.dicto 2.Tabiena ibi quæſt.2.num.3.fin.Armilla num. 2.Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.3.concluſ.2.fin.Nauarr. cap.7.de oratione num. 25. & 26. Petrus de Aragonia 2.2. quæſt.83.art.12.dub.3.concluſ.2.Cardinalis Toletus in ſumma libro 1.cap.12.num. 2. P. Gregorius de Valentia tom.3. diſp.6.quæſt.2.puncto 10.§. quinam tenentur concluſ. 2.fin. P.Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 22.num.2.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap. 34. dubit.30.num. 166.P.Thomas Sanchez tum.1.conſiliorum moral.lib.2.cap. 2.dub.58.concluſ.2.P.Filliucius tom.2.tract.23. cap.5.quæſtione 9.dicto 1.num.173.

8 Quæres,an ille,qui ante rationis vſum Beneficium eccleſiaſticum adeptus eſt, teneatur diuinum officium recitare? Reſpondeo nunc,hunc caſum non poſſe occurrere, quia Concilium Tridentinum ſeſſ.23.cap.6.de reformatione,ſtatuit,vt *Nullus,ante decimumquartum annum beneficium poſſit obtinere*.Dubium tamen eſt,an ſi puero, ante decimumquartum annum,ex Romani Pontificis diſpenſatione ætatem ſupplentis,beneficium aliquod eccleſiaſticum conferatur, teneatur ante decimumquartum annum diuinum officium recitare, an vero cenſeatur, etiam in recitatione officij diſpenſatus. Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias.

Prima docet prædictum puerum, non teneri ad recitandum officium, vſque ad decimumquartum annum,vel ſaltem, vſq; ad decimumtertium, vel duodecimum annum, fundamentũ huius ſententiæ eſſe poteſt doctrina Dominici Soti in 4.diſt. 12.quæſt.1.art.11.ad finem corporis,vbi ait, præcepta eccleſiæ non ligare pueros, vſque ad duodecimum annum. Secundo, quia non eſt aptus ad illud deuote recitandum,hanc ſententiam duxerunt alqui ex neotericis Magiſtris admodum docti,quos, ſine nomine refert P. Sanchez tom.1. conſ. moral.lib.2.cap.2.dub.61.num.1.

9 Secunda ſententia diſtinguit; ſi enim ſummus Pontifex ſcien-

ſcienter conferat beneficium puero,ante ſeptemnium,vel ante vſum rationis,vel ſi conferat puero,quem ſcit,neſcire legere latine,eo ipſo cenſeri Pontificem,cum eo diſpenſare in recitatione diuini officij, vt non teneatur ad illud recitandum, donec ad legitimam ætatem peruenerit,Ratio eſt,quia non præſupponitur ſummus Pontifex voluiſſe illius animam ſuo beneficio illaqueare , obligando illum ad impoſſibile, ſed ſolum pro tempore , quo recitare ſciuerit , & potuerit;ſi vero ſummus Pontifex conferat beneficium puero rationis compoti,& ſeptemnium egreſſo, quem putat ſcire legere,& poſſe officium recitare,diſpenſans , cum eo in ætate , non eo ipſo cenſetur , cum eo in recitatione officij diſpenſare. Ratio eſt, tum quia diuerſæ ſunt diſpenſationes , & cum diſpenſatio ſit odioſa,& exorbitans à iure communi, non eſt extendenda, ſed ſtricte explicanda;ac proinde diſpenſatus in vno, non cēſetur in altero diſpenſatus,quoniam hæc ſunt duo priuilegia diſtincta,circa duas leges diſtinctas, ſed plus eſt ſolui à duabus legibus, quam ab vna , tum etiam,quia ſummo Pontifici, vt ſuppleat ætatem ad beneficium requiſitam, ſolet proponi habilitas pueri,& ingenium ſupplens ætatis defectum . Quare ſic diſpenſatus debet dare operam , vt quam primum diſcat modum recitandi officium;niſi à ſummo Pontifice obtineat etiam,circa hoc diſpenſationem . Hanc ſententiam expreſſe docet P.Ioannes Azorius parte prima lib. 10. cap.13. quæſt.12.verſ. ſed dubiæ adhuc . P.Reginaaldus lib.18.cap. 13.num.192.verſ.maior autem,P.Sanchez tom. 1. conſiliorū moralium lib.2 cap.2.dub.61.num.2.concluſ.1. Carolus Macignus cap.22.num.6.Molfeſius in ſumma tract.5. cap.4.nu. 13.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt. 6. puncto 2. num.16.verſ.idem dic.pro hac ſententia P.Sanchez citat nonnullos valde doctos recentiores Magiſtros,& hæc ſententia, eſt probabilior .

10 Pro maiori tamen prædictæ ſententiæ explicatione , Dico primo probabilius eſſe , non eſſe tempus ætatis determinatū, quo puer recipiens beneficium teneatur diuinum officium recitare,ſed ſtatim ac recipit beneficium, ſi eſt rationis compos,& commode poteſt, quia legere latine nouit , teneri officium recitare . Ratio eſt , quia ius obligat omnes beneficiatos,& certiſſima ſententia eſt eccleſiæ præcepta obligare omnes doli capaces,dempto præcepto ieiunij , & Euchariſtiæ,vt de præ-

de præcepto confeſſionis docet ipſemet Sotus, ſibi contrarius in 4.diſt.18.quæſt.1.art.3.ad finem corporis, Nauarr. in Manuali cap.21.num.33.P.Henriquez lib.4.de pœnit. cap. 5.nu. 2.P.Azorius tom.1.lib.7.cap.40.quæſt.6. & cap.41.quæſt.10. P.Valentia 4.parte diſp.7.quæſt.9.puncto 4.fin.P.Suarius to. 4.in 3.partem diſp.36.ſect.2.num.3.& de omnibus præceptis ecclesiæ, præter duo prædicta docet P.Thomas Sanchez tom. primo in præcepta lib. primo cap.12. concluſione 4. num. 6. Pueri autem communiter ſeptemnio completo ad vſum rationis peruenire ſolent, vt bene probat idem P. Sanchez lib. primo de matrimonio diſputat.16.num.2. ex dictis ſequitur primam ſententiam non eſſe probabilem.

11 Dico ſecundo, ſi prædicti pueri ignorent latine legere, excuſari à recitatione officij, modo dent operam, vt id diſcant. Ratio eſt, quia pro tunc ſunt impotentes ad recitandum, ſic doctores ſecundæ ſententiæ.

Dico tertio Quando facta relatione ſummo Pontifici, quod puer eſt ignarus linguæ latinæ, & neſcit legere, & tamen Pontifex diſpenſat, cum eo, vt ante ætatem obtineat beneficium, tunc cenſeri ſummum Pontificem, etiam diſpenſare, cum eo, vt non recitet diuinum officium, donec intelligentiam conſequatur. Ratio eſt, quia Pontifex iam cognoſcit puerum eſſe impotentem ad recitandum, ſic prædicti doctores ſecundæ ſententiæ.

DVBIVM QVINTVM.

An Clericus habens Beneficium, cuius ſunt tenues reditus, teneatur diuinum officium recitare,

1 RESpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat Clericum, qui habet Beneficium tenues reditus habens, ſi non ſit ſacris ordinibus initiatus, non teneri diuinum officium recitare. Ratio eſt, quia obligatio recitandi diuinum officium in beneficio conſurgit ex accepto ſtipēdio, & mercede, cuius ſignum, quod beneficiatus, qui nullos fructus capit, nec capere poteſt ex beneficio, non tenetur officium recitare, vt infra dicemus, ſed beneficium adeo tenue, vt pro nihilo reputetur, non ſuppetit poſſidenti illud ſufficiens ſtipendium moderatæ ſuſtentationis, ergo non inducit obli-

obligationem recitandi officium. Confirmatur ex Apoſtolo primo Corinth.9.verſ.13. *Qui altari deſeruiũt,cum altari participant*,ac proinde,qui eccleſiæ ſeruiunt, de eius prouentibus viuere debent,ergo niſi beneficium tribuat, ſaltem bonã partem moderatæ ſuſtentationis, non cenſebitur beneficiatus viuere de bonis eccleſiæ. 2. Beneficium tenue in iure,pro non beneficio reputatur; nam in moralibus parum pro nihilo reputatur, & ideo plura huiuſmodi beneficia ſunt compatibilia,vt patet ex cap.is cui,de præbendis in 6.vbi dicitur. *Is,cui conceditur, vt anctoritate Apoſtolica poſſit vni perſonæ idoneæ prouidere: aliud beneficium ſufficiens obtinenti prouidere non poteſt*,ergo,vt ibi bene notat Gloſſa, verbo ſufficiens,obtinenti beneficium tenue,poterit prouidere,ac proinde beneficium tenue,pro non beneficio reputatur,& per conſequens non inducit obligationem recitandi. Hanc ſententiam primus omnium docuit Dominicus Sotus lib.10. de iuſtitia qu. 5.art.3.concluſ.2.verſ.dubium autem:vbi cum retuliſſet contrariam ſententiam communem, ſubdit, *Sed profectò multo libentiur ad contrariam ſententiam,ſubſcriberem*, & in fine addit. *De hoc ergo ſapientium prudentia conſulenda eſt*. Eamdẽ ſententiam ſecurius ſequutus eſt Petrus de Aragonia 2.2. qu. 88.art.12.dub.3.poſt ſecundam concluſionem;veſ.in ſecundo caſu,vbi ait,*longe eſſe probabilius,quod, qui valde tenue habet beneficium ad recitandum diuinum officium non obligatur*,deinde eamdem ſequuti ſunt Emanuel Rodriquez parte prima ſumm.cap.141.concluſ.2.num.3.Vega parte prima cap. 128. caſu 13.Molfeſius in ſumma tom.1.tract.5.cap.3.num. 29.eã probabilem putat Diana parte 2. tract. 12. de horis canon. reſolutione 9.Nauarr.cap. 7. de oratione num. 27. dicto 21. cum dixiſſet,ſe conſultum ſemper reſpondiſſe,ſecundum contrariam opinionem communem, ſubdit, *Non ſum tamen neſcius viros doctos, & pios tempore meo contrarium reſpondiſſe*. hanc ſententiam putat probabilem P.Leſiius lib.2.de iuſtitia cap.34.dubit.31.num.169. P.Azorius parte 1. lib. 10.cap.3. quæſt.3.fin.ait, *ſi quis Soti opinionem ſequatur, non continuo condemnandus mihi videtur*,P.Thomas Sanchez tom. 1. conſiliorum moralium lib.2.cap.2. dubio 66. num.2. ait, hanc ſententiam tenent, *quamplurimi ex neotericis valde docti Magiſtri à me conſulti,& eſt communis modo recentiorum*,& num. 3.concluſione vnica,ait, *licet contraria ſententia probabilior ſit,at hac eſt probabilior in praxi*.

Se-

5 Secunda ſententia communis docet quodcumque beneficium eccleſiaſticum, quamtumuis tenue, & exile inducere obligationem recitandi diuinum officium. Ratio eſt,quia quodcumque beneficium quamtumuis tenue confert verum ius ſpirituale,quod eſt priucipale in beneficio, ergo licet acceſſorium ſit tenue,& ſimpliciter verum beneficium,& ideo, eſt ſufficiens,vt poſſeſſor fruatur omnibus priuilegijs,quæ cõceduntur clericis minorum ordinum, eccleſiaſticum beneficium habentibus,& in particulari priuilegio fori, vt ſtatuit Concilium Tridentinum ſeſſ.23.cap.6.de reformat. Quare iniquum eſt,cum prædictus in beneficiorum ordinem aſſumptus ſit,ipſum nolle eius legis perferre iugum, quæ ſuo ordini impoſita eſt: quod ſi iugum recitandi diuinum officium nolit ſuſtinere, dimittat beneficium, non enim eccleſiæ voluntas eſt,vt beneficia eccleſiaſtica illis conferantur, qui nolunt Deo,& ſibi orando diuinum reddere officium. Ratio à priori eſt, quia beneficium quamtumuis tenue eſt verum beneficium,& vt tale abſolute, & ſimpliciter in iure reputatur, quod aperte colligitur ex eodem cap. Is, cui,de præbendis in 6.qui citatus fuit,pro prima ſententia, nam ideo in eo canone additur,ſufficiens,quia ſi Pontifex abſolute dixiſſet,beneficium;comprehendiſſet,etiam inſufficiens, & tenue,vt ibi ſignificauit Gloſſa,& notauit Archidiaconus, & Bonifacius VIII.in cap.ſi motu.de præbendis lib. 6. dicit,ſi Pontifex ad petitionem alicuius contulit ei aliquod beneficium,collationem illam eſſe ſubreptitiam, ſi quantumcumque modicum beneficium taceatur in ea, ergo in iure,nomine beneficij, etiam tenue comprehenditur;Hanc ſententiam docuit Gloſſa communiter recepta in cap. clericus victum.92.diſt.verſ. vigilijs,ibi Goffredus Hoſtienſis in cap.1. num. 19. de celebratione Miſſarum, Cardinalis in Clementina 1. eodem tit. Albertus de Ferrarijs tract.de horis canon. quæſt.8. Abulenſis cap 6.Matthæi quæſt.63. Maior. in 4. diſt 12.quæſt.6.§. colligendo ſparſim,Palacios in 4.diſt.15.diſp.9 fol.143. Turrecremata cap.1.dict.91.num.9. Sanctus Antoninus 3.parte tit.13.cap 4.§.1.Sylu.verbo hora quæſt.2. num.3.dicto 2.Tabiena ibi quæſt.1.num. 2. Roſella ibi initio, Armilla num.1. Medina Codice de oratione quæſt.7.Nauarrus cap.7.de oratione num.27.& cap.21.num.11.& in Manuali cap. 25. num. 102.& conſilio 3.num.1.Ne clerici,vel Monachi,Couarruuias

lib.3.variarum reſolut.cap.13.num.7.verſ.duodecimo,Ledeſma 2.4.quæſt 16.art.4.dub.5.propoſitione 4.Iacobus à Graſſijs parte 1.deciſ.lib.2.cap.50.num.18.Lopez tom. 1.inſtructorij conſcient. cap.244. & tom. 2.cap. 105. Beia in Reſp. parte 1.caſu 55.Zerula in praxi Epiſcopali parte 1.verbo beneficium §.4.& verbo horæ canon. §. 2. Corduba in ſumma quæſt.186.Sandoual lib.de officio canon.par.5.cap. 5. Nald. in ſumma verbo officium num. 1. Aloyſius Riccius in ſua praxi parte 2.reſolutione 406.Gauantus comment. in rubr. Miſſalis tom.2.ſect.1.cap.4.num.3. Garzia tom. 1. de beneficijs parte 3.cap. 1.num. 39.Bonacina tom. 1. tract.de officio diſp. 1.quæſt.2.puncto 4.num.17. Cardinalis Toletus in ſum. lib.2.cap.14.num.4.§.quarta cauſa,ibi Victorellus, & in annotationibus in cap.12.verſ. qui beneficium, P.Emanuel Sà verbo horæ num 1.fin.P.Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 6.quæſt.2.puncto 10.§.quas ob cauſas,P.Suarius tom.2. de religione lib.4.de horis canon.cap.21.num.9.P.Ioann. Azor. parte prima lib.10.cap.3.quæſt.3. fin. P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art.1.dub.5.num.24.P. Paulus Comitulus lib.1.reſponſorum moral.quæſt.68.P. Reginaldus in praxi lib.30.tract.3.cap.4.ſect.1.num.33.P.Filliucius tom.2.tract. 23.cap.5.quæſt.10.dicto 1.num.181. Hæc ſententia mihi videtur probabilior, & omnino ſequenda in praxi.

3 Quæres,quodnam beneficium dicatur tenue, ſecūdum Doctores primæ ſententiæ,ita, vt poſſit poſſidentem à recitatione diuini officij excuſare? Reſpondeo circa hoc dubium eſſe varios modos dicendi,nam Sotus lib.10. de iuſtitia quæſt.5. art.3.concluſ.2.verſ.dixerim tamē,ait, *Si his temporibus ſumma, ſaltem octo ducatorum, non attingeret, nam ſi diuitius eſt, quamuis non ſufficiat ad victum, ſi tamen pauperi clerico bona eſſe poſſet pars ſuſtentationis, non omnino poſſidens excuſatur.* P.Suarius tom.2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 21.num.10.fin.ait,*beneficium ſimpliciter tenue reputari, ſi non ſufficiat ſaltem ad tertiam partem ſuſtentationis, ſi autem hanc conferat,dubitari non poteſt de obligatione recitandi*. P.Sanch. tom.1.conſiliorum moral.lib.2.cap. 2. dubit. 67. concluſ.1. ait. *Quando beneficium, licet non ſat ſit ad integram ſuſtentationem,ſufficit tamen ad bonam partem ſuſtentationis, tenetur illud habens ad horas,*& citat pro hac ſententia, Palacios in ſumma,verbo hora, & nonnullos doctos neotericos.

4 Pe-

Digitized by Google

4 Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83. art. 12. concluſ. 2. verſic. in ſecundo caſu,dicit. *Quod autem tenue dicatur beneficium, arbitrio prudentis viri relinquitur iudicandum, qui ſententiam proferet,habita ratione temporis,loci,perſonæ, & aliarum circumſtantiarum, quæ clerici ſuſtentationem poterunt facere difficiliorem*, & addit. *Hoc præſuppoſito, tamquam certo, quod quamuis tale beneficium congruæ clerici ſuſtentationi non ſit ſufficiens,ſi tamen adiuuet bonæ illius parti, à debito recitandi horas canonicas non excuſabitur* Rodriquez parte 1. ſumm. capit.141.numer.3.concluſione 2.final. iiſdem fere verbis reſpondet.

5 P.Leonardus Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.34.dubit.31.num. 169.fin.ait,*Mihi videtur probabile,eum non teneri ad quotidianum penſum precum canonicarum,cuius beneficium, eſt adeo tenue, vt non ſuppeditet bonam partem tenuis ſuſtentationis v.g. 15.vel 16. aureos. ſentio tamen omnes,qui aliquid percipiunt, aliquoties teneri per annum,v.g.feſtis,& dominicis, prout ratio dictauerit,non enim par eſt,vt fructus aliquos percipiant,& nũquam officium recitent*. P.Filliucius tom. 2. tract. 23. cap.5. quæſt.10.dicto 3.num.183.dicit,practice eſſe ſecurum, quando beneficium non aſcendit ad decẽm aureos, ſi tantum diebus dominicis, vel etiam feſtis horæ dicantur, ſi vero aſcendat,infra viginti,ſecurius eſſe, quod teneatur ſingulis diebus; ſi aſcendat ad viginti,vel eo amplius, non ſolum eſſe tutius, ſed etiam probabilius, quod teneatur quotidie.

6 P.Sanchez tom.1.conſil.moral.lib. 2.cap.2.dub. 67. concluſione 3.dicit, quando fructus beneficij non præſtant beneficiario integram ſuſtentationem, nec dimidiam partem,nec tertiam partem,ſed tantum quartam partem,non cenſeri bonam partem ſuſtentationis, quæ ſufficiat ad illum obligandum ad recitationem officij,nam requiritur, vt ſaltem præſtent tertiam partem,& concluſione 4.ait. *communiter loquẽdo,poteſt dici,quod ijs temporibus, quando fructus beneficij ſunt decem,& ſex aurei, non cenſetur bona pars ſuſtentationis,nec tenentur beneficiarij ad recitandum, at quando excedunt decem, & ſex aureos,tenentur recitare, quia cenſentur bona pars,ſic dixerunt quamplurimi recentiores maxime docti Magiſtri à me conſulti*.

7 P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis cap.21.num.2. fin.ex prædictis ſententijs, circa tenuitatem beneficij reprobat

bat primam ſententiam Soti, nam, *bona pars ſuſtentationis dici non poteſt, niſi tertia, vel ad ſummum quarta, quæ hodie exiſtimari non poteſt minor triginta aureorum, etiam reſpectu clerici infimæ conditionis*, & ſubdit, *& hæc notari poteſt, vt prima difficultas huius opinionis, quia ſine lege facit exceptionem à lege, & talem exceptionem, quæ cum ſit interminata, relinquenda eſt prudentis arbitrio, & ita aperitur via ad derogandum grauiter legi, & obligationi eius.*

8 Dices, Doctores primæ ſentētiæ nō negare beneficiū tenue, quoad ſubſtantiam eſſe, & reputari verum beneficium, ſed ſolum, quoad obligationem recitandi diuinum officium, pro beneficio non reputari. Reſpondeo hoc eſſe petitionem principij; nam quærimus, an omne beneficium, hanc obligationē inducat, & cum partem affirmatiuam omnes fere concedant, probauimus, omne beneficium, quantumcumque tenue in iure verum eſſe, & reputari beneficium, ex quo manifeſte ſequitur inducere obligationem recitandi diuinum officium; quare cum in cap. finali de reſcriptis lib. 6. dicitur beneficium dari, propter officium, id non ſolum intelligitur de beneficio ſufficienti, ſed etiam de tenui, quia ius indiſtincte loquitur, & illa propoſitio omnia comprehendit beneficia, ſicut etiam quando aliquis ſuſpenditur ab officio, & beneficio, in iure non minus ſuſpenditur à beneficio tenui, quam à pingui. Cum igitur in Concilio Lateranenſi, ſub Leone X. ſeſſ. 9. in bulla reformationis Curiæ Romanæ cap. 9. declaratum ſit, officium, propter quod datur beneficium, primo, ac per ſe, eſſe onus recitandi diuinum officium, aperte concluditur, etiam beneficium tenue dari propter hoc officium, ac proinde, qui tale beneficium acceptat, ad illud officium obligari; & vt bene dicunt Gloſſa in dicto cap. clericus victum 91. d. Maior. S. Antoninus, Sylu. locis citatis, & alij, imputent ſibi, qui paſſus eſt, ſe ad tale beneficium promoueri.

9 Dices, iuſtitiæ æquitas poſtulat, vt non exigatur graue officium ab illo, cui datur leue, ſeu tenue beneficium, ergo licet tenue beneficium detur propter officium, non tamen iuſtitiam requirit, vt ex vi illius ſolius beneficij quotidie totum officium recitetur, ſed ſufficit, ſi clericus aliquas preces ſuo arbitrio dicat, aut ſi diebus Dominicis, & feſtiuis illud recitet, aut aliquoties in anno. Reſpondeo, vbi voluntarium pactum interuenit, non eſſe iniuſtitiam, quia ſcienti, & volēti,

non

non ſit iniuria;ſed inter clericum,& eccleſiam tacitum pactũ interuenit;nam lege ab eccleſia definitum eſt, ſe nolle dare alicui beneficium ,niſi hac conditione,vt ad totum officium diuinum recitandum obligetur,qui autem recipit beneficiũ, voluntarie acceptat conditionem, ergo ad id obligatus manet.& nulla ei fit iniuria, ſibi enim imputet, ſi tantum onus, cum tam parua remuneratione acceptauit. Cõfirmatur,nam qui ſciens, & volens vxorem ducit pauperem, non minus obligatus manet bd onera matrimonij, quam ſi diuitem duxiſſet, ergo idem dicendum eſt in hoc caſu.

10 Sed obijciet aliquis,quamuis ille, qui voluntarie acceptat beneficium tenue, nullam patiatur iniuriam, quia ſciens,& volens conditionem admittit,res tamen ipſa, ſecundum ſe nõ eſt iuſta, quia nulla ſeruatur iuſtitiæ æqualitas,inter beneficium tenue,quod datur, tamquam ſtipendium ſuſtentationis,& onus recitandi diuinum officium, ergo non eſt credendum,eccleſiam velle obligare beneficiarium ad tale onus,ſicut non obligat ſacerdotes ad offerendum integrum ſacrificium,pro illo,qui non adæquatum,ſed tenue daret ſtipendiũ, vt ſacrificium *Miſſæ* pro ſe offeratur. Reſpondeo,& dico primo,non eſſe habendam rationem æqualitatis,inter officium, & ſtipendium,ſicut inter ſtipendium, ſeu mercedem operariorum,& laborem,quia in hoc caſu non intercedit commutatio proprie vnius rei,pro alia, & ideo non habetur ratio iuſtitiæ commutatiuæ,quæ conſtituat æqualitatem, inter beneficium,& officium,vt bene docet P.Gregorius de Valentia tom.3.diſp.6.q.2.punct.10. §.7.fin.

11 Dico ſecundo onus recitandi diuinum officium, non eſſe adeo graue, vt per tenues beneficij fructus compenſari non poſsit,etiam ſi rigoroſam æqualitatem, inter vtrumque,tamquam,inter ſtipendium,& laborem conſiderare velimus. Ratio eſt,quia clericus per recitationem diuini officij, ſolum occupatur per horam diei,ad ſummum per duas horas, reliquo vero diei tempore,non impeditur, neque prohibetur, quin aliquo honeſto modo neceſſaria corpori quærat, ergo etiam ſi beneficium ſex tantum,aut octo aureos reddat,ſufficiet pro illo paruo onere,præſertim, quia in ipſo iure canonico videtur hoc expreſſe declaratum: nam in cap. clericus victum diſt.91.de clerico paupere,ſic dicitur,*Clericus victum, & veſtimentum ſibi artificiolo,vel agricultura,abſque officij ſui*

dum-

dumtaxat detrimento paret, in quo aperte ſupponitur, teneri clericum ad officium ſuum, etiam ſi beneficium ſit adeo tenue, vt non poſſit ad victum, & veſtitum ſufficere. Gloſſa ibi, & Doctores communiter, hoc intelligunt de officio eccleſiæ debito, ratione beneficij, idem ſignificatur in cap. presbyter, eadem diſt. & in cap. 1. de celebratione *M*iſſarum. Præterea, ratione talis beneficij habet clericus, præter redditus, multa priuilegia exemptionis, multaque commoda, ergo in omni rigore æquitatis, poteſt ita obligari.

12 Quæres, an clericus teneatur diuinum recitare officium, quando ab initio recepit beneficium pingue, ſed progreſſu temporis factum eſt tenue? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias, prima negat; ducitur, quia ille non acceptauit voluntarie beneficium tenue, ergo ex defectu voluntariæ acceptationis, non obligatur, ita docent aliqui, quos, ſine nomine refert P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 21. num. 8. *P.* Layman tom. 2. lib. 4. tract. 2. cap. 5. quæſt. 5. num. 5. 6. illud vero, dicit eſſe valde probabile, prædictum non obligari ad recitationem officij, ſi non ſit ſpes breui tempore plus prouentuum.

13 *S*ecunda ſentētia docet, illum, qui à principio recepit pingue beneficium, ſe in perpetuum obligaſſe ad onera talis beneficij, nam ſicut eo ipſo acquiſiuit ius ad quodcunque augmentum fructuum, ſine augmēto onerum, ita etiam aſſumpſit periculum ſuſtinendi quamcumque diminutionem fructuum ſine diminutione onerum: nam hoc poſtulat ratio æquitatis, & ideo, quamuis beneficium fiat tenue, aut nullos fructus reddat, ſemper recitare tenebitur diuinum officium. Hæc eſt communis ſententia, quam expreſſe docet Gloſſa communiter recepta in cap. clericus victum, verbo vigilijs 91. diſt. Turrecremata ibi, quæſt. 6. & 14. Nauarr. cap. 7. de oratione num. 27. dicto 21. P. Ioannes Azorius parte 1. lib. 10. cap. 3 quæſt. 3 verſ. quærat quiſpiam, vbi ait, in hoc Soti opinio locum non habet, Vgolinus de officio *E*piſcopi parte prima fol. 68. & 70. quem refert, & ſequitur Naldus in ſumma. verbo officium diuinum, num. 1. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 21. num. 8. P. Reginald. in praxi lib. 30. tract. 3. cap. 4. ſect. 1. num. 33.

14 Quæres An quando beneficium obligat ad alia ſeruitia eccleſiæ, & eius fructus ſunt adeo tenues, vt licet clericus inte-

gre

Digitized by Google

gre inſeruiat,& accipiat omnes diſtributiones, & quidquid emolumenti ad illud pertinet, adhuc tamen non ſufficiat ad ſuſtentationem perſonæ quoad tertiam,vel quartam partem, obliget etiam ad recitationem diuini officij? Reſpondet P. Ssarius tom.2.de religione lib. 4. de horis canonicis cap.21. num.11.ſe cenſere valde probabile, & ſecurum ad recitandũ officium non obligare, quia tale beneficium iuſte reputari poſſet, non eſſe datum ad illud munus, ſed tantum pro alio ſeruitio,vnde reſpectu recitationis ſe habet, tamquam beneficium nullos redditus habẽs,idem docet P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap.4.§.1.art.1.dub.5.num.24.P.Filliucius tom. 2.tract.23.cap.5.quæſt.10.dicto 3.num.183. Bonacina tom.1. tractat.de officio diſput.1.quæſt.2.puncto 4. dub. 2.num.17. §. dixi.

15 Ego vero probabilius puto,quando beneficium tenue obligat ad aliquod ſeruitium eccleſiæ, ſed pro illo ſeruitio, præter fructus beneficij tenues,ſunt aſſignatæ diſtributiones,etiã tenues,obligare ad recitationem diuini officij.Ratio eſt,quia in obligatione recitandi diuinum officium, propter beneficium,nulla habetur ratio fructuum;ſed ſolius tituli, vel poſſeſſionis,Ratio à priori eſt,quia per beneficium peculiari modo,quaſi ſacratur perſona,& magis eccleſiaſtica efficitur,ita, vt in priuilegijs, & alijs honoribus æquiparetur clerico in ſacris,& ideo eccleſia, ſicut coniunxit obligationem recitandi diuinum officium,cum ordine ſacro,etiam ſi nullum emolumentum temporale ſecum afferat, ita etiam,ſeruata omni æquitate,coniunxit obligationem recitandi diuinum officiũ, cum quocuuque benefici o, nulla habita ratione fructuum, & eccleſiam ita inſtituiſſe,& præcepiſſe, conſtat ex cap.finali de reſcriptis in 6. vbi Pontifex non diſtinguens inter beneficium tenue,& pingue, abſolute ait,dari propter officium,& ex Concilio Generali *L*ateranenſi,ſub *L*eone X.ſeſſ.9.in bulla reformationis Curiæ Romanæ,cap.9.vbi ſtatuit, & præcipit,vt quilibet habens beneficium,cum cura, vel ſine cura, diuinum officium recitet, & rationem add ens,ait, *cum propter officium detur beneficium*. Cum vero beneficium tenue obligat ad alia ſeruitia eccleſiæ, & nullum aliud addit emolumentum, nullaſque diſtributiones, & tenues beneficij fructus illis ſeruitijs,æquiſſime correſpondent, probabile puto, non fuiſſe tale beneficium datum ad recitandum diuinum offi-

officium, & in hoc caſu veriſſima eſt ſententia P. Suarij, & aliorum numero præcedenti relata.

16 Quæres, an ſi quis habeat plura beneficia, ita tenuia, vt nullũ per ſe ſufficiat ad tertiam, vel quartam partem ſuſtentationis, omnia vero ſimul reddant competentes fructus, obligetur ad recitandum officium diuinum? Reſpondeo affirmatiue, & hoc verum eſt, ſecundum vtraſque ſententias, nam de ſecunda ſententia communi hoc indubitatum eſt, ſi enim cenſet quodlibet beneficium, quantumuis tenue obligare ad recitationẽ diuini officij, ergo multo magis, ſi ſint plura ſimul, ad id obligare cenſebit. De prima vero ſententia Soti, probatur, quia hic habet ab eccleſia ſufficiens ſtipendium titulo beneficiorum, nam quod ſint plura, eſt differentia impertinens, quæ non minuit, ſed potius auget obligationem, & quamuis, ſecundum primam ſententiam tenue beneficium non obliget ad totum officium; tamen ſecundum aliquos inchoat obligationem, ſaltem ad aliquam partem officij, vt docet P. Leſſius, & P. Suarius locis ſupra citatis, ergo ſi plura beneficia reddant ſufficiens ſtipendium, obligabunt ad integrum officiũ, ita docet P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 21. num. 12. P. Thomas Sanchez tom. 1. conſiliorum moralium lib. 2. cap. 2. dubio 70.

DVBIVM SEXTVM.

An Clericus recipiens redditus eccleſiaſticos, ſine titulo beneficij teneatur diuinum recitare officium?

1 RAtio dubitandi eſt, quia, vt docet Caietanus in ſumma verbo horæ §. 1. & alij Doctores communiter, Clerici, qui nullos ex beneficio fructus recipiunt, non tenentur diuinum recitare officium; cum nullum habeant ſuſtentationis ſtipendium, ergo à contrario videntur obligari illi, qui ſufficientem habent ab eccleſia ſuſtentationem, quamuis, ſine titulo beneficij. Reſponſio communis eſt, Ius ad percipiendos eccleſiaſticos redditus, quod certò conſtat, nõ eſſe beneficium eccleſiaſticum, nullam inducere obligationem recitandi diuinum officium, ſed quia hæc reſponſio aliquas continet difficultates, ideo ſingulæ examinandæ ſunt.

2 Dico igitur primo, certum eſſe, quotieſcũque dantur redditus

Digitized by Google

tus eccleſiaſtici, ſeu fructus alicuius beneficij alicui clerico, tamquam ſtipendium, propter actionem temporalem, illum non teneri diuinum officium recitare, talis eſt ille, qui conducitur ad docēdam ſacram Theologiam nam etiam ſi integram præbendam canonicatus accipiat, ſi non ſit canonicus, non tenetur officium recitare, nam illa poteſt dari, etiam laico. Ratio à priori eſt, quia hic vere beneficium nō habet, ſecus vero eſt, ſi beneficium, ſeu canonicatum reciperet, cui annexum eſt onus docendi ſacram Theologiam, iuxta cap. 1. de Magiſtris. Idem dicunt Doctores de Matricularijs, qui ſunt illi, qui redditus eccleſiaſticos recipiunt, vt pulſent campanas, organa, & illi, qui ſacriſtiæ inſeruiunt, & ſimilia exercent miniſteria, de quibus ſupra dubio 4. num. 7. diximus, nō teneri officium recitare. Ratio eſt, quia lex eccleſiaſtica, ſolum obligat ad hoc, Beneficium habentes, ſed prædicti nullū habent beneficium, ſed ſolum pro ſuis officijs, & ſeruitijs recipiunt proportionata ſtipendia, & per accidens eſt, quod ſint clerici, nam prædictæ actiones fieri poſſunt à laicis, ſicut interdum fiunt. Hæc eſt communis ſententia, quam docent Turrecremata, diſt. 91. in principio quæſt. 20. Paludanus in 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 1. concluſ. 5. Sylueſt. verbo hora quæſt. 2. num. 3. dicto 2. Tabiena ibi quæſt. 2. num. 3. fin. Armilla nu. 2. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. concluſ. 2. fin. vbi ponit exemplum de Regibus, & Equitibus, qui decimas recipiunt eccleſiaſticas de concionatoribus, & lectoribus, Nauar. cap. 7 de oratione num. 26. dicto 19. & 20. Petrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 3. concluſ. 2. Cardinalis Toletus in ſumma lib. 2. cap. 12. num. 2. P. Valentia to. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. quinam tenentur P. Suarius, P. Leſſius, P. Sanchez, & P. Filliucius, quos ſupra dub. 4. num. 7. citaui.

3 Quæres, an illi, qui penſionem eccleſiaſticam habent, ex aliquo beneficio ipſis ſoluendam, teneantur diuinum recitare officium? Reſpondeo, & dico primo, ante conſtitutionem Pij V. quām infra afferemus, nullum penſionarium obligatū fuiſſe ex præcepto ad recitandum diuinum officium, nec ad aliam orationem vocalem, ratione ſolius penſionis. Ratio eſt, quia tunc eccleſia nulli impoſuerat præceptum aliquid recitandi, propter receptionem reddituū eccleſiaſticorum, præter præceptum impoſitum illis, qui habent beneficium eccleſiaſticum, cum igitur penſio reuera non ſit bene-

ficium eccleſiaſticum, nec dabatur propter aliquod officium ſpirituale, non inducebat obligationem recitandi diuinum officium, & ideo penſionarij ad nullam omnino orationem vocalem recitandam tenebantur. Hæc eſt communis ſententia, quam docuit expreſſe Caietanus to. 1. opuſculorum, tract. 31. reſponſionum 17. reſponſione 10. *S*otus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. concluſione 2. Medina Codice de oratione quæſt. 7. Nauarrus cap. 7. de oratione num. 25. dicto 18. & in Manuali cap. 25. num. 108. *L*edeſma parte 2. quarti quæſt. 16. art. 4. dub. 5. Gigas quæſt. 30. de penſionibus, Adrianus quodlibeto 9. art. 1. ad 5. Corduba lib. 1. quæſt Theolog. quæſt. 21. fin. & in ſumma quæſt. 186. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. num. 2. Petrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art 12. dub. 3. concluſione 2. Sandoual lib. de officio canonico part. 5. cap. 5. Gregor. *L*opez par. 1. tit. 6. lib. 34. P. Ioannes Azorius par. 1. lib. 10. cap. 4. quæſt. 3. P. Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. quinam tenentur, concluſion. 2. verſ. eſt etiam, P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 22. num. 4. & 5. P. Reginaldus lib. 30. tract. 3. cap. 4. ſect. 1. num. 41. P. Thomas Sanch. tom. 1. conſiliorum moralium lib. 2. cap. 2. dubio 63. num. 3. concluſione 1. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 5. quæſt. 9. dicto 1. num. 173.

4 Dico ſecundo poſt Conſtitutionem Pij V. Romæ editam 12. Kal. Octobris anni 1571. quæ incipit ex proximo *L*ateranenſi Concilio, & habetur in bullario fol. 1134. eamque refert Nauarrus cap. 7. de oratione num. 32. & in Manuali cap. 25. num. 122. & Stephanus Quaranta in ſumma bullarij verbo horæ canonicæ; Penſionarios, qui non titulo ſæculari, ſed vt clerici, penſiones percipiunt, ſolum teneri ad officium paruum Beatæ Mariæ, & ſi illud non recitent, teneri ad reſtitutionem fructuum, dicuntur autem percipere, vt clerici, quando in ipſis ſtatus clericalis requiritur, vt talis penſionis ſint capaces. Ratio eſt, quia ita expreſſe ſtatuit Pius V. in fine prædictæ Conſtitutionis, dicens, *At quicunque penſionem, fructus, aut alias res eccleſiaſticas, vt clericus percipit, cum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium*, & ita ſentiunt omnes Doctores, qui poſt prædictam Conſtitutionem ſcripſerunt, ita Nauarrus cap. 7. de oratione num. 25. & in Manuali capit. 25. num. 108. Iaco-

bus

bus à Graſſijs parte 1.deciſionum lib.1. cap. 50. num.8.& 9. Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83. art.12. dub. 3. concluſ.2. Cardinalis Toletus lib.2.cap. 12.num. 2. P. Valentia tom.3. diſp.6.quæſt.2.puncto 10.9. quinam tenentur concluſ.2.fin. P.Suarius tom.2. de religione lib.4. de horis canonicis cap. 22.num.5.& 6.P.Reginaldus lib.3.tract.4.cap.4.ſect.3. num. 41.P.Sanchez tom.1.conſiliorum moral. lib. 2. cap. 2.dubio 63.num.4.concluſ.2.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap. 5.quæſ. 9.dicto 1.num.173.

5 Dico tertio, illos, qui recipiunt ab eccleſia penſionem,ſeu portionem aliquam ex redditibus, ſeu fructibus alicuius beneficij;non vt clerici,ſed aliquo titulo communi laicis, talis eſt pẽſio data à ſummo Pontifice laico ex gratitudiue,propter ſeruitia parentum in eccleſiæ vtilitatem,& illos, qui per modum ſimplicis eleemoſynæ habent certam portionem in aliquo Monaſterio ad vitæ ſuſtentationem, etiam ſi pro tota vita conſignatam habeant,non ſolum, non teneri diuinum officium recitare, cum prædictæ portiones non ſint beneficium eccleſiaſticum,ſed quid temporale, quod pretio vendi, & emi poteſt,vt bene notauit Caietanus tom.1.opuſculorum tract.31.17.reſponſionum, reſponſione 10. ſed neque etiam teneri recitare officium paruum Beatæ Virginis. Hæc concluſio patet ex prædicta Conſtitutione Pij V.in qua obligantur ſolum illi,qui,vt clerici recipiunt penſionem, & ex Doctoribus num.præcedenti citatis.

6 Quæres,an prædicta Conſtitutio Pij V.obliget ſub peccato mortali penſionarios ad prædictum officium Beatæ Virginis recitandum? Reſpondeo,nonnullos, quos ſine nomine refert *Petrus de Aragonia* 2.2.quæſt. 63. art. 2. prope finem,in dubio de penſionibus,verſ.an autem, dixiſſe prædictam Conſtitutiouem non obligare, tum quia non fuit vbique ſolemniter promulgata,præſertim in Hiſpania,tum etiam, quia non videtur vſu recepta,nec eius verba ſunt adeo rigoroſa,vt cẽſeantur nouam inducere obligationem,ſub mortali, ſed hæc ſententia, eſt omnino falſa, vt infra patebit ex ſolutione dictarum rationum.

7 Vera igitur,& communis ſententia docet,penſionarios, qui vt clerici recipiunt penſiones,ita teneri ex præcepto ad recitandum officium paruum Beatæ Virginis, & ad ipſarum fructuum reſtitutionem,ſi illud omiſerint, ſicut tenentur be-

neficiarij ad recitandum diuinum officium. *R*atio eſt, quia verba Conſtitutionis ſunt præceptiua, & obligationem ſtrictam inducentia, nec in conſtitutionibus ſummi Pontificis fuit vnquam alia ſolemnitas requiſita, etiam in Hiſpania, quã, vt Romæ ad valuas *S*ancti Petri, & Cancellariæ affigerentur, & inde ad alias orbis partes mitterentur: nec verum eſt illam non eſſe vſu receptam, tum quia ex tunc Theologi, & Canoniſtæ docti, & pij, ſemper docuerunt eſſe ſeruandam, ſicut de facto à timoratis ſeruatur, & ſaltem in Hiſpania hanc Conſtitutionem eſſe vſu receptam, ait P. *S*uarius loco citato num. 5. fin. ſibi conſtare; tum etiam quia Conſtitutio Pontificia ipſa per ſe obligat, vt recipiatur, & hanc vim ſemper habet, quamdiu per contrariam conſuetudinẽ ſciente, & conſentiẽte Pontifice abrogata non eſt, quod de hac conſtitutione dici non poteſt; cuius euidens ſignum eſt, quia illi, qui eam tranſgrediuntur, fructuum compenſationem à Pontifice poſtulare ſolent, quæ non facile, nec ſine competenti ſatisfactione conceditur, hanc ſententiam expreſſe docent *N*auarr. cap. 7. de oratione num. 25. dicto 18. fin. & cap. 21. num. 10. dicto 7. & in Manuali cap. 25. num. 108. Graſſijs parte 1. deciſion. lib. 2. cap. 50. num. 8. Aragonia 2. 2. quæſt. 63. art. 2. prope finẽ dub. de penſionibus, Rodriquez parte prima ſumm. cap. 141. concluſione 5. P. Azorius parte 1, lib. 10. cap. 4. quæſt. 3. P. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. quinam tenentur concluſ. 2. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 22. num. 5. P. Reginald. lib. 3. tract. 3. cap. 4. ſect. 3. num. 41. P. Sanchez tom. 1. conſiliorum moral. lib. 2. cap. 2. dubio 62. num. 4. concluſ. 2. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 5. quæſt. 9. dicto 1. num. 173.

8 Quæres, an ſi miles *L*auretanus titulo clericali penſionem receperit, & vulgo habeat Cauallerato, & nubat, retenta penſione virtute illius Militiæ, obligetur ad officium Beatæ Virginis, P. *S*anchez tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 63. nu. 5. reſpondent, eum teneri, quia in hoc caſu non mutatur natura penſionis, ſed eſt tantum priuilegium eam retinendi, cũ matrimonio, idem dicit, ſi matrimonio inito obtineret penſionem titulo clericali, virtute illius officij, quia eſt quædam diſpenſatio ad retinendum, vel obtinendum penſionem, eſt probabilis ſententia.

Quæres, an ſi penſio detur à ſummo Pontifice perſonæ religioſæ

Digitized by Google

gioſæ profeſſæ,ſed laicæ,v.g. militi S.Ioannis teneatur illam recipiens,ex vi prædictæ cōſtitutionis recitare officium paruum Beatæ Virginis? Reſpondeo negatiue,ratio eſt,quia non datur,ſub conditione clericatus; nam licet ratione profeſſionis in religione à ſede Apoſtolica approbata,emiſſæ, ſit perſona eccleſiaſtica,eique,vt religioſo detur, quia tamen non datur ei,vt clerico,ideo non inducit obligationem recitandi officium Beatæ Virginis;nam nomen clerici proprie,& rigoroſe acceptum,non poteſt ei conuenire,cum,vt ſupponimus, nec primam habeat clericalem tonſuram. hæc concluſio patet ex dictis,& ex doctoribus ſupra citatis, expreſſe P. Suario loco citato num.6.

10 Quæres,an ſi penſionarius velit diuinum officium recitare, loco officij parui Beatæ Virginis ſatisfaciat ſuæ obligationi? Reſpondeo affirmatiue. Ratio eſt,quia intentio ſummi Pontificis in prædicta Conſtitutione non fuit excludere recitationem diuini officij, ſed ſolum non imponere tantum onus penſionarijs,quod manifeſtum eſt ex ipſa materja,& fine præcepti. Confirmatur,quia lex poteſt extendi, & reſtringi,iuxta mentem legislatoris,& rationem legis, vt bene docet Panormitanus communiter receptus in cap.ſuggeſtum num. 2. de appellationibus, ſed mens Pij V. & ratio ipſius Conſtitutionis videtur fuiſſe, vt fruentes fructibus beneficiorum eccleſiaſticorum,non eſſent omnino immunes ab onere recitãdi diuinum officium, ad quod beneficiarij tenentur,& ideo præcepit, vt ſaltem recitent officium paruum Beatæ Virginis,ergo qui diuinum recitant officium, non tenentur officium paauum B.Virginis recitare,ita expreſſe docet Nauarr. lib.3.conſiliorum, conſilio 22.num. 2. de celebratione Miſſarum,vbi ex hoc infert,Iulium quendam, qui cum habitu Diui Iacobi de ſpata,ex indultu ſedis Apoſtolicæ annuam eccleſiaſticam penſionem retinebat, non teneri recitare officiũ Beatæ Virginis, iuxta Conſtitutionem Pij V. quia quotidie recitabat 120.Pater noſter,cum totidem Aue Maria ex ordinis inſtitutione à militibus quotidie perſoluenda; eamdem ſententiam ſequuntur Iacobus à Graſſijs parte 1. deciſion. lib.2.cap.50.num.9.Rodriquez parte 1.ſummæ cap.141.concluſione 5.fin.Garzia tom.1.de beneficijs parte 3. cap. 1.nu. 119. P. Suarius tom. 2. de religione lib.4.de horis canonic. cap.22. num. 6. P.Sanchez tom.1. conſiliorum moral. lib. 2.

cap.2.

cap.2.dubio 63.num.6.concluſ.3.P.Reginaldus lib.30.cap.4. ſect.3.num.41.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.5. quæſt. 9.dicto 1.num.173.

11 Quæres,an clericus,qui ratione ſacrorum ordinum, vel beneficij, aut profeſſionis religioſe quotidie recitat diuinum officium,ſi penſionem eccleſiaſticam reciperet, obligaretur, etiam recitare officium paruum Beatæ Virginis? Reſpondeo negatiue. Ratio eſt,quia recitando diuinum officium, ſatiſfacit vtrique obligationi;nam ſicut ſacro ordine initiatus recipiens beneficium eccleſiaſticum,non tenetur ad recitandũ, niſi officium diuinum,ergo ad idem tenetur, ſi habeat penſionem:non enim eſt veriſimile Pium V.voluiſſe penſionario in ſacris, vel beneficium habenti, maius onus imponere,ſed ſolum legem illam ſtatuiſſe propter illos clericos,qui alio titulo ad diuinum officium non obligantur, nec illis interdixiſſe diuinum officium recitare,ſi velint, vt ſupra probatum eſt, ita expreſſe docet Nauarrus lib.3. conſiliorum, conſilio 22.de celebratione Miſſarum,Graffijs parte 1. deciſion. lib.2. cap.50.num.9.Garzia tom.1.de beneficis parte 3.cap.1.num. 116.& 117.P.Azorius par.1.lib.10.cap.4.quæſt.3. fin. P.Suarius tom.2.de religione,lib.4.de horis canon.cap. 22. num.6. P.Reginaldus lib.30.cap.4.ſect.3.num.41. *P.* Sanchez tom.1. conſil.moral.lib.2.cap.dub.63.concluſ. 3. num.6. vbi ait,ſic Henriquez a me conſultus.P.Filliucius tom. 2.tract. 23.cap. 5.quæſt.9.dicto 1.num.173.fin.

DVBIVM SEPTIMVM.

An Clericus habens capellaniam, teneatur diuinum officium recitare?

1 RESponde,o Capellanias duplices eſſe,quædam ſunt,quæ collatiuæ,ſeu ſacræ appellantur, aliæ vero non collatiuæ,quas etiam prophanas vocant: collatiuæ ſunt, quæ fundantur titulo eccleſiaſtico, nam ex fundatoris voluntate requititur collatio facienda per Epiſcopum, vt acquiratur legitima poſſeſſio capellaniæ. Ratio eſt, quia licet hæ capellaniæ ex bonis laicorum conſtituantur,tamen Epiſcopi auctoritate eriguntur, & in ipſis laicus ius patronatus Epiſcopi auctoritate ſibi reſeruat,ac proinde annui redditus, quos laicus

cus ex ſuis bonis Epiſcopi auctoritate conſtituit, tranſeunt in beneficium eccleſiaſticum. Capellaniæ vero non collatiuæ, ſeu prophanæ ſunt illæ, quæ non requirunt collationem aliquam Epiſcopi, quia ipſe fundator voluit non eſſe neceſſariã, ſed ſola ſua auctoritate, vel patroni per eum deſtinati, fit collatio, vt quando quis relinquit aliquos redditus perpetuos, qui concedantur alicui, ea lege, vt quotannis dicat tot Miſſas: & exprimit fundator, vt quem ipſe, vel patronus nominauerit capellanum, ille ad pacificam capellaniæ poſſeſſionem nulla indigeat Epiſcopi collatione, hæ autem capellaniæ nullo modo poſſunt habere rationem beneficij eccleſiaſtici, cum ex bonis laicorum, ſine vlla Epiſcopi authoritate erigantur, & conſtituantur, quia laicus ex re profana ſacram facere non poteſt; ſicut enim Oratorium à laico, ſine authoritate Epiſcopi conſtructum locus ſacer non eſt, ſic etiam nec capellania ex laicorum bonis inſtituta, ſine Epiſcopi authoritate poteſt eſſe beneficium eccleſiaſticum: cum in ea nullum ſit ius percipiendi redditus ex bonis eccleſiæ, ſic Nauarrus cap. 20. de oratione num. 17. Corduba in ſumma quæſt. 33. & alij recentiores, his poſitis.

2 Dico primo, Capellanias collatas, ſeu collatiuas obligare ad recitandum diuinum officium. Ratio eſt, quia ſunt vera beneficia eccleſiaſtica, & dantur clericis titulo clericali, auctoritate eccleſiaſtica Epiſcopi; Hæc eſt communis ſententia, quam docent Angel. verbo beneficium num. 1. Sylu. beneficium 1. quæſt. 2. Tabiena beneficium 2. num. 1. hi inter beneficia ſimplicia numerant capellanias; expreſſe eam docent Metina Codice de oratione quæſt. 7. Nauarrus cap. 20. de oratione num. 17 Corduba in ſumma quæſt. 33. Ludouicus Lopez 2. par. Inſtruct. cap. 105. de oratione fol. 350. Ledeſma par. 24. quæſt. 16. art. 4. dub. 5. Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 3. concluſione 2. corollario 2 Rodriquez par. 1. ſumm. cap. 141. concluſione 4. P. Emanuel Sà, verbo horæ num. 4. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 3. quæſt. 5. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 22. num. 12. P. Gabriel Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 3. num. 10. P. Sanchez tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dubio 60. num. 2. concluſione 1. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 5. quæſt. 9. dicto 2 num. 174. & hoc ſignificare videntur, illi, qui dicunt beneficium, etiam de proprio patrimonio inſtitutum obligare

ad recitandum diuinum officium, ita Cardinalis Zabarella in Clementina graui de celebratione Miſſarum, quem referunt, & ſequuntur Sylu. verb. hora quæſt. 2. num. 3. dicto 2. Tabiena quæſt. 1. num. 2. Armilla num. 1.

3 Dico ſecundo, capellanias non collatiuas non obligare ad recitandum officium. Ratio eſt, quia non ſunt beneficia, vt ſupra num. 1. probatum eſt, nec dantur Epiſcopi auctoritate, ſed repugnat beneficium eccleſiaſticum inſtitui, vel conferri à laico, ſine interuentu ſpiritualis poteſtatis, quare ſi quis haberet capellaniam, quæ ex fundatoris voluntate non eſt collatiua, licet poſtea fuerit collata per Pontificem, & iterum per Epiſcopum, non teneretur recitare officium. Ratio eſt, quia illæ collationes non mutant horum bonorum naturam, & potuerunt id facere ex falſa relatione, vel ad maiorem ſecuritatem, non quia hoc eſſet neceſſarium, niſi Prælati eccleſiaſtici iam præſcripſerint ius conferendi hanc capellaniam, quia tunc propter præſcriptionem cenſenda eſſet capellania collatiua, & per conſequẽs beneficium eccleſiaſticum; & proinde obligaret ad recitandum officium, ita doctores numero præcedenti citati, præſertim *P. Sanchez* concluſione 2. numero 3. & 4.

4 Quæres, an clericus in minoribus habens capellaniam collatiuam, vel quoduis aliud beneficium, ſi abſens ſit ratione ſtudiorum, aut alia cauſa rationabili, ſatisfaciat ſuæ obligationi, ſi per alium recitet diuinum officium? Reſpondeo, circa hoc dubium fuit error quorumdam affirmantium prædictum ſatisfacere, quia ſufficienter videtur ſatisfieri beneficio, dum ipſi bene per alium ſeruitur, & recitatur diuinum officium, ſic Petrus, & Abbas antiquus, quos refert Panormitanus loco infra citando. Aliqui hoc putant eſſe verum, ſi nullam vtilitatem in abſentia reciperet ex beneficio, ita Angel. verbo hora. num. 4. Sylu. ibi quæſt. 2. num. 3. dicto 3. Tabiena quæſtio. ſecunda num. 3. nunc, hoc eſt falſum, & error manifeſtus.

5 Sententia communis, m vera docet prædictum beneficiariũ, teneri per ſe ipſum diuinum officium recitare, & nullo modo ſatisfacere, ſi per alium recitet. Ratio eſt, quia obligatio recitandi officium, eſt perſonalis, ſicut obligatio ieiunandi, & audiendi ſacrum, nam ius obligat ipſum beneficiarium ad recitandum. ita Ioannes Andreas cap. presbyter de celebrat.

Miſſa-

Digitized by Google

Miſſarum,ibi Innocentius, & Panormitanus num. 5. Cardinalis Clement.1.eodem tit.S.Antoninus 3.par.tit. 13. cap.4. §.1.Angel. verb.hora num. 4. dicit hoc eſſe tutius,Sylu.ibi quæſt.2.num.3.dicto 3.Roſella num. 3. Tabiena quæſt.2.nu. 3.Armilla num.3. Turrecremata cap. Eleutherius diſt.91.nu. 11.Metina Codice de orat.quæſt.7.Sotus lib.10. de iuſtitia, quæſt.5.art.3.concluſ.2. final. Corduba in ſumma quæſt.186. verſ.lo quinto,Ledeſma 2.par.4.quæſt.16.art.4.dub.5. fin.Palacios 4.diſt.15.diſp.9.fol.146.pag. 1. & fol.147. pag. 2.Nauarrus cap.11.de oratione num.32. & 33. Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83.art.12.dub.3.concluſ.2.corollario 2. P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.22.num. 12.fin.P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap. 4. §.1.art.1.dub.3. num.10.P.Sanchez tom.1. conſiliorum moral. lib.2.cap.2. dub.62.num.3.concluſ.vnica, vbi ait. *Hæc ſententia, vt certa habenda eſt, nec oppoſita eſt probabilis, quia caret omni fundamento*. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap.5.quæſt.9.dicto 2. verſ. De quinto.

6 Quæres, an in Capellanijs computandi ſint omnes fructus, etiam illi,qui dantur pro miſſis,ad quas obligat capellania, an vero ſolum illi, qui ſuperſunt, dempta eleemoſyna,quæ datur pro Miſſis? Reſpondeo,circa hoc, duas eſſe ſententias. Prima aſſirmat computandos eſſe fructus capellaniæ,etiam illos, qui dantur pro miſſis. Ratio eſt, quia omnes ij vere ſunt fructus beneficij. Confirmatur, quia alias in beneficio curato eſſet idem dicendum,ſcilicet,quod,ſi,dempta ea parte fructuum,quæ correſpondet miſſis, quas tenetur curatus celebrare pro populo,& alijs miniſteriis, ad quæ obligat beneficium,fructus,qui ſuperſunt,eſſent exigui,vel nulli, & ſic nō obligaret ad recitandum, ſic aliqui recenſiores docti.

7 Secunda ſententia docet,computandos eſſe ſolum fructus, qui ſuperſunt,dempta eleemoſyna,quæ datur pro miſſis.Ratio eſt, quia obligatio recitandi officium conſurgit ex ſtipēdio accepto,ſed ſtipendium, quod datur pro miſſis, non eſt ſtipendium, quod datur pro recitatione diuini officij,quia clerico non beneficiario, ſi celebraret illas miſſas,daretur illud ſtipendium, hanc ſentētiam putat probabiliorem P.Sanchez tom.1.conſiliorum moral.lib.2. cap. 2. dubio 68.modo deducatur tantum ſtipendium, quantum communiter dari ſolet alijs ſacerdotibus pro miſſis, ex hac ſecunda ſententia

ſequitur clericum in minoribus, qui haberet capellaniam, cuius fructus, dempta eleemoſyna pro miſſis, pauci, aut nulli eſſent, ſi per alium faceret miſſas celebrare, non teneri ad recitandum officium, hoc autem durum videtur, & ideo mihi prima ſententia videtur probabilior, & tutior, ex qua oppoſitum ſequitur, ſcilicet, prædictum teneri officium recitare.

DVBIVM OCTAVVM.

An ille, qui habet Beneficium, non ſibi collatum, ſed ſolum commendatum, teneatur diuinum officium recitare?

1 RAtio dubitandi eſt, quia cum prædictus non habeat beneficium per collationem, neque in titulum, & vt plurimum, non in perpetuum, ſed ad tempus, non eſt beneficiatus, ac proinde non tenetur diuinum officium recitare, hoc non obſtante, Reſpondeo, &

Dico primo, prædictum omnino teneri diuinum officium recitare, ſi beneficium habeat integre ſibi commendatum, quoad totam eius adminiſtrationem. Ratio eſt, quia licet beneficiũ, cum datur in commendam, non conferatur in titulum, neque in perpetuum, ſatis tamen eſt, ſi is, cui commendatur, habeat veram, & integram beneficij adminiſtrationem ſpiritualem & temporalem in omnibus ad tempus, vel in perpetuum: nã huiuſmodi adminiſtratio idem valet, quod titulus; immo, vt ait Gloſſa in cap. nemo de electione in 6. verbo, commendare, dubio 1. Commenda eſt titulus canonicus, ſicut, & alij, ita docet Medina Codice de oratione quæſt. 7. Nauarrus cap. 20. de oratione num. 16. Ledeſma 2. parte 4. quæſt. 16. art. 4. dub. 5. Palacios 4. diſt. 15. diſp. 9. fol. 144. Corduba in ſumma quæſt. 186. Vega tom. 1. cap. 128. caſu 13. verſ. 107. Petrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 3. concluſione 2. corollario primo Iacobus à Graffiis parte 1. deciſion. lib. 2. cap. 50. num. 22. Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 141. concluſ. 7. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 105. P. Ioannes Azorius par. 1. lib. 10. cap. 3. quæſt. 6. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 22. num. 14. P. Reginaldus in praxi lib. 30. cap. 4. ſect. 3. num. 41. & ex ante P. Sanchez tom. 1. conſiliorum moralium lib. 2. cap. 2. dub. 65. concluſ. vnica P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 2. cap. 5. quæſt. 8. num. 7. P. Filliucius

Digitized by Google

eius tom.2.tract.23.cap.5.quæſt.9. dicto 2.num.175..verſ. De ſexto dic.P.Vaſquez.opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art. 1.dub. 3.num.13.fin.

2 Dico ſecundo,ſi beneficium ſit ſolum commẽdatum,quoad exteriora,& publica ſeruitia eccleſiæ,tunc illum,cui commẽdatur,non teneri hac de cauſa ad recitandum officium, niſi quatenus neceſſe eſſet officium publicæ canere in eccleſia,ſed tunc proprietarium teneri ad illud priuatim recitandum.Ratio eſt,quia ſolum publicum,& externum miniſterium eſt illi commendatum,& obligatio recitandi priuatum officium ſemper manet apud proprietarium , ita vt non poſſit alteri illam delegare,cum vero ex ſpeciali pacto ſubſtitutus obligabitur ad recitandum officium,tunc obligabitur ad hoc ex iuſtitia pacti,non tamen propterea exonerabitur proprietarius ſua obligatione,nam eſt perſonalis,& ex beneficio quod ſemper habet,& hæc vera ſunt, quando ſubſtitutio, vel commendatio fit propria voluntate, & auctoritate ipſiuſmet beneficiarij ad ſupplendam eius abſentiam, vt ſi beneficiarius abfuturus a ſua eccleſia propter negotia, illam commendet amico,vel religioſo,aut clerico ſæculari mercenario, vt pro ſe toto illo tempore inſeruiat . hæc concluſio colligitur ex doctoribus numero præcedenti citatis,præſertim ex P.Suario loco citato num.15.P.Filliucio dicto num.17.fin.

DVBIVM NONVM.

An, Coadiutores Beneficiorum ex vi coadiutoriæ teneantur diuinum officium recitare?

1 RAtio dubitandi eſt, quia iuxta præſentem vſum,non ſunt tantum ſtipendiarij ad tempus, ſeu ad vitam proprietarij,ſed etiam ſunt ſucceſſores ipſo facto in beneficio,& ſine noua collatione, ergo videntur habere titulum beneficij præterea ſemper habent congruam portionem deſignatam, ſedem in choro, & vocem in capitulo;his tamen non obſtantibus;Reſpondeo,cum communi doctorum ſententia,& dico Coadiutores beneficiorum non teneri diuinum officium recitare.Ratio eſt, quia obligatio recitandi officium diuinũ, ſemper manet apud proprietarium,cum ſit perſonalis, ergo non obligat coadiutorem , conſequentia probatur, quia ex

vno beneficio non obligātur duo ad recitandum officium. Secundo,quia coadiutoria proprie non eſt beneficium eccleſiaſticum,ergo non obligat ad recitandum officium, antecedens probatur,quia coadiutoria, cum futura ſucceſſione, nō dat ius in re,ſed ſolum ad rem, vt bene docet Nauarrus in relectione Cap. Si quando; de reſcriptis præludio 5. nu.10. ergo non eſt beneficium. Confirmatur,quia vnum,& idem beneficium non poteſt ſimul eſſe in duobus; ſed priucipalis retinet beneficium integrū,ergo illud idem non habet coadiutor. Hoc declaratum eſt à S.D.N. Paulo V. ad petitionem eccleſiæ cathedralis Conimbricenſis in quodam breui anni 1606.in quo inter alia declarat,Coadiutores Canonicorum, non eſſe vere Canonicos,nec pro talibus habendos, viuentibus coadiutis, ergo idem dicendum eſt de omnibus alijs coadiutoribus. Prædictum breue refert P. Suarius tom. 2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.22. num.19. fin.Hanc ſententiam docent Medina Codice de oratione quæſt.7. Nauarrus cap.20.de oratione uum.18.Ledeſma 2. par. 4. quæſt. 16.art.4.dub.5.Rodriquez par.1 ſumm.cap.141.concluſion. 7.Iacobus à Graffijs par.1.deciſion.lib.2 cap. 50. num.22.P. Ioannes Azorius par.1.lib.10.cap.4quæſt.1. P. Suarius dicto num.19.P.Reginaldus lib.30.cap.4.ſect.3.uum.41.§. ex ante, P Sanchez tom.1.conſil.moral.lib.2.cap. 2. dub. 64. num.3. concluſione vnica P.Layman to.2.lib.4.tract.2.cap. 5. quæſt. 10.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.5. quæſt. 9. dicto 3.num. 176. Naldus in ſumma verbo officium nu.1.Garzia tom.1.de beneficijs parte 3. cap.1.num. 109.

2 Nec obſtant rationes dubitandi in principio propoſitæ, nō prima,quia per conceſſionem coadiutoriæ,fit collatio,quaſi, ſub conditione, qua impleta, ipſo facto perficitur collatio, quæ prius erat, quaſi pendens: non ſecunda, quia coadiutor habet ſedem in choro,non in loco proprietarij, ſed ſolum in vltimo loco,poſt proprios Canonicos, vt ſtatutum eſt:denique vocem habet in Capitulo, non ex vi tituli, ſed quia ei conceditur,vt etiam quoad hoc proprietarium iuuet.

3 Quæres, an beneficij Coadiutor teneatur diuinum recitare officium, ſaltem eo tempore, quo ſupplet vices Beneficiarij? Reſpondeo duas eſſe ſententias. Prima affirmat, ratio eſt, quia tunc ſuſcipit in ſe onus eccleſiæ in defectu principalis, ita Mdina in Cod.de orat.q.7.Ledeſm.2 p.4.q.16.ar.4.dub.5.

Secun-

Digitized by Google

Secunda ſententia docet, prædictũ probabilius ad id non teneri,ſed ſolum ad id,ad quod datus eſt Coadiutor,vnde ſi datus ſit tantum ad miniſtranda ſacramenta, vel ad canendum tantum in choro, ad id tenebitur, ſi vero ad recitandas aliquas horas,vel omnes,ſi quotidie, vel aliquibus diebus,ad id tenebitur, numquam tamen ad recitandum diuinum officiũ ex vi Coadiutoriæ. Ratio eſt, quia licet proprietarius legitime excuſetur à ſeruitio chori,& eccleſiæ, ſeruiẽdo,per Coadiutorem,non tamen ab onere recitandi officium, cum hoc ſit onus perſonale, ſequens beneficium, quod ipſe retinet integrum,ita expreſſe docet Nauarrus cap.20. de oratione num. 18.Graſſijs par.1.deciſion.lib.2.cap.50. num. 22. P.Ioannes Azorius par.1.lib.10.cap.4.quæſt.1.P.Suarius tom 2. de relig. lib.4.de horis canon.cap,22.num. 22. P. Reginaldus lib.30. cap.4.ſect.3.num.41.P. Sanchez tom. 1. conſiliorum moral. lib.2.cap.2.dub.64. num.4.

4 Quæres,an prædicti Coadiutores teneantur ſaltem dicere officium Beatæ *V*irginis,tamquam penſionarij, iuxta bullam Pij V? Reſpondeo, ſi prædicti habeant propriam penſionem ſuper beneficium, ſine dubio eos teneri ad officium Beatæ *V*irginis,niſi alias diuinum recitent. Ratio eſt, quia recipit talem penſionem, vt clericus;ſi vero ſolum recipiat ex fructibus beneficij aliquam ſuſtentationem per modum ſtipendij, non teneri, quia tunc non comprehenditur in bulla Pij *V*. nam ſatisfacit ſuæ obligationi,ſuum miniſterium implendo, ita P.Suarius loco citato num.22.verſ.tamdem quæri.

DVBIVM DECIMVM.

An habentes Præſtimonia *teneantur diuinum officium recitare?*

1 RESpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias, Prima docet non teneri ad officium, tum quia in Concilio Tridentino præſtimonia diſtinguntur à beneficijs ſeſſ.23. cap.18.vbi dicitur, *Nec non beneficia ſimplicia,vel etiam præſtimonia*; tum etiam quia non ſunt vera beneficia ſpiritualia, ſed ſunt velut penſiones, ſeu portiones à beneficijs pinguibus ſeparatæ,pro ſuſtentatione pauperum ſcholaſticorum ad ſtudia peragenda, vt poſſint eo modo facile docti euadere, &

Eccle-

Eccleſiæ melius inſeruire, vnde conſiderato fine talis inſtitutionis, non videntur beneficia eccleſiaſtica, cum non dentur, propter aliquod ſacrum miniſteriũ, ſed tantum, propter ſtudium ordinatum ad ſacrum miniſterium, tamquam ad finem remotum. Hanc ſententiam docuit Medina Codice de oratione quæſt. 7. Palacios 4. diſt. 15. diſp. 6. fol. 145. Corduba in ſumma quæſt. 186. Gigas de penſionibus cap. 28. num. 5. Ioannes de Sylua tract. de beneficijs par. 1. quæſt. 3. num. 10. P. Layman tom. 2. lib 4. tract. 2. cap. 5. quæſt. 6.

2 Secunda ſententiã docet: habentes Præſtimonia teneri diuinum officium recitare. Ratio eſt, quia præſtimonia ſunt vere, & proprie beneficia eccleſiaſtica, quæ ſpirituali titulo clericis conferuntur, vnde in cap. finali. de conceſſione præbendæ, in 6. inter alia beneficia eccleſiaſtica numerantur præſtimonia. Hanc ſententiam docuit Panormitanus par. 2. conſiliorum, conſilio 47. vbi probat, præſtimonium eſſe beneficiũ eccleſiaſticum, cum habeat omnes conditiones, quæ requirũtur ad conſtituendum verum beneficium iure communi. Prima eſt, quia conferri non poteſt, niſi ab Epiſcopo, vel à Prælato eccleſiaſtico, & qui debet illud conferre, non poteſt ſibi illud retinere. Secunda, quia non poteſt conferri, niſi in clericos, & datur in titulum. Tertia datur in perpetuum, nec morte clerici extinguitur, ſed vacat, & alteri confertur; denique non poteſt conferri ex pacto, aut conditione, ſine peccato ſimoniæ, nec vendi, nec redimi: eamdem ſententiam ſequutus eſt Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. concluſione 2. Nauarrus cap. 21. de oratione num. 9. Corduba lib. 1. quæſtionum Theologicarum quæſt. 21. puncto 3. dub. 1. Metina lib. 1. Inſtruct. cap. 14. §. 11. Oldradus conſilio 71. Petrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 3. concluſ. 2. Sandoual lib. de officio canonico par. 5. cap. 5. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 3. qu. 4. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 22. num. 8. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 3. num. 8. P. Sanchez tom. 1. conſiliorum moral. lib. 2. cap. 2. dub. 59. num. 3. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 5. quæſt. 9. dicto 2, num. 174.

3 Pro ſolutione igitur dubij, Dico, quãmuis fortaſſe de iure antiquo, ante Conſtitutionem Pij V. potuiſſet dubitari, an Præſtimonia ſint beneficia eccleſiaſtica. Nunc tamen poſt dictam Conſtitutionem Romæ datam 12. Kal Octobris 1571.

quæ

quæ incipit, Ex proximo *Lateranenſi* Concilio; Nulli dubium eſſe poſſe, nam hoc in ea expreſſe definiuit, dicens. *Declarãtes Præſtimonia, Præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia, obtinentes, cum prædictis pariter contineri*. Quibus verbis Pius V. declarat obligatos etiam ad recitandum diuinum officium, nec repugnat, quod prædicta inſtituta ſint ad iuuandos iuuenes in ſtudijs litterarum, & annexum habeant onus recitandi diuinum officium.

DVBIVM VNDECIMVM.

An habentes Beneficium Manuale, teneantur diuinum officium recitare?

1 RAtio dubitandi eſt, quia de ratione Beneficij eccleſiaſtici eſt, vt ſit perpetuum, ſed Beneficium Manuale confertur religioſo à ſuo Prælato, quamdiu ſibi placuerit, & ad ipſius nutum reuocatur, vt conſtat ex cap. cum ad Monaſterium §. tales autem. de ſtatu Monachorum, & Clementina vnica de ſupplenda negligentia Prælatorum, ergo non eſt Beneficium eccleſiaſticum, ac proinde, qui illud poſſidet, non tenetur diuinum officium recitare, hoc non obſtante,

2 Reſpondeo, & Dico, Manualia Beneficia poſſidentes, ſine dubio teneri diuinum officium recitare, Ratio eſt, quia ille, qui illud poſſidet, in ſe ſuſcipit totam beneficij adminiſtrationem, ad quam ſpectat recitatio officij diuini, nam prædicta recitatio debet ad aliquam determinatam perſonam pertinere, ſed pro eo tempore, quo beneficium adminiſtratur, non cadit in aliam, niſi in adminiſtratorem, ſeu beneficiariũ, ergo ille tenetur recitare. Nec obſtat ratio dubitandi, quia etiam dici poteſt perpetuum, quod non datur ad definitum tempus, & ſemper durare poteſt, quia eſt in potentia perpetuum, vt docet, & probat Sylua verbo, dignitas. num. 2. hanc ſententiam expreſſe docet P. Azorius par. 1, lib. 10. cap. 4. qu. 2. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 22. num. 16. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 3. num. 13. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 2. cap. 5. quæſt. 7. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 5. quæſt. 9. dicto 3. num. 176.

DV-

DVBIVM DVODECIMVM.

An habentes plura beneficia eccleſiaſtica, teneantur plura officia recitare?

1 RESpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat. Ratio eſt, quia de iure naturæ, qui ſentit commoda, debet ſentire onera. l. ſecundum naturam. ff. de regulis iuris. & Clementina 1. de centibus, vbi dicitur, *Cum ſit naturæ conſonum, illos non recuſare onera, qui rerum commoda complectuntur*, ſed quodlibet beneficium habet onus annexum recitandi diuinum officium, vt ſupra probatum eſt, ergo duo beneficia, habent duo onera, & tria beneficia tria onera, nam ſi duo conferantur duobus, quotidie bis recitaretur officium ab ipſis, & ter, ſi tria tribus, ergo, ſi duo beneficia vni conferantur, ille tenetur bis quotidie officium recitare, & ſi tria vni conferantur, tenetur ter illud quotidie recitare. Secundo, qui duobus creditoribus tenetur cuique reddere decem, non ſatisfaceret, ſi ambobus decem tantum ſolueret, Tertio, ſi quis haberet duas capellanias, quibus ſingulis eſſet onus impoſitum quotidie celebrandi Miſſam, obligationi ſuæ non ſatisfaceret, vnam tantum celebrando, ergo neque ſatiſfacit habens duo beneficia, vnum tantum officium recitando. Hanc ſententiam expreſſe docuit Guilelmus Pariſienſis in tractatu de collatione beneficiorum, quem refert, & ſequitur Carthuſianus opuſculo, contra pluralitatem beneficiorum art. 17. vbi ait. *Quemadmodum quot feuda vnuſquiſque tenet, tot debet inde ſeruitia, ſic quot præbendas, vel beneficia vnuſquiſque detinet, tot debet inde eccleſiaſtica ſeruitia, hoc eſt, tot paria horarum.* prædictos doctores refert, & ſequitur Nauarrus in Miſcellaneo 60. de oratione num. 2. 3. & 4. vt ſcribunt quidam recentiores, ſed in libris, quibus ego vtor, impreſſis Venetijs anno 1600. de hac re agit in cap. 22. de oratione Miſcellaneo 13. num. 53. & 63. verſ. addo ſecundo, vbi ex eodem Guilelmo in ſuo ſacerdotali ab eodem Dionyſio Carthuſiano loco citato columna 9. probato, refert verba ſequentia, *Qui non vult operari dupliciter, vel tripliciter, non manducet dupliciter, vel tripliciter, Dupliciter, vel tripliciter manducat, qui tres habent præbendas: debent ergo operari tripliciter, tria paria*

paria horarum dicendo,& ſubdit,Neminem ſibi velle ſeruum comedentem,quantum tres, & operantem ſolum,quantum vnus.

2 Secunda ſententia communis negat.Ratio eſt,quia licet eccleſia præcepit,vt omnes,qui habent beneficium,recitent diuinum officium;non tamen præcepit plura beneficia habenti,pluries officium recitare,vt communis conſuetudo aperte prædictum præceptum eſt interpretata.Confirmatur à ſimili, nam licet eccleſia præceperit, vt qui ſacrum ſuſcepit ordinē, quotidie recitet diuinum officium, non tamen præcepit,vt qui plures ſacros ordines ſuſcepit, pluries idem officium recitet,Ratio à priori eſt,quia licet aliquis titulus ſit ſufficiens ratio obligationis; non tamen multiplicatio titulorum, multiplicat obligationes, ſed auget eamdem, vt pluribus titulis debeatur,ſic religioſus ſacerdos, habens beneficium regulare,tribus rationibus,tenetur diuinum officium recitare, ſcilicet Profeſſionis,Ordinis ſacri,& Beneficij, ita expreſſe docuit S.Thomas quodlibeto 1.quæſt.7.art.13.quem ſequuntur Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5.art.1.concluſione 5. Maior. in 4.d.12.quæſt.6.Turrecremata cap.1.diſt.91.quæſt.13.Ioānes à Lignano de horis canon. quæſt.9. Albertus de Ferrarijs tract.de horis canonicis num. 30. Nicolaus de Ploue in tractatu ſacerdotali tit. de horis canonicis quæſt. 13.Nicolaus Garzia tom.1.de beneficijs par.3.cap.1.num.110.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1. quæſt.2. puncto 4.num.9. fin.P.Henrtquez lib.5,cap.5 num.6.commen.littera q. P.Io: Azorius par.1.lib.10.cap.4.quæſt.10.P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canon.cap.18.num.7. P.Filliucius to. 2.tract.23.cap.5.quæſt.3. dicto 2.num.155.

3 Quæres,an etiam illi,qui illicite poſſident plura beneficia, ſatisfaciant ipſorum obligationi vnum ſolum officium quotidie recitando? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima docet illos ſolum, qui iniuſte poſſident plura beneficia,teneri plura officia recitare,non vero, qui iuſte illa poſſident per diſpenſationem ſummi Pontificis, nam dum ſummus Pontifex in pluralitate diſpenſat, videtur etiam diſpenſare,ne pluries recitent;ita doctores ſupra citati pro prima ſententia,vt eos interpretatur Nauarrus cap.22. de oratione Miſcellaneo 15.num.63. verſ. addo ſecundo,vbi ait,*Prædicti ſolum excuſant eos,qui per iuſtam conſuetudinem, vel diſpenſa-*

tionem retinent plura, & non alios, & addit. *His eſſe conſequēs, quod quicumque tenet alia beneficia præter vnum, quod ei ſufficiat, tenetur ad recitandas pluries quotidie horas canonicas*, huic ſententiæ fauent illi doctores, qui dicunt illum, qui iuſte plura habet beneficia, non teneri ad pluries officium recitandū, nam videntur oppoſitum innuere in habente plura beneficia iniuſte, ita S. Thomas quodlib. 1. art. 13. Riccardus quodlibet. 2. quæſt. 26. Driedon libro ſecundo de libertate chriſtiana, cap. 4.

4 Ad hanc ſententiam reducitur Paludanus in 4. diſt. 15. qu. 5. art. 1. concluſione 5. vbi diſtinguit, clericus, qui habet plura beneficia, *aut tenet illicite*, & *tunc, quia nullum ius habet in altero, non reputatur habere, niſi vnum beneficium, nec per conſequens, propter illud tenetur ad officium aliquod directe, indirecte tamen poteſt teneri, quia defraudat Deum ſeruitio ſibi debito, aut poſſidet ex iure fori, & iure poli, ſcilicet ex cauſa rationabili, diſpenſante eo, qui poteſt, & tunc non tenetur, quia illa cauſa recompenſat, aut tenet illicite iure poli; licet licite iure fori, & tunc videtur ex quolibet obligatus, & ſic per ſe, vel per alium dicat*, eum ſequitur Turrecremata, & Maior. locis ſupra num. ſecundo citatis.

5 Secunda ſententia docet plura habentem beneficia, etiam iniuſte, non teneri, niſi ſemel quotidie diuinum officium recitare. Ratio eſt, quia prædictus eſt vnus tantum miniſter, ſed quando concurrunt in vnico miniſtro plures rationes obligandi ad recitandum officium, non obligant illum, niſi ad ſemel recitandum, vt patet in eo, qui habet plures ordines ſacros, vel etiam beneficium, hanc ſententiam ſequuntur omnes fere doctores ſupra num. ſecundo citati. expreſſe Palacios 4. diſt. 15. diſp. 9. fol. 147. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 120. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 18. num. 10. P. Sanchez tom. 1. conſil. moral. libro 2. capit. 2. dubio 79. num. 2. & hæc ſententia eſt probabilior.

6 Ad rationes igitur primæ ſententiæ ſupra num. primo propoſitas, patet reſponſio ex dictis, nam quamuis in alijs caſibus teneatur quis ad diſtinctas ſolutiones plurium debitorū, vel per plures actiones, vt capellanus, qui tenetur plures Miſſas celebrare; ſæpe tamen contingit, vt vna actione quis ſatisfaciat pluribus obligationibus, vt vno ieiunio poteſt ſatisfieri præ-

Digitized by Google

ri præcepto,& voto,& huius generis eſt preſens obligatio,vt ſupra num. ſecundo, alijs exemplis in ſecunda ſententia eſt declaratum, cum præſertim hoc ex inſtitutione pendeat,inſtitutio autem eccleſiæ, non eſt, vt eadem perſona teneatur pluries in die diuinum officium recitare, etiam ſi plura habeat beneficia.

DVBIVM XIII.

An ſolus beneficij titulus, ſine actuali poſſeſſione obliget Beneficiarium ad diuinum officium recitandum, an vero requiratur etiam poſſeſſio?

1 PRo explicatione huius dubij ſupponendum eſt, poſſe aliquem duobus modis habere ius ad aliquod beneficium, vno modo remote,quod dicitur ius ad rem, & hoc eſt,quanquando quis per prouiſionem non dum acceptatam,vel præſentationem,aut nominationem, habet ius ad aliquod beneficium, & hoc ius non ſufficit ad obligationem recitandi diuinum officium,quia tale ius non eſt beneficium, neque qui illud habet, poteſt beneficiarius appellari. Secundo modo proxime, quod dicitur ius in re,& hoc ius acquiritur titulo beneficij,& quaſi conſummatur poſſeſſione,quare certum eſt, ante acquiſitum titulum beneficij, non oriri obligationem recitandi diuinum officium,hoc poſito, hic quæritur,an ſufficiat ſolus titulus, an etiã requiratur actualis poſſeſſio? Circa hoc ſunt duæ ſententiæ.

2 Prima docet titulum ſolum beneficij, ſine actuali poſſeſſione eius ſufficere,vt aliquis teneatur, ratione beneficij ad recitandum diuinum officium, etiam ſi pro tunc poſſeſſio haberi non poſſit,ſed violenter impediatur, dummodo habeatur moralis ſpes eam obtinendi, nec per eum ſtet, quominus eam capiat. Ratio eſt, quia per ſolam collationem acceptatam acquiritur ius in beneficio, & beneficium fit illius, cui collatum eſt & tunc vere dicitur beneficiatus, & habere beneficium, & quamuis perceptio fructuum incipiat a poſſeſſione, tamen ei debentur a die acceptatæ collationis. Hanc ſententiam expreſſe docet Nauarrus cap.7.de oratione num. 28.& 29.& in Manuali cap.25.num. 103. Philiarchus tom. 1. de officio ſacerdotis lib.1.cap.3.Vgolinus de officio Epiſco-

pi cap.13.§.1. num.2. Iacobus a Graffijs parte 1. deciſionum lib.2.cap.50.num.16.& cap.51.num. 3. Zerula in praxi epiſcopali parte 1.verbo beneficium §.4.dub. 3. Carolus Macignus tract.de horis canonicis cap.10.num.25.Garzia tom.1. de beneficijs parte 3.cap.1.num.92.

3 Secunda ſententia docet,non teneri beneficiarium diuinum officium recitare;ratione ſolius tituli beneficij,ante acquiſitã pacificam poſſeſſionem, niſi per eum ſtet illam habere. Ratio eſt, quia in iure non cenſetur quis perfecte habere beneficium,donec pacificam eius habeat poſſeſſionem, vel ſaltem per illum non ſtet,quominus eam habeat, ita Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5.art.1.concluſ. 5. Turrecremata diſt.91.§.1. art.14.Caietanus in ſumma verbo horæ §.1.Armilla ibi num. 1.Flaminius Pariſius lib. 1. de reſignatione beneficiorum qu. 9.num.15.vbi addit, ita eſſe vſu receptum in Curia Romana, Vega in ſumma tom.1.cap.128.caſu 18. Gauantus commen. in rubric.Miſſalis tom.2.ſect.1.cap.4.num. 5. Malderus 2.2. tract.10 cap.2.dub.3.quæſt.7.Molfeſius in ſumma tom.1.tractatu 5.cap.3.num.3.Antoninus Diana par.2.tract.12.de horis canonicis reſolutione 21.P.Ioannes Azorius par.1.lib.10. cap.4.quæſt.7.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.34. dubitatione 30.num. 167. P.Suarius tom. 2. de religione lib.4.de horis canon.cap.19.num.7.P.Layman tom.2. lib. 4. tract 2.cap.5. quæſt.2.num.3.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.5.quæſt.4.dicto 1.num.159. & hæc ſententia mihi videtur probabilior,nã ſi verum eſt,quod dicit Pariſius loco ſupra citato,ſcilicet,ita eſſe vſu receptum in Curia Romana, id pro lege ſufficiet,vt bene docet P.Suarius loco citato, & P. Azorius quæſtione citata finali.

4 Quæres, an beneficiarius teneatur diuinum officium recitare,quando in poſſeſſione ipſius beneficij eſt alter,contra quem litigat,aut neuter? Reſpondeo,circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat prædictum teneri, Ratio eſt, quia fructus percepti, ſaltem poſt litis conteſtationem,actori debentur,ſi vincat.l.& ex diuerſ.§.1.ff. de rei vendicatione, &.l.certum C.eodem tit. ita Caietanus in ſumma verbo horæ § 1.in principio,vbi ait, *Beneficiarius non appellatur quis, quantum ad vinculum diuini officij, ſi non poteſt habere poſſeſſionem,ac fructus beneficij, niſi fructus ei poſtmodum dandi ſint, quia tunc conſtat beneficium ei fructificare, quamuis actualis* per-

Digitized by Google

perceptio fructuum,pro tunc ſit impedita. Nauarr. cap. 7. de oratione num.28.& in Manuali cap.25.num.103. Corduba in ſumma quæſt.186.num.3.Aragonins 2.2.quæſt. 83.art.12. dub.4.concluſ. 4. cauſa 5. Rodriquez par.1.ſumm.cap.141. concluſ.3.dicto 4.Philiarchus tom.1. lib. 1. cap.3.verſ.3.Ludouicus Lopez tom.1.inſtruct.conſcientiæ cap.244.& tom.2. cap.105.Vega par.1.ſummæ cap.128.caſu 13.verſ.4.Ledeſm. par.24.quæſt.16.art.4.dub.5.concluſ. 6. Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.14.num.5.verſ. tertia eſt,vbi ait, *Si lis eſt, & ſperat certo recepturum ſe fructus,etiam illius temporis præſentis,quia certa eſt iuſtitia,tunc tenetur recitare ex tunc*. eamdem ſententiam ſequitur P.Azorius p.1.lib. 10.cap.4.quæſt. 9.P.Sanch.tom.1.conſil.moral. lib. 2. cap. 2.dub 76.num.6. concluſion.2.& Nicolaus Garzia tom.1 de beneficijs par.3. cap.1.num.103. quando eſſet certa,aut quaſi certa victoria illius.

5 Secunda ſententia docet illum,qui recepto titulo, & acquiſito iure in beneficio,per litem impeditur,ne poſſeſſionem accipiat,nec vllos fructus,non teneri pro eo tempore diuinũ officium recitare,ratione ſolius tituli. Ratio eſt,quia ſæpe cauſa eſt dubia,vel difficilis victoria,quia ex vtraque parte ſunt opiniones doctorum probabiles,quare durum eſt,vt ſtatim,ac ſine mora oligetur ad recitãdum officium.Præterea, vel alter litigans poſſidet beneficium,vel neuter; ſi alter,ille tenetur pro tunc recitare, quia actu fruitur beneficio, ergo non eſt pro eo tempore ille obligandus, qui ſolum habet titulum litigioſum; ſi vero neuter poſſidet,cur obligandus eſt ille,qui putat ſe habere iuſtum titulum, cum res ſit dubia,& per ipſum non ſtet quominus habeat beneficij poſſeſſionem? imo potius videtur obligandus ad recitandum ille, qui iniuſte litigat,& impedit alterum,& eſt iniurioſus eccleſiæ,quam priuat ſuo debito miniſtro; quod ſi vterque litigans putet ſe habere ius,& bona conſcientia litigat,tunc cum cauſa ſit dubia,non apparet ratio,cur vnus potius,quam alter obligetur, quare neuter videtur obligandus. hec ſententia eſt communis quam docent omnes doctores,ſupra citati num.3.pro ſecunda ſententia,qui præter titulum requirunt pacificam poſſeſſionem beneficij ad hoc, vt beneficiarius teneatur diuinum officium recitare,hanc ſententiam expreſſe docet Paludanus 4.diſt.15.quæſt.5.art.1.concluſione 5.Turrecremata

diſt.

diſt.91.§.1.art. 14. Caietanus in ſumma verbo horæ §.1.in principio, vbi ait, excipiuntur ab obligatione recitandi, nihil percipientes de fructibus beneficij, Armilla ibi num.1. Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.3.poſt ſecundam concluſionem verſ.pari modo, Aragonia 2.2.quæſt.83.art. 12. dubio 3.poſt. ſecundam concluſionem, Rodriquez part.1.ſumm. cap. 141 concluſione 3.num.4. Ioſephus Angles floribus quæſt. Theolog.in materia de reſtit. tit. de clericis reſtitutioni obnoxijs fol.202.& 203.hanc ſententiam P.Azorius par.1.lib.10.cap. 4. quæſt. 9. putat probabiliorem; eamdem ſententiam ſequitur P.Suarius tom. 2 de religione lib. 4 de horis canon. cap.19.num.9.& 10.P.Sanchez tom.1.conſil.moral.lib.2.cap. 2.dub.71.num.4.& 76.concluſione 3.P.Comitulus lib.1.reſp. moral.quæſt.69.num.3.fin.P.Filliucius tom. 2.tract.23.cap. 5.quæſt.4.dicto 2.num.160.Antonius Naldus in ſumma ver. officium diuinum num. 2. hæc ſententia mihi videtur probabilior, quando beneficiarius non habet certam, aut ſaltem probabilem ſpem recipiendi fructus.

6 Quæres, an beneficiarius teneatur officium diuinum recitare, quando lis aduenit poſt poſſeſſionem beneficij acceptam? Reſpondeo affirmatiue, etiam ſi Iudicis decreto fructus ſequeſtrentur, vſque ad finem litis. Ratio eſt, quia tunc obuētiones, vel manualia ſunt poſſidenti, ſi beneficio inſeruiat. ſic Palacios in 4.diſt.15.diſp.9.fol.144.quem refert, & ſequitur P.Sanchez tom.1.conſiliorum moral.lib. 2. cap. 2.dubio 76. num.9.concluſione 5.

7 Quæres, an ille, qui habet titulum, & pacificam poſſeſſionē beneficij, ſed non recipit fructus, teneatur recitare diuinum officium? Reſpondeo, & dico primo poſt titulum, & pacificā poſſeſſionem beneficij, ſtatim teneri beneficiarium diuinum recitare officium, quamuis non ſtatim beneficij fructus recipiat, dummodo habeat moralem ſpem certam illos obtinendi. Ratio eſt, quia in iure ille tenetur officium recitare, ratione beneficij, qui illud habet. ſed qui habet titulum, & pacificam poſſeſſionem, iam perfecte, & complete beneficium habet, ſiquidem illud poſſidet, ergo tenetur officium recitare; præterea ille, qui ſic poſſidet beneficium, habet eius adminiſtrationem, & tenetur ad alia onera beneficij, ergo etiam ad hoc onus recitandi. In hoc omnes ferè citati doctores conueniunt, expreſſe Paludanus in 4. diſt.15.quæſt.5.art.1.

concluſ.

concluſ.5.Turrecremata diſt.91.§.1.art. 4. Caietanus in ſumma verao horæ §.1.in principio,Cardin.Toletus in ſumma lib.2.cap.14.num. 5. fin.P.Suarius tom.2. de religione lib.4. de horis canon.cap.20.num.1. P.Layman tom.2.lib.4.tract. 2.cap.5.quæſt.4.num.2.fin. P.Filliucius tom.2. tract.23.cap. 5.dicto 1.num.161.

8 Dico ſecundo, quando quis ex beneficio non recipit fructus ſua voluntate,vel culpa,talem non excuſari ab onere recitandi officium. Ratio eſt, quia non debet eccleſia priuari ſuo ſeruitio,propter voluntatem, vel culpam miniſtri, hoc autem tribus fere modis poteſt contingere. Primo,quando beneficiarius conſentit,vt Pater,Amicus, vel creditor beneficij fructus recipiat,nam ſunt multi pueri, & adoleſcentes, quorum patres pro ipſis recipiunt, hi non minus obligantur recitare,quam ſi per ſe reciperent, iuxta regulam 72.de regulis iuris in 6. *Qui facit per alium,eſt perinde, ac ſi faciat per ſe ipſum*,ita Sotus lib. 10.de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. poſt ſecundam concluſionem, Nauarrus cap. 7. de horis canonicis num.28.& in Manuali cap.25.num. 103. Aragonius 2.2. quæſt.83. art.12. dub. 3. poſt ſecundam concluſionem Graſſijs par. 1.deciſion. lib. 2.cap.50.num. 14. verſ.ſecundo ampliatur. Rodriquez par.1.ſumm. cap.141.concluſ.3.Card. Toletus lib.2.cap.14.num.5.P.Azorius parte 1.lib.10.cap.4. quæſt.6.verſ.vna eſt,Corduba in ſumma quæſt.186. Ledeſma 2.par.4.quæſt.16.art.4. dub. 5. Palacios 4.diſt.15.diſp.9.fol. 144.P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canon.cap. 20.num.12.dicto 4.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.5. quæſt. 5.num.162.P.Sanchez tom. 1. conſiliorum moral.lib.2.cap. 2.dub.71.num.5.

9 Secundo poteſt contingere, ex voluntate ipſius beneficiarij,quia non vult reſidere,& ideo fructus non percipit, quia fructus ſolum dantur reſidentibus,& in hoc caſu certum eſt, prædictum beneficiarium teneri officium recitare, quia per ipſum ſtat,quominus fructus recipiat, ita docent communiter doctores,Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt. 5. art.3.poſt ſecũdam concluſionem verſ.pari modo.Paludanus 4. diſt. 15. ar. 1.concluſion.5. Nauarrus cap. 7.de oratione num.28.& in Manuali cap.25.num.103.Corduba in ſumma quæſt.186.nu. 3.Ledeſma 2.par.4.quæſt.16.art.4.dub. 5. Aragonius 2.2.qu. 83.art.12.dub.3.concluſion.2.verſ.ſed quoniam. Cardinalis

Tole-

Toletus lib.2.cap.14.num.5.P.Ioannes Azorius par.1.lib.10. cap.4.quæſt.6.verſ.vna eſt.P.Suarius tom.2. de religione lib. 4.de horis canon.cap.20.num. 12. P. Sanchez tom.1.conſil. moral.lib.2.cap.2.dubio 72.num.1.P.Filliucius tom. 2. tract. 23.cap.5.quæſt.6 dicto 2.num.166.

10 Dubium tamen eſt,an quando beneficiarius non ſacris ordinibus initiatus, non reſidet ex legitima cauſa,& ſecundum ordinem iuris, vt ſi ſcholaſticus cauſa ſtudij non reſideat,& cum legitima licentia,& ideo non percipiat fructus ſui beneficij,teneatur diuinum officium recitare? Ratio eſt, quia per ipſum ſtat,quominus fructus percipiat, cum vere poſſit reſidere,ita Innocentius,Ioannes Andreas, & Panormitanus in cap.1.num.5. de celebratione Miſſarum, & omnes doctores num.præcedenti citati,nam abſolute dicunt,illum,qui non recipit fructus, quia non reſidet, teneri officium recitare,& non diſtingunt,an ex cauſa legitima non reſideat, hanc ſententiam dicunt eſſe tutiorem, Angelus verbo hora num. 4.& Sylu.ibi quæſt.2 num.3.dicto 3.

11 Secunda ſententia docet,prædictum non teneri officium recitare. Ratio eſt,quia obligatio recitandi in beneficiario non eſt,niſi propter ſuſtentationem datam, ſed eccleſia priuat hunc iure proximo recipiendi ſuſtetationem,& hoc,abſque ſua culpa; cum ex legitima cauſa iure expreſſa, & licentia non reſideat,ita Abbas antiquus,& alij, quos loco citato refert Panormitanus; quorum ſententia Angelus verbo hora num.4.dicit,*eſſe veram, ſi nullam vtilitatem in abſentia reciperet ab eccleſia*, Sylu.verb.hora quæſt. 2. num. 3.dicto 3. fin.ait,*dici tamen forte poſſet, opinionem eſſe veram, ſi nullam vtilitatem pro tunc reciperent,ex beneficio*. Tabiena verbo horæ quæſt.2.num.3.dicit,*hæc opinio forte poſſet ſaluari, ſi nihil emolumenti reiperet in abſentia*. P.Sanchez tom.primo conſ. moral.lib.2.cap.2.dubio 72.num.3.fin.ait, *Hanc tenuit Pater Henriquez,vt retulit quidam doctus neotericus in ſuis ſcriptis, & hæc videtur mihi probabilior, & amplectenda*, mihi vero prima ſententia videtur probabilior,& tutior,vt Panormitanus,Angelus,& Syluester affirmant, hæc vero ſecunda non carere ſua probabilitate.

12 Tertio modo poteſt contingere, vt beneficiarius nullos beneficij fructus recipiat ex incapacitate perſonæ ad inſeruiendum beneficio,vt cum Romani Pontificis auctoritate benefi-

cium

cium confertur illi,qui legitima ætate, vel debita litteratura caret,& ideo ineptus eſt ad ſeruiendum, & cogitur vicarium ponere,qui ſeruiat, dando illi omnes fructus beneficij,ſi omnes ſint neceſſarij ad congruam illius ſuſtentationem, tunc beneficiarius,ſine dubio officium recitare tenetur,niſi in hoc etiam ſpecialiter ſit diſpenſatus, vel etiam ad hoc etiam ſit ineptus,quia non peruenit ad vſum rationis, nam tunc cenſetur tota adminiſtratio beneficij,etiam quoad recitationem officij commiſſa vicario beneficij: ſecluſa vero diſpenſatione ſpeciali,obligatio recitandi ſemper manet, apud beneficiarium,cum ſit perſonalis, & ſibi imputet carentiam fructuum, quia voluntarie ſuſcepit beneficium, cum prædicta ineptitudine,ita expreſſe P.Azorius par.1. lib. 10, cap. 4. quæſt.8.P. Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canonicis cap.20. num.13.P.Filliucius tom.2.tract.23. cap. 5. quæſt.6.dicto 2. num.166.

DVBIVM XIV.

An Beneficiarius, qui fructus beneficij non percipit, quia eſt excommunicatus, Irregularis, vel ſuſpenſus; teneatur diuinum officium recitare?

1 Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet non teneri prædictos diuinum officium recitare,quia non poſſunt benficij fructus percipere,ita Briareth. quodlibeto 4.propoſitione 5. Secunda ſententia communis, & vera docet, prædictos teneri. Ratio eſt quia ſuſpenſus,& irregularis, ante Iudicis ſententiam non amittunt beneficiũ, nec beneficij redditus, excommunicatus vero poteſt conſequi fructus beneficij,cum per ipſum ſtet, quominus abſoluatur,& ſic eos conſequatur,ſi vero facta diligentia per ipſum non ſtet,quominus abſoluatur, non perdit beneficij fructus; ita de excommunicato docent Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt. 5.art.3. poſt ſecundam concluſionem verſ. pari modo,Ioſephus Angles floribus quæſt.Theolog.par.2. materia de reſtitutione tit. de clericis reſtitutioni obnoxijs fol.208.Couarr. lib.3. variarum reſolutionum cap. 13. verſ.duodecimo, vbi alios citat.P.Suarius tom. 2. de religione lib.4.de horis cap. 20.num.12.P.Sanchez tom.1.conſil.moral.lib. 2. cap. 2.dub.

73.nu.2.De omnibus prædictis Paludanus in 4.diſt.15.quæſt. 5.art.1.concluſ.5.vbi ait, *Si poſtquam præbendam adeptus eſt, totum emolumentum perderet, obligatus remaneret, ſi tamen verus Canonicus eſſet.* Turrecremata cap.1.diſt. 91. num.11. vbi alios refert, Corduba, in ſumma quæſt. 186. Iacobus à Graſſijs par.1.deciſion.lib.2.cap.50. num.19. P. Sanchez dub.73. cit.num.2.

2 Pro ſolutione huius dubij, Dico primo, excommuninatum, licet non percipiat fructus ſui beneficij, tamen teneri diuinũ officium recitare, ſiue iuſte, ſiue iniuſte ſit excommunicatus, Ratio eſt, quia iuſte excommunicatus poteſt abſolui, & recipere fructus beneficij, iniuſte excommunicatus, poſt abſolutionem poteſt recuperare fructus eius temporis, quo fuit excommunicatus, in hoc conueniunt omnes doctores ſecundæ ſententiæ num. præcedenti citati, qui abſolute dicunt, beneficiarium excommunicatum teneri diuinum officium recitare, & non diſtinguunt, an iuſte, vel iniuſte ſit excommunicatus, expreſſe Couarruuias lib. 3. variarum reſolutionum cap.13.num.8.verſ.duodecimo ait, *quod iuſte, vel iniuſte excommunicatus tenetur ad horas*, eum ſequitur P. Sanchez tom. primo conſil.moral.lib.2.cap.2.dub.73.num.3.

3 Dico ſecundo illum, qui per irregularitatem, vel depoſitionem, vel alio modo, & ex toto amitteret beneficium, ita, vt deſineret eſſe beneficiarius, non teneri officium recitare, Ratio eſt, quia ceſſante cauſa debet effectus ceſſare, ita expreſſe Paludanus 4.diſt.15.quæſt.5.art. 1. concluſion. 5. fin. vbi ait, *Quod ſi deſinat eſſe canonicus per irregularitatem, vel aliter ex toto, tunc deſinit teneri*. Turrecremata cap.1.diſt.91. num. 19. Nauarrus cap.7.de oratione num. 19. corollario 13. Couarruuias lib.3. variarum reſolutionum cap.13. num.8.verſ. duodecimo. Corduba in ſumma quæſt.186. P. Sanchez tom. 1.conſil.moral. lib.2.cap.2.dub.73.num.4.

4 Quæres, an ſi quis exiſtens excommunicatus, vel irregularis, recipiat beneficium, vel per ſimoniam, in quibus caſibus collatio eſt nulla, teneatur diuinum officium recitare, ſi ſit in minoribus? Reſpondeo negatiue, ratio eſt, quia prædictus non habet verum titulum beneficij, nec facit fructus ſuos, & per conſequens tenetur in conſcientia fructus receptos reſtituere, ſic reſolutum fuiſſe Salmanticæ à Patribus Societatis Ieſu retulit quidam valde doctus, quem citat P. Sanchez tomo

primo

primo conſiliorum moralium lib.2.cap. 2. dubio 73. num.5.

5 Quæres, an ſi beneficiarius eſſet à beneficio ſuſpenſus ad tempus, & per Iudicem damnatus, vt non recipiat fructus vnius anni, teneatur eo anno officium recitare? Reſpondeo duas eſſe ſententias. *Prima* docet, prædictum teneri. Ratio eſt, quia per ipſum ſtetit nõ recipere fructus, quia ob ſuã culpam damnatus eſt. ſecunda, quia ipſa punitio Iudicis videtur ſupponere, quod recitet, quia eſt pœna, quam infert, ſcilicet priuare illum ſuis fructibus, vt autem fructus ſint ſui, debet officium recitare. Hanc ſententiam videtur ſequi Paludanus in 4. diſt. 15 quæſt. 5. art. 1. concluſ. 5. fin. vbi ait, *Si poſtquã præbendam adeptus eſt, totum emolumentum perderet, obligatus remaneret*, idem dicit Turrecremata cap. primo diſtinct. 91. num. 19.

6 Secunda ſententia docet, prædictum non teneri. Ratio eſt, quia licet culpa ſua fuerit damnatus, tamen poſtquam damnatus eſt, non ſtat per ipſum, quominus fructus recipiat: nec ſententia Iudicis ſupponit ipſum recitare, & facere fructus ſuos, ſed in hoc conſiſtit ſententia, vt perdat ius ad illos fructus, qui debebant eſſe ſui, quos poterat lucrari recitando; pro hac ſententia facit Briareth. quodlibeto 4. propoſitione 5. vbi docet non teneri officium recitare, qui fructus beneficij non poteſt recipere, hanc ſententiam expreſſe tenuit P. Henriquez, vt retulit quidam doctus recentior in ſuis ſcriptis. Hanc ſententiam probabiliorem exiſtimat P. Sanchez tom. primo conſiliorum moralium lib.2.cap.2.dubio 75. nu. 2.fin. Mihi vtraque ſententia videtur probabilis, ſed prima probabilior; nam ſi prædictus non recitaret officium, nullam pœnam per ſententiam Iudicis pateretur, quia tunc fructus beneficij non ſunt ſui, nam eodem modo illis fructibus priuaretur, ſi abſque vlla ſententia ſuſpenſionis officium non recitaret, ergo ſententia ſuſpenſionis ſupponit recitationem officij.

DVBIVM XV.

An ille, qui beneficium recepit, cum onere ſoluendi alteri omnes fructus in penſionem, teneatur diuinum officium recitare?

1 RESpondeo, circa hoc dubium tres eſſe ſententias. Prima affirmat prædictum teneri officium recitare. Ratio eſt, quia prædictus ſponte ſua, & voluntarie acceptauit beneficium, cum onere ſoluendi omnes fructus, ac proinde ex pacto tacito obligatus eſt ad illius beneficij adminiſtrationem, ergo etiam ad recitandum diuinum officium, cum hæc ſit vna ex potiſſimis partibus illius adminiſtrationis, conſequētia eſt manifeſta, quia vnuſquiſque ex iuſtitia tenetur implere pacta, & promiſſa, nec Papa ſic conferens ei beneficium intendit auferre ab eo hoc onus, neç ipſe poteſt ſua voluntate ſe ab eo liberare; cum ſit intrinſecum ipſi beneficio. Confirmatur, quia beneficium non debet defraudari recitatione officij, ſed in hoc caſu non tenetur recitare penſionarius, ergo habens titulum, cum ipſe ſit beneficiarius, ita Medina Codice de oratione quæſt. 7. Nauarrus cap. 7. de oratione num. 30. corollario 23. cap. 20. num. 15. & cap. 21. nu. 12. & in Manuali cap. 25. num. 104. Rodriquez par. 1. ſumm. cap. 141. num. 4. concluſ. 3. verſ. quinto, Graffijs par. 1. deciſion. lib. 2. cap. 50. num. 17. Zerula verbo beneficium § 4. dub. 4. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 4. quæſt. 5. fin. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 20. dicto 2. num. 2. ad hanc ſenteutiam accedit Paludanus in 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 1. concluſ. 5. fin. vbi ait; *Si diſtributiones non percipit, nec præbendæ emolumentum ad præſens, ſed recipere expectat in futurum: eſt autem receptus in canonicum, verum beneficium habet, vnde, & obligatus eſt ad officium, quia vocem in Capitulo habet, & ſtatum in choro.* idem dicit Turrecremata capite primo diſtinct. 91. num. 19.

2 Secunda ſententia docet, tunc illum, qui habet ſolum titulū teneri officium recitare, quando acceptatio beneficij, cum fructuum reſeruatione eſt voluntaria, quando vero eſt à ſummo Pontifice iniuncta ex obedientia, non teneri; Ratio eſt, quia tunc nullos poteſt fructus percipere, ita Sotus lib. 10. de

iuſti-

iuſtitia quæſt.5.art.3.poſt ſecundam concluſionem, Aragonius 2.2.quæſt.83.art.12.dub.3.poſt ſecundam concluſionem Ledeſma in 4.par.2.quæſt.16.art.4.dub.5.Corduba in ſumm. quæſt.186.puncto 2.& lib.1.quæſt.Theolog. quæſt.21. puncto 3.dub.2.Palacios in ſumma verbo hora,ſed hæc limitatio nō videtur neceſſaria,quia numquam ille, qui accipit beneficiū obligatur ad fructus alteri tradendos, quin ſaltem quotidianas diſtributiones, vel aliquid in ſuſtentationem recipere poſſit,ſi inſeruiat, quod ſatis eſt, vt ad recitandum obligetur.

3 Tertia ſententia docet, quando beneficium habet annexam aliquam adminiſtrationem in eccleſia, cuiuſmodi eſt beneficium curatum,canonicatus, & ſimilia, ſi authoritate Papæ reſeruentur ſolum fructus beneficij, & non reſeruatur ſeruitium,vel diſtributiones,tunc illum,qui habet titulum, teneri officium recitare, ratio eſt, quia poteſt exercere adminiſtrationem in eccleſia, & recipere ſtipendium correſpondens illi;quando vero authoritate Papæ expreſſe reſeruantur omnes fructus,ſeruitium, diſtributiones, & tota adminiſtratio beneficij,tunc illum, qni habet ſolum titulum, non teneri officium recitare. Ratio eſt,qnia tunc, nec habet, nec poteſt habere aliquos fructus, quare tunc obligatio recitandi manet,apud penſionarium. Hanc ſententiam docet, Nauarrus cap.7.de oratione nu.28.verſ.dixi neque vllos. & expreſſius in Manuali cap. 25. num.104.fin. Corduba in ſumma quæſt. 186.puncto 2.Rodriquez par. 1. ſumm.cap.141.concluſion. 3.num.4.fin.Vega par.1.cap.128. caſu 12. Sandoual lib.de officio canonico par. 5. cap. 5. Garzia tom.1. de beneficijs par.3.cap.1.§.54.&55. Cardinalis Toletus lib. 2.cap.14.in vltimis verbis,P.Suarius tom. 2. de religione lib. 4.de horis canonicis cap.20.num.5.P.Sanchez tom.1. conſiliorum moralium lib. 2. cap.2. dubio 77.num.4.concluſione vnica P. Filliucius tom.2.tract.23.cap. 5. quæſt. 5. dicto 2.num.163. hæc ſententia mihi videtur probabilior.

DVBIVM XVI.

An teneatur diuinum recitare officium ille, qui nullos prorſus ex beneficio recipit fructus, nec diſtributiones, nec per eũ ſtat, quominus illos percipiat, nec in poſterum recepturus eſt, ratione belli, vel quia eſt inter hereticos vſurpantes bona eccleſiaſtica, & redditus beneficiorũ, vel alia cauſa, vt ſi inundatione rus, in quo beneficiũ fundatũ erat, eſt deſtructum?

1 RESpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima eſt communis, quæ abſolute docet prædictum Beneficiarium non teneri ad recitandum ex vi beneficij. Ratio eſt quia in hoc caſu ceſſat ratio obligationis, nam beneficiarius tenetur ad officium diuinum, quia ſtipendium recipit eccleſiaſticum, ergo quando nullum recipit, non tenetur, nam beneficium non debet eſſe, ſine redditibus, cum ſit ius percipiendi fructus, vt patet ex eius definitione. Hanc ſententiam docet Paludanus in 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 1. concluſ. 5. Turrecremata diſt. 91. §. 1. quæſt. 14. Caietanus in ſumma verbo horæ §. 1. Armilla ibi num. 1. Nauarrus cap. 7. de oratione num. 28. & in Manuali cap. 25. num. 103. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. poſt ſecundam concluſionem, Rodriquez par. 1. ſumm. cap. 141. concluſ. 3. num. 4. & cap. 145. cauſa 5. fin. Graſſijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 50. num. 16. & de caſibus reſeruatis lib. 2. cap, 28, num. 32. Vega in ſumma cap. 128. caſu 12. & 13. Pariſius lib. 1. de reſignatione beneficiorum quæſt. 9. num. 3. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 45. *C*ardinalis Toletus in ſumma lib. 2. cap. 14. verſ. ſexta cauſa. P. Emanuel *Sà* verbo horæ num. 1. P. Ioannes Azorius par. 1. lib. 10. cap. 4. quæſt. 6. verſ. vna eſt, P. Gregor. de Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. circa 7. verſ. quinta cauſa, P. *S*uarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 20. num. 14. dicto 5. fin. vbi ait *Hanc opinionem ſi quis ſequi velit in praxi, tutus erit*. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 34. dubit. 30. num. 168. *P. S*anchez tom. 1. conſiliorum moralium lib. 2. cap. 2. dub. 71. num. 4. ſfin. & dub. 77. num. 6.

P. Co-

P.Comitulus lib.1.reſponſ.moral.quæſt.69. num. 3.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.5.quæſt.7. dicto 1. num.167.

2 Secunda ſententia docet,probabile eſſe,ſi ablatio fructuum, non eſt perpetua,ſed pro aliquo tempore, etiamſi violenta & iniuſta,& ſine ſpe recuperationis,non ſufficere ad excuſandum ab obligatione recitandi officium. Ratio eſt,quia ſi beneficiarius per furtum, vel rapinam priuetur fructibus beneficij,non propterea excuſandus eſt ab adminiſtratione beneficij,neque ſi ſit curatus ab adminiſtrandis ſacramentis,ergo neque ab onere recitandi officium, quod non minus eſt per ſe coniunctum beneficio.Præterea,ſi per ſterilitatem temporum beneficium aliquibus annis nullos redderet fructus,non ideo excuſandus eſſet beneficiarius à recitatione officij,nam ſi contingat vberiores, vel duplo maiores eſſe fructus vnius anni non propterea maius onus ſuſcipit. Ratio à priori eſt, quia inter beneficiatum, & eccleſiam hoc iuſtiſſimum pactũ tacite interuenit,vt ſicut ipſe ratione beneficij ius habet ad omnes eius fructus, quotquot illi fuerint, ita etiam recipiat in ſe onera beneficij,tamquam propria, & pericula ſaltem ordinaria,& moralia,vt interdum fructus minuantur,vel auferantur,ergo licet,pro aliquo tempore iniuſte priuetur fructibus beneficij,non ideo ſtatim poteſt licite officium ſuum deſerere;& horas canonicas omittere, ita Vgolinus par.1. de officio Epiſcopi fol.68. & 70. Naldus in ſumma verbo officium num.1.expreſſe P.Suarius tom.2.de religione lib. 4.de horis canonicis cap.20.num.15.P.Filliucius tom.2. tract. 23. cap.5.quæſt.7.dicto primo num.162.

3 Pro ſolutione dubij, dico vtramque ſententiam veram eſſe, nam prima loquitur,quando beneficiarius, ita priuatur fructibus, vt illa priuatio ſit quaſi perpetua ſpoliatio beneficij, quia non ſperat amplius poſſe aliquod emolumentum ex beneficio capere,nam tunc perinde ſe habet moraliter,ac ſi beneficium non haberet,& tunc etiam P.Suarius loco citato num. 16. concedit,probabile eſſe beneficiarium non teneri amplius onere recitandi officium,ratione talis beneficij. Secunda vero ſententia magis diſtincte loquitur de priuatione fructuum ad tempus, quod doctores primæ ſententiæ non negant.

DV-

DVBIVM XVII.

An Beneficiarius,qui non recitat diuinum officium, teneatur beneficij fructus reſtituere, & quo iure?

1 RESpondeo,in hoc dubio duo quæri, Primum,an Beneficiarius, qui non recitauit diuiuum officium teneatur iure eccleſiaſtico beneficij fructus reſtituere? Secundum,an iure naturali ad id teneatur?de primo hic agemus, de ſecundo vero in ſequenti dubio. Circa primum igitur,certum eſt. nullibi in iure canonico antiquo reperiri impoſitam pœnam reſtitutionis fructuum illis beneficiarijs,qui non recitant diuinum officium, & ideo nullus ex antiquis doctoribus,talis pœnæ mentionem facit. Secundo certum eſt,prædictam pœnam teſtitutionis fructuum, primo ſtatutam eſſe in Concilio Lateranenſi V.abſoluto anno chriſti 1518. ſub Leone 10. ſeſſ. 9.poſt rubricam reformationis Curiæ §.ſtatuimus. Secundo ſtatutam eſſe in Conſtitutione Pij V.quæ eſt 138. in Bullario Romano. Et quoniam Pius V.in Conſtitutione ſua prius refert,& in ſumma redigit verba prædicti Concilij, & poſtea ſuam declarationem addit, ideo operepretium eſſe duxi integram conſtitutionem hic referre, vt habeatur præ manibus.

2 Pius Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei; Ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranenſi Concilio pia,& ſalubris ſanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium eccleſiaſticum cum cura,& ſine cura,ſi poſt ſex menſeſ,quam illud obtinuerit,diuinum officium,legitimo ceſſante impedimento non dixerit,beneficiorum ſuorum fructus, pro rata omiſſionis officij,& temporis, ſuos non faciat,ſed eos,tamquam iniuſte perceptos,in fabricas ipſorum beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Verumtamen multorum animi ſuſpenſione tenentur, cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda. Nos huic rei euidentius, atque expreſſius prouidere volentes, ſtatuimus, vt qui horas omnes canonicas,vno,vel pluribus diebus intermiſerit,omnes beneficij,ſeu beneficiorum ſuorum fructus,qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur,qui vero matutinum tantum, dimidiam,qui cœteras omnes horas,aliam dimidiã,

qui

qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat,tametſi aliquis choro addictus non recitanso,mnibus horis canonicis cum alijs præſens adſit,fructuſque, & diſtributiones forte aliter aſſignatas,ſola præſentia, iuxta ſtatuta, conſuetudinem,fundationem, vel alias ſibi lucrifeciſſe prætendat: is etiam,præter fructuum,& diſtributionum amiſſionem,item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat,ſe admiſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicumque penſionem,fructus,aut alias res eccleſiaſticas,vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & penſionum fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium. Hanc Conſtitutionem affert Nauarr.cap.7.de oratione num. 32. & in Manuali cap.25.num.122.Quaranta in ſumma bullarij verbo horæ canonicæ,& alij.

3 Quæritur igitur primo,an beneficiarius ex vi prædicti iuris noui excuſetur ab obligatione reſtituendi fructus pro illis ſex primis menſibus, ſi diuinum officium non recitauit? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima eſt Dominici Soto lib. 10.de iuſtitia quæſt. 5. art. 6. dubio poſt quartam concluſionem, vt docet minime excuſari à reſtitutione beneficiarios non recitantes officium primis illis ſex menſibus ab obtento beneficio;idque probat, quia conijcit, imo certo credit, verba illa Concilij Lateranenſis, *poſt ſex menſes*,non eſſe ita intelligenda,ſed per ſex menſes,vt ſit ſenſus,qui per ſex menſes ab obtento beneficio, vel quamlibet eorum partem officium non dixerit,ſolum teneatur ad reſtitutionem pro rata;elapſo vero ſemeſtri, ſi poſt admonitionē, in quindecim diebus officium bis non dixerit, beneficio priuetur. Hanc vero emendationem ſolum probat Soto ab incommodis;primo quia in verborum ſerie,vt iacet,videtur nimia relaxatio, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio non cogatur clericus,ſub aliqua pœna officium dicere,& nimia reſtrictio,vt qui poſtea vno,vel duobus diebus recitare ceſſauerit,teneatur pro rata ſoluere. Secundo, quia verba Concilij,vt iacent,non ſunt ſatis intelligibilia,nam prius dixit.Qui

poſt ſex menſes ab obtento beneficio officium non dixerit, pro rata reſtituat, poſtea vero ſubdit: ſi vero vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit &c. quæ quidem verba prioribus non bene cohærent, nam hæc poſteriora, *in ſimili negligentia* aperte denotant negligentiam priorum ſex menſium ad reſtitutionem pro rata obligaſſe, quandoquidem, poſt illos, rigor cogendi per comminationẽ priuationis beneficij adhibetur. Hanc ſententiam ſequitur Menochius lib. 2. de arbitrar. iudicijs centuria 5 caſu 429. num. 10.

4 Secunda ſententia communis, & vera docet, ex vi huius legis à Concilio *L*ateranenſi latæ excuſari beneficiarium à reſtitutione, pro illis ſex menſibus, cum expreſſe dicat Concilium, *poſt ſex menſes*, & ideo *S*oti coniectura merito ab omnibus alijs doctoribus reprobatur, quoad textus emendationem, quia non inuenitur talis varietas lectionis in aliquo Codice, aut impreſſione illius Concilij: imo idem Menochius in additione 6. num. 2. recipit lectionem communem, quare, vt bene dicit P. *S*uarius tom. 2. de religione lib 4. de horis canonicis cap. 29. num. 4. *nimia videtur audacia, propter apparẽtes difficultates, vel incommoda textum mutare, nam hoc potius eſt reprehendere Concilium, quam veram eius lectionem proferre.* Et quamuis hoc, ante conſtitutionem Pij V. non eſſet adeò certum, nunc tamen, poſt illam indubitatum eſt, nam Pius V. referens Concilij decretum expreſſe dicit, *poſt ſex menſes*, ita Nauarrus cap. 7. de oratione num. 33. verſ. ex quibus, & cap. 21. num. 61. & in Manuali cap. 25. num. 122. verſ. ex quibus. Couarruuias lib. 3. variarum reſolut. cap. 13. num. 10. fin. Petrus Nauarra lib. 2. de reſtitutione cap. 2. num. 183. Ioſephus Angles floribus quæſt. Theologic. 2. par. tit. de clericis reſtitutioni obnoxijs fol. 199. Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art 13. dicto 2 §. cœterum. *S*andoual lib. de officio canonico par. 5. cap. 5. Graſſijs par. 1. deciſion. lib. 2. cap. 51. nu. 3. Rodriquez parte 1. ſumm. cap. 146. concluſ. 1. Stephanus Quaranta in ſumma bullarij verbo horæ canonicæ. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 3. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. num. 3. dicto 1. *P.* Azorius par. 1. lib. 10. cap. 14. quæſt. 3. P. *V*alentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. circa octauum concluſione 3 P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis can. cap. 29. num. 4. & 5. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1.

Digitized by Google

art.1.dubio 8.num.42. P.Sanchez tom. 1. conſil.moral. lib.2. cap. 2.dub.82.concluſ.1.& 2.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap. 10.quæſt.1.dicto 2.num. 305.

5 Ad incommoda à Soto propoſita, reſpondeo primum,non obſtare,quia eccleſia noluit per ſemeſtre tempus eam pœnam beneficiarijs irrogare,vt primum illud ſemeſtre ſit beneficiario datum, tamquam induciæ, vt diuinum officium bene, & conuenienter addiſcat,ac proinde non eſt nimia Concilij indulgentia,nec iuris relaxatio,non enim relaxat Concilium ius aliquod naturale,vel diuinum, nullam enim licentiam poſitiue præbet, ſed tantum negatiue, quia ſolum impune concedit primum illud ſemeſtre, quod optima ratione fieri potuit,ne grauiſſima lex,& pœna noua, ſine aliqua temporis moderatione ferri videretur. Neque eſt nimia reſtrictio,nam illa pœna priuationis beneficij non eſt ipſo iure impoſita, ſed imponenda,vt manifeſte oſtendit verbum illud, *priuetur*, & illud,*vt beneficio priuari poſſit*, & antequam pœna hæc imponi poſſit, requiritur præuia monitio,& ſubſequens contumacia,durans per quindecim dies,poſt monitionem. Ad ſecundum incomodum reſpondeo,verba præcedentia, ſubſequentibus bene cohærere;nam concilij ſenſus eſt; Beneficiarius,intra ſex menſes diuinum officium omittens,non cogatur fructus reſtituere,poſt ſex vero menſes, compellatur ad reſtituendum,pro rata. Item ſi poſt ſex menſes, prius monitus contumaciter in ſimili negligentia perſiſtat,ita, vt ſpatio quindecim dierum bis diuinum officium, non recitet,beneficio priuetur.

6 Quæres,an prædictum decretum ſit vſu receptum? Reſpondeo,circa hoc duas eſſe ſententias. Prima docet prædictum decretum non eſſe vſu receptum,ac proinde ex vi illius non obligari beneficiarios officium non recitantes reſtituere fructus,ita Simancas lib.de inſtit.cathol.tit. 9. num.208.vbi dicit,dubitari probabiliter poſſe,an hæc pœna obliget omnino in foro conſcientiæ, quia hoc decretum non eſt vſu receptū, & paucis innotuit, Sotus lib 6. de iuſtitia quæſt. 1.art.6.ad primum dicit, *Non dum plane ſcitur, an fuerit vſu ſeruatum.* P.Sanchez tom. 1.conſiliorum moralium lib.2. cap. 2. dubio 82.num.2. dicit, quod hanc ſententiam ſequuntur nonnulli valde docti recentiores Magiſtri in ſuis ſcriptis.

7 Secunda ſententia communis, & vera docet prædictum de-

cretum Concilij *Lateranenſis* eſſe omnino ſeruandum tamquam vſu receptum, ac proinde beneficiarios officium non recitantes eſſe, iuxta illud obligandos ad fructuum reſtitutionem. hanc ſententiam ſequuntur omnes doctores ſupra num. 4. citati, qui referunt hoc decretum, tamquam vim habens, præſertim Nauarrus cap. 10. de oratione num. 57. Couarruuias lib. 3. variarum reſolut. cap. 13. num. 10. fin. Corduba in ſumma quæſt. 33. Caſtro libro 2. de lege pœnali cap. 5. argumento 9. P. Suarius tom. 2. de religione lib 4. de horis canonicis cap. 30. num. 2. & 3. P. Sanchez tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dubio 82. num. 8. concluſione 1. vbi alios refert, & alios etiam recentiores doctos in ſuis ſcriptis. P. *L*eſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 34. dubit. 32. num. 176. & 180.

8 Quæres, an ille, qui primis ſex menſibus ab obtento beneficio, officium diuinum non recitauit, peccauerit mortaliter? Reſpondeo affirmatiue. Ratio, quia licet Concilium Lateranenſe, in dicto decreto, & Pius V. in ſua conſtitutione excuſent prædictum primis illis ſex menſibus à reſtitutione fructuum, non tamen à culpa mortali, imo Pius V. expreſſe hoc dicit. nam, cum dixiſſet beneficiarium non recitantem officium, poſt ſex menſes, teneri fructus reſtituere; ſubdit. *Item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum, intelligat, ſe admiſiſſe*, vbi nihil addit de reſtitutione, hæc eſt communis ſententia, ita Nauarrus cap. 7. de oratione nu. 35. verſ. quinto quod, & cap. 21. num. 62. verſ. en tenor, & in manuali cap. 25. num 123. verſ. nota 5. fin. Graffijs par. 1. deciſion. lib. 2. cap. 50. num. 13. & cap. 51. nu. 3. & lib. 2. de caſibus reſeruatis cap. 28. num. 38. Vgolinus de officio Epiſcopi cap. 13. §. 1. num. 3. & 4. *P*etrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 13. columna 10. verſ. ex dictis. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 17. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. num. 3. verſ. primum ſit. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 14. quæſt. 4. P. *L*eſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 34. dubit. 32. num. 176. P. *V*aſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dubio 8. num. 44. P. Sanchez tom. 1. conſiliorum moralium lib. 2. cap. 2. dub. 82. num. 9. concluſione 2. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 1. dicto 2. nu. 305. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſputat. 1. quæſt. 5. puncto 2. num. 8.

9 Quæres, an ſi quis, intra ſex primos menſes ſciens officium reci-

Digitized by Google

recitare, nolit, peccet mortaliter, & teneatur fructus reſtituere? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet, Beneficiarium, ſi infra ſex menſes neſcit recitare officium, excuſari, & facere fructus ſuos ex indulgentia Concilij Lateranenſis, & Conſtitutionis Pij V. ſi vero ſcit, & nolit recitare, peccare mortaliter, & non facere fructus ſuos, quia illius temporis ſpatium fuit inductum, vt poſſit edoceri, ita Zerula in praxi epiſcopali par. 1, verbo beneficium §. 4. dub. 1. quem ſequitur Lelius Zecchus lib. de Republica eccleſiaſtica tractat. de beneficiatis num. 7. verſ. tenetur demum. Vbi ait, hanc opinionem eſſe tutiorem, licet, & contrarium, quoad fructus in hoc caſu ſuſtineri poſſit.

10 Secunda ſententia communis, & vera docet, Beneficiarium, intra ſex primos menſes facere fructus ſuos, etiam ſi ſciat recitare officium, & nolit, ſed ſolum peccare. Ratio eſt, quia aperte concilium Lateranenſe, & Pius V. ſolum dicit grauiter peccare, quare prima ſententia expreſſe conuincitur eſſe falſa; hanc ſecundam ſententiam expreſſe docent omnes doctores, ſupra num. 8. citati; quoad illum vero, qui neſcit officium recitae, poteſt probabiliter excuſari non ſolum à reſtitutione fructuum, ſed etiam à peccato mortali, ſi fecerit, quãtum poterit, vt illud ediſcat, & illud recitet, eo modo, quo poterit ſolus, vel cum ſocio, nam minus malum eſt illud recitare, cum aliquibus erroribus non voluntarijs, quam nihil omnino recitare.

11 Quæres, an ſi quis per ſex primos menſes ab obtento beneficio, vel per maius tempus, puta octo, vel decem menſes, aut per minus, puta tres, vel quatuor menſes officium integre recitauerit, & poſtea cœperit recitationem omittere, incipiat ſtatim obligari peculiari onere reſtituendi fructus à Concilio Lateranenſi impoſito, an vero ſemper immunis ſit à prædicta pœna per primos ſex menſes, ſiue officium per aliquod tempus dixerit, ſiue non? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet in hoc caſu nõn ſuffragari hoc tempus ſex menſium Beneficiario, ſed à prima die, qua officium recitare omiſerit, ipſum teneri ad reſtitutionem fructuum. Ratio huius ſententiæ eſt, quia verba illa Concilij, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit, in rigore videntur reddere hunc ſenſum, ſi non dixerit, poſt ſex menſes, ad reſtitutionem teneri; ſi vero dixerit, non teneri, ni-

ri, niſi à die, qua dicere omiſerit, ita docet ſumma corona par. 1. cap. 1. num. 92. verſ. tertio nota.

12 Secunda ſententia communis docet, verba Concilij, *Si poſt ſex menſes ab obtento beneficio*, eſſe perſpicua, & apud Pium V. eſſe clariora, ait enim, *Si poſt ſex menſes, quam illud obtinuerit*, ergo poſt ſex menſes à poſſeſſione beneficij, ſiue in illis beneficiarius recitauerit, ſiue non, pœnam illius decreti incurret, nam illi ſex menſes conceſſi ſunt, non habita ratione transgreſſionis, ſed ad initium obtentionis beneficij, quia noluit lex non ita punire nouum in illo munere, quia ſolent eo tempore plures occaſiones occurrere officium omittedi, alioquin eſſet melioris conditionis ille, qui ſtatim à principio obtenti beneficij deliquit, quam ille, qui in principio bene ſe geſſit, recitando officium, & poſtea per fragilitatem humanam, poſt tres, aut quatuor menſes deliquit, omittendo recitationem officij, quod eſt abſurdum, nam hic non maiori, ſed minori culpa, neque diuturniori tempore deliquit. hæc ſententia, eſt vera, & ſequenda in praxi; & omnes doctores ſupra citati, ita prædicta verba Concilij intellexerunt, expreſſe P. Suarius tom. 2, de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 29. num. 13. quem ſequuntur P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 3. dicto 1. num. 309. & dicto 2. num. 310. Naldus in ſumma verbo officium diuinum num. 4. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 24. Bonacina tom. 1. tract. de offic. diſp. 1. quæſt. 5. puncto 2. num. 10.

DVBIVM XVIII.

An Beneficiarij non recitantes diuinum officium, teneantur iure naturali, & diuino beneficij fructus reſtituere?

1 RESpondeo hoc dubium duas difficultates continere. Primam; an beneficiarij non recitantes diuinum officium, teneantur beneficij fructus reſtituere, non ſolum iure eccleſiaſtico, vt præcedenti dubio probatum eſt, ſed etiam iure naturali, & diuino? Secundam, an etiam pro illo tempore ſex menſium, in quo Concilium Lateranenſe, & Pius V. eos ad id non obligat, habeant aliam obligationem reſtituēdi, ex iure naturali, & diuino? Circa hoc, ſunt duæ ſententiæ. Prima docet, ante Concilium Lateranenſe nullam fuiſſe re-

ſtituendi

Digitized by Google

ſtituendi obligationem,nec de iure naturali, ac diuino, nec de iure communi eccleſiaſtico,ac proinde, nec pro illis primis ſex menſibus,& ita de iure canonico antiquo, ante Concilium Lateranenſe communior,& verior erat ſententia, Beneficiarios non recitantes officium diuinum, non teneri beneficij fructus reſtituere,interim perceptos. Ratio eſt,quia nullum extat ius antiquum ad hoc obligans,nec ex ſolo iure naturali ſequebatur talis obligatio, quia obligatio reſtituendi ſolum naſcitur ex peccato,contra iuſtitiam commutatiuã, ſed beneficiarius omittens officium,ex natura rei,nõ peccat, contra iuſtitiam commutatiuam, licet peccet mortaliter, contra obedientiam eccleſiæ,vel contra religionem,ad quam pertinet actus orandi præceptus;præterea tota ratio, & cauſa adæquata obligationis pro tempore ſubſequente,poſt ſex menſes ab obtento beneficio, eſt ius nouum eccleſiaſticum Concilij Lateranenſis, ſed illud non obligat pro illis primis ſex menſibus,ergo ſimpliciter,pro illis nõ eſt talis obligatio. Confirmatur, nam in dicto Concilio, ponitur verbum, *Statuimus*, quod eſt ſignum inductionis iuris noui, iuxta Gloſſas communiter receptas in cap. vt litigantes de offic. ordin.lib.6.verbo ſtatuimus, & in cap. vt lite pendente eodẽ lib.& Clementina fin. de præſcript. in eodem verbo. Hanc ſententiam docuerunt Innocentius,Ioannes Andreas,Antonius Butrius, Cardin.in cap. 1. de celebrat. Miſſarum.ibi ex profeſſo id docet Panormitanus num.8. quem ſequitur Felinus in cap.1.poſtulaſti nu.7.de reſcriptis,Iaſ. in l. ſcriniarios num.6. Codice de teſtam. militis; S.Antoninus 2.par.tit.2. cap.4.fin.ſumma Roſella verbo clericus 4.num.23.Sylu.cler. 4.num.16.quæſt.23.& verbo hora num.18. fin. Tabiena verb. beneficium 3.quæſt.11. num. 13. & verbo reſtitutio num.9. Armilla verb.beneficium num.68. & verbo clericus num. 27. Nauarrus cap 7.de oratione num.31.dicens eſſe communem, & cap.18.num.56.& cap.21.nu.58. & 60.M.Anton. Cucchus in inſtitutionibus maioribus lib. 1.tit.7.num. 39. Malderus 2.2.tract.10 cap.2.dub. 4. Carolus Macigni de horis canon. cap.28.num.11.Nicolaus Garzia tom. 1. de beneficiis par.3. cap.1.num.10.16. & ſequentibus P. Ioannes Azorius par. 1. lib.10.cap.14.quæſt.1 [illegible] Leonardus Leſſius lib. 2.de iuſtitia cap.34.dubitat.32.à num.178.P.Ioannes de Salas in tract.de legibus diſp.9.ſect.1.num.23 dicto 3.& diſp.15. ſect. 2. num. 27.

Digitized by Google

27. P. Gabriel Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 8. num. 44. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 1. verſ. verumtamen P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 2. dicto 3. num. 308. vbi dicit, hanc ſententiam eſſe probabiliorem, & idem dicit P. Sanchez tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 81. num. 2. fin. vbi addit idem tenuere nonnulli valde docti recentiores, Fernandez par. 3. exam. Theolog. moral. cap. 12. §. 8. num. 1. Bonacina tom. 1. tractat. de officio diſp. 1. quæſt. 5. puncto 2. num. 9. Diana par. 2. tract. 12. de horis can. Reſolutione 25.

2 Secunda ſententia docet, Beneficiarios, diuinum officium non recitantes iure naturali teneri ad reſtitutionem fructuũ, interim perceptorum. Ratio eſt, quia Beneficiarius omittẽs recitationem officij debitam, peccat, contra iuſtitiam commutatiuam, ex qua intrinſece oritur obligatio reſtituendi; antecedens probatur, quia ſtipendiarius ex iuſtitia commutatiua tenetur id facere, pro quo ſtipendium accipit: quare ſi id facere omittat, & ſtipendium recipiat, peccat contra iuſtitiam commutatiuam, ſed talis eſt conditio beneficiarij; recipit enim ſtipendium pro labore recitandi officium, quia beneficium datur propter officium, ex cap. finali de reſcriptis in 6. quotieſcumque autem aliquid datur ob cauſam, cauſa non ſequuta, repeti poteſt, vt in titulo de conditione ob cauſam. Hanc ſententiam Calderinus in cap. 1. de celebratione miſſarum domi in cap. finali de reſcriptis in 6. & in cap. ſi canonici §. ſcituri de offic. ordin. in 6. ibi Archidiac. Ancharanus conſil. 228. Decius in cap. cum omnes de conſtit. lectura 2. num. 16. Ripa in l. fin. Codice de reuocan. donat. quæſt. 66. Tiraquell. tract. ceſſante cauſa par. 1. num. 46. Gamba de offic. legati lib. 6. num. 328. Durantus de ritibus Eccleſiæ Catholicæ lib. 3. cap. 25. num. 7. & 8. Angelus verbo hora num. 11. Alex. Alenſis par. 3. quæſt. 36. membro 5. art. 2. Adrianus in 4. in materia de reſtitutione quæſt. an eccleſiaſticus, vltra victus, &c. concluſ. 1. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 6. concluſ. 3. Barthol: Medina in ſumma cap. 12. §. 11. Couarr. lib. 3. variarum reſolut. cap. 13. num. 10. Petrus Nauarra lib. 2. de reſtitut. cap. 2. num. 216. Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 13. verſ. ſi quis autem quærat. P. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. circa octauum. verſ. reſpondeo per diſtinctionem, P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap.

29. nu.

29.nũ.10.dicto 1.P.Gabriel Vaſquez tom. 2.in 1a.tract. de legibus diſp.160. num. 32. & opuſc. de beneficijs cap.4.§.1. art.1.dub.7.num.37.P.Layman tom.2.lib.4.tract.2.cap.5.nu. 1.§.ſecundum;putat,hanç ſententiam eſſe probabilem,P.Filliucius tom 2.tract.13.cap.10.quæſt.2.dicto 2.nu. 307. dicit, hanc ſententiam eſſe probabilem,& dicto 3,num.308.fin.ait, quam de conſilio, & tamquam tutiorem fatemur, eſſe amplectendam.

3 Pro ſolutione dubij Dico, licet ſecunda ſententia ſit probabilis,tum propter eius rationes, tum etiam, propter tot doctorum auctoritatem; primam tamen eſſe probabiliorem,& veriorem,nam ſi beneficiarius non recitans officium,teneretur iure naturali reſtituere fructus perceptos, ergo fruſtra Concilium Lateranenſe,& Pius V.excuſat eum à reſtitutione primis ſex menſibus;nam aperte ſentiunt, & ſtatuunt beneficiarium,intra primos ſex menſes ab obtento beneficio, officium non recitantem, non teneri ad reſtitutionem fructuum, ſolum enim illum obligant,poſt ſex menſes,ab obtento beneficio,& Pius V. in ſua conſtitutione hoc expreſſius affirmat in verſiculo,Item ille,vbi ait. *Qui pnimis ſex menſibus officiũ non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat ſe admiſiſſe*, & non dixit fructus ſuos non faciet,ſeu illos reſtituere teneatur; ſicut dixit de non dicente officium,poſt ſex menſes.

4 Ad rationem 2.ſententiæ reſpondent cõmuniter doctores primæ ſententiæ,obligationem recitandi diuinum,officium, quam habent beneficiarij,non eſſe iuſtitiæ commutatiuæ,ſed religionis,& obedientiæ ex præcepto,& inſtitutione eccleſiæ, & licet beneficium detur,propter officium,non tamen datur, ſub conditione officij,ſed ſub modo,& onere, vnde modo,& onere non ſeruato,adhuc fructus erunt beneficiarij, ratione tituli,quem habet in beneficio,& regula illa, quod datum ob cauſam,cauſa non ſequuta,repeti poteſt,habet locum, quando cauſa eſt totalis,ſeu principalis,non vero,quando eſt partialis,aut ſecundaria,ſicut eſt in hoc caſu, nam beneficium non datur primario pro officio quotidiano, ſicut Mercenarijs,& famulis datur ſtipendium pro labore;ſed datur principaliter,& abſolute in ſuſtentationem Miniſtri eccleſiæ, cum onere,& obligatione recitandi officium, & ideo,ſi id omiſerit,non tenetur iure naturali fructus reſtituere.

Digitized by Google

5 Quæres,an ſi quis ſequens ſecūdam ſententiam prædictam, docentem beneficiarios diuinum officium non recitantes,teneri iure naturali reſtituere beneficij fructus interim perceptos, poſſit licite prædictam reſtitutionem facere in bonis ſpiritualibus, quæ fuerunt omiſſa, vt ſi beneficiarius per ſex menſes omiſit officium diuinum, poſſit ſatisfacere pro iniuſtitia commiſſa, ſi per alios ſex menſes illud recitet? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima negat id licite fieri poſſe. Ratio eſt, quia officium eſt onus diei, ergo tranſacto die non poteſt ſequenti die ſatisfieri obligationi diei præteriti. Secunda quia ille, qui officium non recitat, non facit fructus ſuos, ergo non poteſt propria authoritate reſtitutionem commutare, & retinere ſibi fructus non ſuos; ita docet Petrus Nauarra lib.1.de reſtitutione cap. 2. num. 180.Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83.art. 13. dub.6.dicto 2. P.Henriquez lib.13.cap.13.num.2.Bonacina tom. 1. tract.de officio diſput.1 quæſt.5.puncto 2.num.5.Diana par. 2. tract. 12.de horis canonicis reſolutione 24.

6 Secunda ſententia affirmat, id licite fieri poſſe; Ratio eſt, quia ſecluſo iure poſitiuo, non videtur neceſſarium ex natura rei, vt hæc reſtitutio fiat in fructibus temporalibus beneficij, ſed poteſt fieri in bonis ſpiritualibus modo prædicto, quod ſi quis obijciat,hoc modo non ſatisfieri priori obligationi,tum quia poſtea vrgetur noua, & diſtincta quotidiana obligatione, tum etiam, quia tempus obligationis iam pertranſijt,cum recitatio officij, ſit onus diei; Vnde, qui in vno die omiſit officium, non tenetur ſupplere in alio,quia non poteſt. Reſpondent doctores huius ſententiæ,hæc non obſtare; Non primū,nam ſi ille beneficiū dimittat, vel illo priuetur,ceſſabit illud impedimentum, ſi vero idem beneficium ſemper retineat, poterit quotidie duplicatum officium recitare,vnum,vt ſatisfaciat quotidianæ obligationi, & alterum, donec priorem iniuriam reſarciat; nam licet ad hoc abſolute,non cogatur, tamen ſi vult euitare reſtitutionem ſtipendij,neceſſe eſt,vt id faciat.Non ſecundum,quia aliud eſt præceptum recitandi tali die, aliud vero eſt nocumentum illatū per omiſſionem recitationis debitæ; ſi conſideremus primū, verum eſt,non poſſe amplius impleri præceptum, prout illo die obligabat, & ideo ex vi ſolius obediētiæ,& religionis,non manet talis obligatio: At vero,ſi conſideremus ſecundum, cū

illud

illud nocumentum, ſit reparabile, non ſolum materialiter, reddendo pecuniam, ſed etiam ſpiritualiter, compenſando omiſſionem ſpiritualem per ſpiritualem actionem, quod quidem, quoad ſubſtantiam fieri poteſt, & ſatis eſſe videtur. Hanc ſententiam ex profeſſo docet, & defendit P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 29. num. 11. quem ſequitur P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 2. dicto 2. nu. 307. fin. Molfeſius in ſumma tom. 1. tractat. 5. cap. 5. num. 17. hanc ſententiam, putat probabilem Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. 1. quæſt. 5. puncto 2. num. 5.

7 Pro ſolutione præſentis dubij, dico, ſuppoſito decreto Concilij Lateranenſis, & conſtitutione Pij V. in quibus expreſſe ſtatuitur, Beneficiarium, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio officium non dixerit, beneficiorum ſuorum fructus, ſuos non facere, ſed eos, tamquam iniuſte perceptos reſtituere teneri: non poſſe Beneficiarium per prædictam ſpiritualem compenſationem, ſeu reſtitutionem obligationi ſuæ ſatisfacere, vt bene docet prima ſententia, ac proinde ſecundã ſententiã non poſſe defendi. Ratio eſt, quia, cum fructus non ſint ſui, ſed iniuſte percepti, non poteſt illos retinere, nec per ſpiritualem actionem reſtitutionem compenſare; ſi vero ſecluſo hoc iure poſitiuo voluiſſet quis ante decretum Concilij Lateranenſis hoc modo reſtituere, id, ad quod iure naturali putabat ſe obligari, Probabile eſſe, ipſum potuiſſe in toto rigore iuris naturalis obligationi ſatisfacere, ſicut, ſi quis recepiſſet ſtipendia, vt hac hebdomada determinata diceret ſex miſſas, & hoc omiſiſſet, peccauit contra pactum, ſi tamen poſtea illas ſex miſſas diceret, iuxta intẽtionem illius, qui dedit ſtipendia, non tenebitur ſtipendia reſtituere. Ratio eſt, quia licet hic peccauit in dilatione ſolutionis, tamen obſequium debitum ad æqualitatem ſoluit, ita, & de beneficio, qui omiſit officium, dici poteſt, nec puto in hoc contradicere doctores primæ ſententiæ, nam loquuntur ſuppoſito iure poſitiuo, & iuxta illud procedunt eorum rationes.

8 Quæres, an ſi quis elegiſſet prædictum modum ſpiritualis reſtitutionis, obligatus fuiſſet reſtitutionem facere in eadem ſpecie actionis, ideſt in recitatione eiuſdem officij omiſſi, an vero potuiſſet ſatisfacere per alias preces æquales prudenti arbitrio v.g. per integrum Roſarium, vel ſacrificium Miſſæ tot diebus repetitum, pro illa intentione, ratio dubitandi eſt,

quia ſi conſideremus iuſtitiæ rigorem, videtur neceſſarium reddere idem opus in ſpecie, nam mercenarius conductus ad fodiendum in vinea, non ſatisfaceret aliud opus ſuo arbitrio faciendo, etiam in Domini vtilitatem; Ad hoc dubium reſpondet P. Suarius loco citato num. 12. prædictum non teneri facere reſtitutionem in eadem ſpecie, quia quando creditor moraliter, & rationabiliter præſumitur acceptare, ſufficit æquiualens compenſatio, licet non ſit in eadem materia, ſed ita præſumitur in præſenti caſu, quia ſpiritualis fructus ab eccleſia intentus poteſt eſſe æqualis, vel maior in alio genere ſpiritualis compenſationis; vnde illa quaſi materialis diuerſitas non videtur impedire condignam ſatisfationem, idem dicit P. Filliucius loco citato num. 307. fin. mihi videtur probabile, nam, vt infra dicemus cum communi ſententia, neque Confeſſarius debet pro pœnitentia iniungere illi, qui officiũ omiſit, vt dicat officium omiſſum.

9 Quæres, an illi, qui diuinum officium omiſit debeat Confeſſarius, pro pœnitentia iniungere, vt dicat officium omiſſum? Reſpondeo id non eſſe neceſſarium, ſed pro qualitate delicti poſſe confeſſarium iniungere pœnitentiam congruam in quocumque genere operis boni Deo accepti, puta, vt dicat ſeptem pſalmos, vel totum pſalterium, vel Roſariũ, aut aliud amplius, ratio eſt, quia pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, ergo pro peccato talis omiſſionis quæcumque pœna, ſecundum arbitrium ſacerdotis poteſt imponi, ita expreſſe S. Thomas quodlibeto 3. quæſt. 13. art. 29. Paludanus in 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 2. concluſ. 5. dicit, *Dei Vicarius poteſt commutare reſtitutionẽ Deo faciendam in aliquid Deo acceptius, dicere autem parum, cum deuotione, eſt gratius*. Eamdem ſententiam ſequuntur. Turrecremata in cap. presbyter 92. diſt. quæſt. 4. Sanctus Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 4. 5. 6. Sylu. verbo hora quæſt. 13. nu. 17. Tabiena ibi quæſt. 17. num. 18. Armilla num. 14. Nauarrus cap. 10. de oratione num. 55. & 56. dicit, vtile fore, ſed non neceſſarium, iniungere pœnitenti rem æque, vel magis gratã Deo, quam eaſdem horas omiſſas recitare, tum quia non conſtat, neque conſtare poteſt pœnitentem iſtum maiore cum deuotione recitaturũ ſeptem pſalmos iniunctos in pœnitentiam, quam horas omiſſas; tum etiam, quia indubitatum eſt, quod etiam ſi eas minore, cum deuotione recitaret, ſatisfaceret pœnitentiæ neceſſariæ ad abſolutionem culpæ, licet forte

non

Digitized by Google

non totius pœnæ;communem tamen ſententiam docet etiam P.Suarius to.2.de religione lib.4. de horis canonicis cap. 27. num.5.fin.P.Filliucius tom.2.tract. 23.cap.8.quæſt.7.dicto 2. num.267.Carolus Macigni tract. de horis canonicis cap. 27. num.3.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1. quæſt. 5. puncto 2.num. 6.

DVBIVM XIX.

Quomodo,& quid reſtituere teneatur Beneficiarius, qui poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non recitauit?

1 Reſpondeo,hoc dubium multas continere difficultates, quas hic,& infra examinabimus,& ſoluemus,ſit igitur, Prima difficultas, an hæc lex obliget Beneficiarium ad fructuum reſtitutionem faciendam in conſcientia, ante Iudicis condemnationem, etiam ſi crimen ſit occultiſſimum? Reſpōdeo, circa hanc difficultatem duas eſſe ſententias. Prima docet, legem Concilij Lateranenſis non obligare ad faciendam reſtitutionem in conſcientia. Ratio huius ſententiæ eſt, quia hæc lex eſt pœnalis, ergo obligat poſt Iudicis ſententiam. ita *Petrus Soto* lib.de Inſtit. ſacerdotum, tract.de vita ſacerdotum lect.4.vbi ait, ſtatutum in hoc decreto magis videri pœnam,quæ iuſte à Prælatis imponi poteſt, quā, vt quis ad eam per ſe teneatur,idem videtur docere Dominicus Soto lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.6.concluſ.4. vbi dicit,hoc decretum non fuiſſe vſu receptum;ſed hi duo doctores fuerunt aute Pium V.ſed Bartholomæus Medina, qui nouit conſtitutionem Pij V.lib.1.Inſtruct,confeſſar.cap.14. §.11. auſus eſt dicere,decretum hoc eſſe pœnale,non obligans,donec Index præcipiat,idem docet Ludouicus Lopez in Inſtruct. conſciētiæ tom.1.cap.245. & Ioannes Baptiſta Corradus in reſponſ. caſuum conſcientiæ quæſt.240. in additione.

2 Secunda ſententia communis,& vera docet,hanc reſtitutionem faciendam eſſe in conſcientia, ante Iudicis condemnationem,licet delictum ſit occultiſſimum. Ratio eſt,quia Concilium *Lateranenſe* expreſſe hoc ſtatuit;nam verba illa, *beneficiorum ſuorum fructus, ſuos non faciat*. Sufficienter ſignificant per prædictam legem fuiſſe impeditam acquiſitionem domi-

dominij, ſed nemo poteſt retinere, quod ſuum non eſt, ſed in conſcientia tenetur rddere, cui debetur, ergo. Cōfirmant hoc alia verba ſequentia, *ſed eos, tamquam iniuſte perceptos erogare teneantur*, ergo obligatio reſtituendi naſcitur ex iniuſtitia, ac proinde cogit in conſcientia ſecluſa coactione, denique, poſt conſtitutionem Pij V. dubitari non poteſt de vigore legis prædicti Concilij, quia ipſe ita illam declarat, vt eam de nouo ſtatuat, ſi neceſſe ſit; dicens. *Nos huic rei euidentius, atque expreſſius prouidere volentes ſtatuimus*, ſed nunc hæc conſtitutio Pij V. ita eſt vſu recepta, vt obliget, nec hoc homines pij & docti in dubium reuocant. Hanc ſententiam docet Petrus Nauarra lib. 2. de reſtitutione cap. 2. num. 207. Petrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 13. circa medium, verſ. cæterum hac ſententia, Iacobus à Graſſijs par. 1. deciſion. lib. 2. cap. 51. num. 6. Vgolinus de officio Epiſcopi cap. 13. §. 1. num. 4. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 22. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 14. quæſt. 2. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 30. num. 2. & 3. & in tract. de legibus lib. 5. cap. 7. num. 9. P. Gabriel Vaſquez tom. 2. in 12. in tract. de legibus diſp. 168. cap. 4. num. 32. verſ. poſtremo eſt, P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 1. verſ. tertium, P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 4. num. 311. & 312. Bonacina tom. primo tract. de officio diſputat. 1. quæſt. 5. puncto 2. num. 7.

3 *S*ecunda difficultas, an beneficiarius, qui, poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non recitauit, teneatur ſimpliciter reſtituere omnes fructus beneficij, ſeu beneficiorum, etiam ſi habeant alia onera, vt Miſſarum, vel adminiſtrationis ſacramentorum, an vero ſolam illam partem, quæ officio recitandi correſpondet? Reſpondeo, circa hanc difficultatem duas eſſe ſententias. Prima docet prædictum beneficiarium ſolum teneri reſtituere partem correſpondentem obligationi recitandi officium, ita docet *S*otus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 6. concluſ. 4. dub. 1. Ratio ipſius eſt, quia ita intelligendum eſt decretum Concilij, nam contrarius ſenſus eſt nimium rigoroſus; ſed hæc interpretatio admitti non poteſt, quia *Pius V.* dixit, omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuorum fructus eius diei amittat, Alij doctores, qui fuerunt poſt Pium V. idem docent, & ad verba prædicta reſpondent, ſolum loqui de beneficijs, quæ nullum habent ſeruitium, præter re-

ter recitationem officij, ſed hoc dicunt, ſine fundamento, nā Concilium Lateranenſe expreſſe dicit, *vt quilibet habens beneficium, cum cura, vel ſine cura*, & hoc refert Pius V. & vocat, *ſalubrē ſanctionem*, quam confirmat, ita Bartholōm. Medina in ſumma lib. 1. cap. 14. §. 11. Ludouic. Lopez in Inſtruct. conſcientiæ tom. 1. cap. 245. & tom. 2. cap. 105. Aragonia 2. 2. qu. 83. art. 13. verſ. ex dictis. Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 146. concluſ. 4. Vega par. 1. ſummæ cap. 36. caſu 1. & 2. Ioannes Baptiſta Corradus in reſponſio. caſuum conſcientiæ quæſt. 240. in additione, Siluius 2. 2. quæſt. 83. art. 13. concluſ. 4. Petrus Ledeſma in ſumma tom. 2. tract. 9. cap. 4. concluſ. 11. Homobonus in exam. eccleſ. par. 1. tract. 4. cap. 5. quæſt. 42. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. num. 4. dicto 2. P. Henriquez lib. 13. de excommunicatione cap. 13. num. 2. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 34. dubit. 32. num. 177. verſ. quarto, P. Emanuel Sà verbo, beneficium num. 58. P. Sanchez tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 83. num. 3. concluſ. vnica, docet, hanc ſententiam eſſe multo probabiliorem, & amplectendam, & conſtitutionem Pij V. ſolum eſſe receptam, vt obliget ad reſtituendos ſolos illos fructus, qui correſpondent recitationi, & qui propter illam dantur, vt teſtātur multi viri docti, & praxis timoratorum. P. Layman. tom. 2. lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 1. verſ. verum; hanc ſententiam, dicit, probabilem, benignam, & in praxi tutam. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10 quæſt. 5. dicto 1. num. 314. hanc ſententiam, dicit, eſſe probabilem, idem dicit, Naldus in ſumma verbo officium num. 12. Molfeſius tom. 1. ſumm. tract. 5. cap. 3. num. 26. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 5. puncto 3. num. 2. & 3. fin. Diana par. 2. tract. 12. de horis canon. reſolutione 8.

4 Secunda ſententia docet, Beneficiarium non recitantem diuinum officium obligatum eſſe ad reſtituendum omnes fructus omnium beneficiorum, quæ habet, cum cura, & ſine cura, cum proportione declarata à Pio V. Ratio eſt, quia ita expreſſe ſtatuit Concilium Lateranenſe, dicens, *Statuimus, & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio, diuinum officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus, ſuos non faciat, ſed eos tamquam iniuſte perceptos erogare teneatur*, quæ verba Pius V. tam expreſſe declarauit, addita diſtributione, vt nemo poſſit propria authoritate illa

limi-

limitare, ait enim, *omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur amittant*, nec poteſt admitti reſponſio aduerſariorum, qui dicunt, cum Pius V. dicit, omnes fructus, eum loqui de omnibus fructibus reſpondentibus obligationi recitandi officium, nam illi non ſunt omnes beneficij fructus, ſed Pius V. ibi dicit, omnes beneficij fructus, imo beneficiorum, nec illi ſunt fructus, qui corrreſpondēt illi, vel illis diebus abſolute; & quamuis beneficium detur, propter plura officia, tamen lex potuit punire omiſſionem vnius officij priuatione omnium fructuum, etiam reſpondētium alijs ſeruitijs, qui a lex poteſt, non ſolum priuare ſtipendio adæquato officio omiſſo, ſed etiam aliam priuationem addere in pœnam iuſtam, hoc autem fecit hæc lex, vt ex verbis citatis conſtat. Hanc ſententiā docet Petrus Nauarra lib. 2. de reſtitutione cap. 2. num. 217. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3, cap. 1. num. 3. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 14. quæſt. 5. & 6. P. Valentia tom. 3. in 22 diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. circa octauum concluſ. 3. verſ. reſpondeo, vbi ait. *Quod reſtituantur pro rata temporis, & omiſſi officij omnes fructus, poſt illud primum ſemeſtre in pœnam, eſt ſtatutum iure canonico*. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 30, num. 6. & 7. & in tract. de legibus lib. 5. cap. 7. num. 9. & 10, P, Gabriel Vaſquez tom. 2. in 12. tract. de legibus diſp. 160. num 34. & expreſſius diſp. 168. cap. 4. num. 34. & 35. & in opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 8. num. 42. Ioannes de Salas in tract. de legibus diſp. 15. ſect. 2. num. 27. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 5. dicto 2. num. 315. putat hanc ſententiam probabiliorem, ſecundum ius, in praxi autem non eſſe receptam, cum tanto rigore. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 5. puncto 3. num. 3. dicit, hanc ſententiam eſſe tutiorem.

5 Pro ſolutione huius dubij, dico primo, ſecundam ſententiā eſſe probabiliorem, & tutiorem, cum ſit magis conformis verbis ipſius decreti, & ideo eam omnes fere viri pii, & docti, ſequuntur in praxi, & eſt vera non ſolum de fructibus vnius beneficij, ſed etiam plurium, & omnium, quæ quis habuerit, quia non eſt maior ratio de vno, quam de alio, cum omnia, & ſingula, ſub illa conditione data ſint, & ita expreſſe declarauit Pius V. Dico ſecundo, Primam ſententiam in rigore falſam eſſe, cum Concilium Lateranenſe, & Pius V. aper-

apertiſſime contrarium ſtatuant, ſed quoniam P. Henriquez, P. Leſſius, & P. Sanchez dicunt praxim, cum ſapientum conſilio rigorem huius decreti, ita moderari, vt non comprehendat illos beneficiarios, qui alia onera habent, ego probabilius puto, excuſari à reſtitutione fructuum beneficiarium in minoribus, non recitantem officium, ſi habeat beneficium, cum onere Miſſarum, pro quibus celebrandis, ſunt dandi omnes beneficij fructus pro ſtipendio celebrantibus.

6 Tertia difficultas, an rata, & diſtributio à Pio V. declarata, ſit cum exacta proportione, vſque ad minima diuidenda, & ſeruanda? Reſpondeo, circa hoc, duas eſſe ſententias. Prima negat. ratio, quia Dominus temporalis, niſi ſit nimium rigidus, & tenax, *quod de Deo ſentiendum non eſt*, non priuat famulum ſtipēdio, propter leues aliquos defectus, nec propter grauem aliquam omiſſionem priuat eum omnibus fructibus, ergo multo minus id de Deo ſentiendum eſt. Hanc ſententiam expreſſe docuit Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 6. concluſ. 4. prope finem, vbi ait, *neſcio, an ſit omnino neceſſariū ad rigorem ſeſſionis huius, omittentes vnum, aut duos dies ad reſtitutionem obligare*, & poſt pauca ait, *Quod ergo conſilium egomet mihi ex his colligerē, eſt, pro vno, aut duobus diebus nemini reſtitutionis ſcrupulum inijcere, quamuis peccatum ſit mortale*, eum ſequitur Bartholo. Medina in ſumma lib. 1. cap. 14. §. 11. vbi generalius dicit, pro omiſſione paucorum dierum nihil eſſe reſtituendum, deinde addit, quod beneficiarius, qui alia habet munia, præter horas, vt capellanus, qui aliquot ſacra facere tenetur, vel Parochus, qui tenetur adminiſtrare ſacramenta, ſi toto anno alia obeat miniſteria, & horas recitet, ſi octo, vel decem diebus omittat recitare, non eſt compellendus ad aliquam reſtitutionem; idem dicit Ioannes de la Crux in direct. conſcientiæ par. 1. præcepto 3. art. 3. dubio 6. concluſ. 3. eamdem ſententiam ſequuti ſunt, Ludouic. Lopez in Inſtruct. conſcient. tom. 1. cap. 245. & tom. 2. cap. 105. Vega in ſumma par. 1. cap. 36. caſu 1. & 2. & cap. 128. caſu 18. hanc ſententiam videtur ſequi Couarruuias lib. 3. variarum reſolutionum cap. 13. num. 10. final. vbi eam refert, & non improbat P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 6. dicto 2. num. 317. docet, quoad vnum, vel alterum diem ex benigna interpretatione iuris, hanc ſententiam in praxi vſurpari poſſe.

7 Secunda ſententia communis,& vera docet, etiã pro omiſſione vnius,aut duorum dierum, aut vnius horæ eſſe obligationem reſtituendi pro rata. Ratio eſt,quia hoc expreſſe ſtatuit Concilium Lateranenſe,dicens,*pro rata omiſſionis recitationis officij,& temporis*, & clarius, & expreſſius declarauit Pius V.dicens,*ſtatuimus,vt qui horas omnes canonicas vno,vel pluribus diebus intermiſerit,omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuorum fructus,qui illi,vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur,amittat*. Hanc ſententiam docuit Nauarrus cap. 21. de oratione num.60. & 62. Angles in floribus quæſtion. Theologicarum quæſt. de reſtitutione facienda, propter negligentiam eccleſ.art.1.Petrus Nauarra lib.2.de reſtitut. ca. 2.num.207. Rodriquez in explicatione bullæ compoſitionis, caſu 1.dubio primo,& in ſumma par. 1. cap.146.concluſ.1. Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83.art.13.verſ.ex dictis, Graſſijs par.1.deciſion.lib.2.cap.51. num. 9. ſumma corona parte 1.cap.1.num.93.notab.2. Viualdus in appendice candelabri cap.1.num.32.Garzia tom.1.de beneficijs par.3. cap.1.num. 27.P.Valentia tom.3.diſp.6.quæſt.2. puncto 10.§.circa octauam concluſ.3.P.Azorius par.1.lib.10.cap.14. quæſt. 7.verſ. ſi quæras. P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis can. cap.30.num.9.P.Vaſquez opuſc.de beneficiis cap.4. §. 1.art. 1.dubio 7.num.39.P.Leſſius lib.2. de iuſtitia cap.34.dubitat. 32.num.176.P.Sanchez tom.1.conſil.moral.lib.2.cap.2.dub. 82.concluſ. 3. num.11. P. Filliucius tom.2.tract.23.cap.10. quæſt.6 dicto 1.num.317.Siluius 2.2.quæſt.83. art. 13.concl. 4.Bonacina tom.1.tractat.de officio diſputat.1.quæſt.5. puncto 2.num.8.fin.

8 Ad rationem primæ ſententiæ fundatam in illa morali perſuaſione,reſpondeo ſtante lege poſitiua definiente hanc pœnam, vſque ad minima, non licere nobis vti coniecturis ad mitigandum legis rigorem,nam cum Concilium ſtatuat, vt qui poſt ſex menſes ab obtento beneficio per quindecim dies non recitauerit,ſaltem bis, priuetur beneficio, non eſt credibile,vt quis per octo, vel decem dies omittens officium in illius pœnam legis,non incidat,& cum Pius V. taxet quid reſtituendum ſit pro dimidia officij parte prætermiſſa, quis nunc dicere audebit ex omiſſione recitationis duorum dierum nullam oriri reſtitutionis obligationem?nec mirum videri debet,quod Pius V.declarauit,etiam omittentem vnam

horam

horam teneri reſtituere pro rata,nam vt bene docet.Nauar. cap.21.de oratione num.60.fin.*etiam ſecundum Sotum peccat mortiſere,& conſequenter perdit gratiam,& regnum celeſte,& qui perdit,quod eſt plus, non debet mirari, quod perdat id, quod eſt minus.*

9 Quæres,quænam ſit taxa,quæ ſeruari debet, cum exacta proportione? Reſpondeo,eſſe illam,quam Pius V.in ſua cõſtitutione expreſſis verbis ſtatuit,& declarauit, dicens, *Qui horas omnes canonicas vno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij,ſeu beneficiorum ſuorum,fructus,qui illi, vel illis diebus reſponderent,ſi quotidie diuiderentur,qui vero matutinum tantum,dimidiam, qui cæteras omnes horas,aliam dimidiam,qui harum ſingulas,ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat*,ex quibus verbis apparet, quod Pius V. dimidiam partem horarum declarat,eſſe matutinum, cum laudibus. aliam vero dimidiam partem eſſe reliquas horas,& quoniam illæ ſunt ſex,reputat eas æquales, & pro vniuſcuiuſque omiſſione ſextam partem fructuum eiuſdem diei omitti,declarat, quod P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canonicis cap.30.num. 11. intelligit de ſexta parte fructuum dimidij diei naturalis,ſeu de fructibus diei artificialis, nam altera pars reſpondet nocti,ſeu officio nocturno,hunc enim ſenſum iuſta proportio poſtulat;addit deinde Pius V.extenſionem huius pœnæ ad diſtributiones quotidianas, cum eadem proportione,pro illis,qui choro præſentes ſunt,ſi nec ibi,nec domi recitent illas horas, quibus aſſiſtunt, denique eamdem pœnam, cum eadem proportione extendit ad quoſcunque qui penſionem fructuum,aut alias res eccleſiaſticas, vt clerici percipiunt, ſi officium paruum Beatæ Virginis, ad quod ſunt obligati, non recitauerint: hæc eſt communis ſententia.

10 Quæres,an ſi quis omittat partem vnius horæ, vel partem aliquam matutini, quæ ſit minor omiſſione vnius horæ integræ obligetur ad aliquam reſtitutionem? Reſpondeo,circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet, pro minori omiſſione, quam ſit vnius horæ integræ,non contrahi obligationem aliquam reſtituendi,ratio eſt,quia Pius V.taxauit, quid pro ſingularum horarum omiſſione reſtituendum ſit, ergo cum hæc ſit lex pœnalis,& rigoroſa, videtur potius reſtringenda ad terminos ſuos,quam amplianda, præſertim cũ

peculiariter ſit facta ad declarandam reſtitutionem, pro rata temporis,& officij,ita P. Sanchez tom. 1. conſiliorum moral. lib. 2. cap. 2. dubio 82. concluſ. 3. num. 11. vbi ait, *etiamſi beneficiarius vno die tantum omittat officium diuinum, immò, & vnicam tantum horam canonicam, dummodo integrè omittatur, tenetur reſtituere pro rata eam partem fructuum, quæ tali recitationi reſpondet*. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 7. dicto 1. vbi ait. ex vi legis eccleſiaſticæ probabile eſſe pro miſſione minori, quam vnius horæ integræ, nihil eſſe reſtituẽdum, & in fin num. 319. ait, *poterit quis peccare mortaliter, vt ſi omittat dimidiam horam, & tamen non obligari ad reſtitutionem*. eum ſequitur Diana par. 2. tract. 12. de horis canonicis reſolut. 26.

11 Secunda ſententia docet, naſci obligationem reſtitutionis, ex omiſſione partis alicuius horæ, quando eſt æqualis, aut maior aliqua ex prædictis ſex horis; nam non eſt minor ratio reſtituendi aliquam partem proportionalem, fructuum, pro laudibus omiſsis, quam pro prima, vel veſperis, & tamen laudes, iuxta communem ſententiam, non ſunt hora integra, ſed pars horæ, idem etiam videtur dicendum de omiſsione vnius nocturni, vel proportionalis partis matutini, vt de omiſsione plurium pſalmorum, vel omnium lectionum; Ratio eſt, quia regula à Pio V. aſsignata, non eſt materialiter ſumenda, ſed formaliter, ideſt, vt pro ſexta parte medietatis officij, quæ eſt duodecima totius officij integri, reſtituatur pars proportionalis fructuum, ita docet. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 30. num. 12. idem docet. P. Filliucius tom. 2. tract 23. cap. 10. quæſt. 7. dicto 1. num. 319. vbi ait. *In matutino autem dici poſſet proportionaliter, ſi omittatur ſexta pars, etiam eſſe obligationem, tamquam vnius horæ, quia totum adæquatur omnibus alijs horis, ſi vero ſit minor ſexta parte, nullam eſſe obligationem*.

17 Pro ſolutione dubij dico, primam ſententiam eſſe probabiliorem, ſi loquamur de ſex horis minoribus, ſcilicet pro omiſſione dimidiæ partis ſingularum horarum, imo etiam maioris partis, nullam contrahi obligationem reſtitutionis. Ratio eſt, quia Pius V. noluit beneficiarios obligare ad reſtitutionem, niſi pro omiſſione vnius horæ integræ, ſicut noluit eos obligare primis ſex menſibus, pro omiſſione totius officij, & hoc etiam concedit. P. Suarius loco citato num. 12. vbi

ait,

Digitized by Google

ait, *licet hac regula pro ſingulis ſex minoribus veriſimilis videatur, pro matutino admitti non poteſt*. Secundam vero ſententiam, quoad partes matutini omiſſas æquales, vel maiores ſingulis ſex horis, eſſe in optima ratione fundatam, non tamen, ita certam, vt poſſit obligare, nam cum Pius V. potuiſſet id declarare, & non fecerit, ſignum eſt, noluiſſe ad id obligare, quare non facile damnarem illum beneficiarium, qui ob omiſſionem vnius nocturni nihil vellet reſtituere.

13 Quæres, an quando omiſſio recitationis, eſt leuis, puta vnius pſalmi, vel paucorum verſuum, ſed fructus beneficij ſunt copioſi, ita, vt ſingulis partibus minimis officij reſpondeat magna pars fructuum, oriatur obligatio reſtituendi? Reſpondeo negatiue. Ratio eſt, quia fundamentum eſt leue, ac proinde ſimpliciter non eſt tranſgreſſio præcepti. 2. quia in reſtitutione non habetur ratio fructuum, ſed omiſſionis officij, ita Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. num. 6. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 27. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 5. puncto 2. num. 10. verſ. dixi, qui dicunt ex omiſſione leui, puta vnius pſalmi, aut paucorum verſiculorum, non naſci obligationem reſtituendi, expreſſe P. Suarius tom. 2. de Religione libro 4. de horis canonicis capite 30. num. 13.

14 Quæres, an quando omiſſio partis officij, eſt peccatum mortale, ſed pars fructuum illi omiſſioni correſpondens propter tenuitatem beneficij eſt tam parua, vt in materia furti, non ſufficiat ad peccatum mortale, oriatur obligatio reſtituendi. Reſpondeo circa hoc duas eſſe ſententias. Prima docet hanc omiſſionem excuſari à reſtitutione ex leuitate materiæ, nam licet culpa omiſſionis, ratione materiæ ſpiritualis, ſit grauis, tamen reſpectu pœnæ, & reſtitutionis materia illa temporalis eſt leuis. ita docet P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 30. num. 13. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt, 7. dicto 2. num. 320. fin. Diana par. 2. tract. 12. de horis canonicis reſolut. 26. notabil. 2.

15 Secunda ſententia docet, ex prædicta omiſſione, oriri obligationem reſtitutionis, ſicut ex omiſſione horæ integræ. Ratio eſt, quia non cenſetur dicere horam, qui eam non dicit integram, ſed omittit partem notabilem ſufficientem ad peccatum mortale, ſicut eſt in hoc caſu; ſicut non cenſetur audire ſacrum, qui illud non audit integrum, ita expreſſe docet.

Gar-

Garzia tom 1.de beneficijs par.3.cap.1.num.27.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.5. puncto 2.num.13. Mihi hæc 2.ſententia videtur probaailior, & conformior declarationi Pij V. qui obligat ad reſtitutionem pro omiſsione cuiuſcunque horæ,nec diſtinguit, an materia reſtituenda ſit grauis, vel leuis. quare mihi potius videtur in hoc caſu reſpondendum,illum, qui ſic omittit horam, aut partem notabilem, teneri ad reſtituendum partem proportionalem fructuum,ſi vero non reſtitueret,excuſari à peccato mortali propter leuitatem materiæ, non vero à peccato veniali.

16 Quæres,an ſi quis tam frequenter omittat horam, vel partẽ eius notabilem, vt licet pars fructuum illi correſpondens leuis ſit, tamen moraliter,& paulatim, cum alijs omiſſionibus coniuncta fiat materia grauis, teneatur ſub peccato mortali reſtituere? Reſpondeo affirmatiue, ita docent communiter doctores de furtis minimis,quando pertingunt ad conſtituẽdam materiam grauem, ita in hoc caſu eſſet grauis materia, ita expreſſe docent P.Suarius,& P.Filliucius locis citatis Bonacina tom. 1. tract.de officio diſputat. 1. quæſt. 5.puncto 2. num.14.

DVBIVM XX.

An Beneficiarius recitans diuinum officium, ſine debita attentione, teneatur fructus reſtituere?

1 RESpondeo,circa hoc dubium, duas eſſe ſententias. Prima docet,beneficiarium recitantem officium, ſine attentione,etiam data opera,non teneri fructus reſtituere. Ratio eſt, quia licet diſtractio voluntaria in recitatione diuini officij,ſit peccatum mortale, contra præceptum eccleſiaſticum, ac proinde videatur omiſſio præcepti, tamen quoad hanc pœnam reſtitutionis aliter iudicandum eſt,quia lex pœnalis eſt reſtringenda; ſed Concilium Lateranenſe,& Pius V. iubens reſtitutionem fructuum, ſtatuit illam in pœnam delicti omiſſionis officij, & ſolum dicit,*qui diuinum officium non dixerit*,ergo non debet extendi, ad non recitantem attente. Hanc ſententiam docuit Ioannes Medina quæſt. 16. de oratione verſ.de ſecundo,Antonius Corduba lib.4.quæſt.Theologicarum quæſt.13.fin. Caſtro lib. 2. de lege pœnali cap.5

Car-

Digitized by Google

Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. num. 6. dicto 4. P. Henriquez lib. 9. cap. 25. num. 5. P. Gabriel Vaſquez 1. 2. tract. de legibus diſp. 160. cap. 5. num. 32. dicit Beneficiarium, qui non recitat, cum attentione, non facere fructus ſuos, non iure eccleſiaſtico Concilij Lateranenſis, & Pii V. ſed iure diuino, P. Sanch. tom. 1. conſiliorum moral. lib. 2. cap. 2. dub. 85. num. 2. dicit hanc ſententiam eſſe probabiliorem. eam putant probabilem P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 14. quæſt. 8. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia. cap. 37. dubit. 11. num. 68. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 8. num. 321. P. Paulus Laymau Theolog. Moral. lib. 4 tract. 1. cap. 5. num. 10. eamdem ſequitur Diana par. 2. tract. 12. de horis canonicis reſolutione 1. Sotus libr. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 6. concluſ. 4.

2. Secunda ſententia docet, prædictum beneficiarium, teneri ad reſtitutionem fructuum, ſicut tenetur ille, qui officium non dixit. Ratio eſt, quia attentio, eſt modus ſubſtantialis ab eccleſia præceptus, ac proinde, qui, ſine illa officium recitat, non ſatisfacit præcepto eccleſiæ, quia illa non eſt oratio, nec recitatio, quæ ab eccleſia præcipitur, ac proinde vere non dicitur recitare, qui ſic recitat, & ideo eſt vera omiſſio præcepti, & propterea in eo habet locum pœna reſtitutionis impoſita, contra non recitantes, quia verba Concilij formaliter ſunt intelligenda, nam dicere officium, iuxta ſenſum Pontificium, idem eſt, quod orando illud recitare, ex his patet reſponſio ad rationem primæ ſententiæ, non enim lex pœnalis extenditur, ſed ſumitur, iuxta proprium ſenſum formalem. Hanc ſententiam expreſſe docet. Nauarrus cap. 20. de oratione num. 32. Petrus Nauarra lib. 2. de reſtitutione cap. 2. num. 240. Graffijs par. 1. decicon. lib. 2. cap. 51. num. 7. Rodriquez par. 1. ſumm. cap. 144. num. 2. concluſ. 1. Vega par. 1. ſumm. cap. 128. caſu 20. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 186. P. Suarius tract. de legibus lib. 4. cap. 13. nu. 12. & 13. & expreſſius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 26. num. 25. & 28. & cap. 30. num. 15. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 3. dub. 4. num. 103. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 1. num. 149. P. Ioannes de Salas in tract. de legibus diſp. 9. ſect. 1. num. 16. & nu. 24. dicto 3. hanc ſententiam probabiliorem putant. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 12. quæſt. 6. verſ. ſi quæras P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubitat. 11. num. 67. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num.

Digitized by Google

num.10.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.10.quæſt.8.num.321. Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.5.Puncto 2.nu. 17.& quæſt.3.puncto 2.§.1.num.10.Hæc ſententia mihi videtur probabilior,tutior, & ſequenda in praxi.

3 Quæres,an beneficiarius,qui recitat diuinum officium,cum debita attentione,ſed ſine intentione, & animo ſatisfaciendi obligationi,& præcepto, ſed cum propoſito iterum illud recitandi ad ſatisfaciendum,ſi deinde illud iterum non recitet, ſatisfaciat præcepto,an vero teneatur, ſub peccato mortali, & obligatione fructus reſtituendi,illud iterum recitare? Reſpondeo,circa hoc dubium tres eſſe ſententias. Prima docet, prædictum teneri iterum recitare, nec poſſe alio modo præceptum implere,etiam ſi poſtea voluntatem mutet,& dicat,ſe velle ſatisfacere præcepto per priorem recitationem, ratio eſt,quia ille de facto non impleuit præceptum per primam recitationem,ergo nec poſtea per illam eamdem poteſt illud implere,quamuis id velit, aut deſideret, ergo neceſſe eſt, vt iterum recitet;antecedens probatur,tum quia impletio præcepti,vt talis,debet eſſe voluntaria,ſed illa non fuit talis,tum etiam,quia actus agentium non operantur, vltra intentionẽ eorum .l. non omnis ff. ſi certum petatur .l.in agris ff.de acquirendo rerum dominio, prima conſequentia probatur, quia illa actio,cum fuit facta, non habuit omnes conditiones requiſitas ad præceptum implendum per eas:ſed poſtea non poteſt illas induere, niſi de nouo fiat, quia circa præteritam actionem iam non eſt potentia, nec circa illam poteſt fieri mutatio,ergo. Confirmatur exẽplo.nam ſi debeo Petro centum,& do illi centum animo donandi,non debitum ſoluendi, non liberor à priori debito, ita,& in hoc caſu. Hanc ſententiam docuit Ioannes Medina Codice de oratione quæſt.16. verſ.de tertio.Nauarrus cap.13.de oratione num.16.27.& 28. & cap.16.num.73.& 74.& cap.20.num.30.Martinus Ledeſm. 2.par.4.quæſt. 16. art.6.dub.3 Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canon.cap 27.num.11. Ludouic. Lopez in Inſtructorio lib.1.cap.53.Rodriquez par.1.ſumm.cap. 144. concluſ.2.Vega tom.1.ſumm.ca4.128. caſu 22.P. Henriquez lib.9.cap.25.num.num.6.P.Azorius par.1.lib.7.cap.2.quæſt. 6.& lib.10.cap.8. quæſt. 7. & expreſſius cap.12.quæſt.8.& 9. Hanc ſententiam putat valde probabilem,& ſecuram Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83.art.13. columna 5.dicto 4.verſ. ſed

dubi-

dubitabit, hanc ſententiam ſequitur Carolus Macigni tract. de horis canon.cap.48.num.8.

4 Secunda ſententia docet prædictum beneficiarium teneri iterum eodem die officium recitare, vel intra eandem diem mutare animum, & habere animum ſatisfaciendi præcepto per priorem recitationem, nam tota illa die vrget præceptũ eccleſiæ, cui tenetur velle obedire, & ad id ſufficiens eſt animi mutatio, ſuppoſito, quod iam officium debite dixerit, hãc ſententiam, vt probabiliorem ſequitur Petrus de Aragonia loco citato, idem docet P. Suarius tom.3. in 3. par. diſp.88. ſect.3. verſ. circa poſteriorem, vbi ait, quando, cum voluntate audiendi Miſſam, ſeu recitandi officium coniungitur voluntas formalis, contraria præcepto, vt ſi quis, cum deuotione miſſam audit in die feſto, vel officium recitat, hunc actum formalem habeat, nolo hac miſſa, vel hac recitatione implere præceptum, & in illa voluntate perſiſtat, per illum actum reuera præceptum non implet, quia nullo modo obeditur præcepto, nam implere præceptum, eſt actus obedientiæ, qui ſine voluntate non fit: tunc ſatis eſt, vt voluntatem mutet, intra tempus præcepti, & velit auditione præcedenti miſſæ, vel priori officij recitatione, ſatisfacere præcepto, nam ſolum prius defuit obedientia voluntatis, quæ adiungitur per ſubſequentem voluntatem, ſi vero non adſit voluntas contraria præcepto, ſufficit ad illud implendum voluntas audiendi miſſam; ſeu recitandi officium, etiam ſi formaliter non ſit ſub intentione implendi præceptum, quia omnis, qui non excludit, cenſetur virtualiter includere intentionem implendi præceptum in ea voluntate, qua vult efficere actum præceptum.

5 Tertia ſententia docet officium diuinum recitantem, ſeu Miſſam audientem, cum debita attentione, ſine intentione, & animo ſatisfaciendi obligationi, & implendi præceptum, nihilominus per illum actum ſatisfacere obligationi, & implere præceptum. Ratio eſt, quia præceptum recitandi officium ſeu audiendi miſſam, non requirit, vt quis peculiari actu voluntatis in actu ſignato velit ſatisfacere obligationi, & implere præceptum, ſed tantum in actu exercito, nam ſolum obligat ad recitandum officium, ſeu ad audiendam miſſam, ſed qui attente recitat officium, ſeu audit miſſam, quamtumuis nolens tunc ſatisfacere, vere illud recitat, & audit miſſam,

Mm ergo

ergo vere eo ipſo ſatisfacit obligationi, & implet præceptũ, neque eſt in poteſtate eius præceptum non implere, poſito, quod velit officium recitare, & miſſam audire. Hæc ſententia colligitur ex S Thoma 2.2.quæſt.104. art.3. ad 3. vbi ait. *Licet actus virtutis cadat, ſub præcepto, poteſt tamen aliquis implere actum virtutis, non attendens ad rationem præcepti.* Hanc ſententiam ſequitur Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canonicarum cap.27.num.11. fin. quando intentio reiterandi aduenit, poſt recitationem factam, non vero, quando ipſam comitatur ab initio; expreſſe tamen, & ex profeſſo hanc ſententiam docet P. Gregorius de Valentia tom.3.diſp. 6.quæſt.2. puncto 10.§. vltimo fin. P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.26.num.8.P. Vaſquez to. 2. in 1.2.tract.de legibus quæſt.100.art.9. dub.1.& opuſc. de beneficijs cap.4.§.1.art.3.dub.7.num. 114. P. Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubitat.10.num.59.verſ. ſed verius, & cap.46. dubit.6.num.42.P.Sanchez tom.1. in præcepta lib.1.cap.13. num.9.& 16.P.Ioannes de Salas in tractat. de legibus diſp.9. ſect.2.num.33.P.Reginaldus lib.18.cap.12. ſect. 1. num.150. P.Coninch.tom.1.3.par.quæſt.83.art.6. ſub vnico num. 309. P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.8.quæſt.1.num.251.P.Ioãnes de Lugo diſp. 22. de ſacramento euchariſtiæ ſect.2.dubio 2. illatione 2.num.24. Naldus in ſumma verbo officium diuinũ num.5.Molfeſius in ſumma tom.1.tract.5.cap. 2. num.40.& 52.Garzia tom.1.de beneficijs par.3.cap.1.num. 198. Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.3.puncto 2. §.1.num. 31.Diana par.2.tract.12. de horis canonicis reſolutione 37. P.Henriquez lib.9.cap.25.num.6.ſequitur hanc ſententiam, ſolum pro ſcrupuloſis, de non ſcrupuloſis vero dicit, tutius eſſe, vt repetant, mihi hæc ſententia ſimpliciter, & abſolute videtur probabilior, & tuta in praxi.

7 Ad rationes igitur pſimæ ſententiæ, reſpondeo, ad primam dico, falſum eſſe impletionem præcepti, prædictam non fuiſſe voluntariam, nam ille voluntarie officium recitauit, ac proinde voluntarie impleuit actum præceptum, quod vero actus agentium, non operantur, vltra eorum intentionem, procederet, ſi in propoſito requireretur intentio ſatiſfaciendi præcepto, ſed cum ea non requiratur, ſed ſolum intentio faciendi opus, & actum præceptum, nihil probat, contra nos. Ad confirmationem dico, exemplum non eſſe ſimile, nam ille

Digitized by Google

ille tenetur ex iuſtitia reddere centum Petro, vt conſtituat æqualitatem, quod non facit, ſi det ei centum, ſolum ex liberalitate, ſed in caſu noſtro ille, qui recitat officium, quamuis nolit tunc ſatisfacere præcepto, tamen facit tunc ex religione totum, quod præcipitur, hoc ipſo, quod recitat officium.

DVBIVM XXI.

An Beneficiarius, qui poſt ſex menſes ab obtento beneficio per multos annos bona fide, & abſque peccato diuinum officium prætermiſit, teneatur ad fructuum reſtitutionem?

1 RESpondeo, hic caſus ex pluribus cauſis poteſt contingere, primò, ſi quis per ignorantiam inuincibilem putaret, ſe nullo iure teneri ad illud recitandum; ſecundo ſi à proprio confeſſario, vel viro prudenti, & docto dictum fuiſſet ei, ſe ab eo præcepto eſſe liberum. Tertio ſi ob naturalem obliuionem illud ex toto, vel ex parte, omiſiſſet; Circa hoc autem dubium ſunt duæ ſententiæ.

Prima docet prædictum beneficiarium teneri fructus extantes reſtituere, quos vero bona fide conſumpſit, ex quibus non eſt factus ditior, non teneri reſtituere, vnde ſi nulli fructus extent, quia omnes ab eo ſunt bona fide conſumpti, quãuis ampli illi fuerint, ac vberes, illum nihil reſtituere debere. Ratio eſt, quia hæc regula ſeruatur in poſſeſſore bonæ fidei, & ratio à priori eſt, quia reſtitutio fructuum non eſt pœna conſtituta in eos, qui diuinum officium prætermittunt, ſed conditio, ſub qua datur tale ſtipendium, ita, vt legis ſenſus non ſit, puniam te priuatione fructuum, ſi diuiuum officium non dixeris, ſed hic: do tibi beneficij fructus, ſi diuinum officium recitaueris, ſicut, quando maritus relinquit aliqua bona vxori, ſi caſtè vixerit; hanc ſententiam ſequuntur aliqui doctores, quos ſine nomine refert P. Ioannes Azorius par. 1. lib. 10. cap. 14. quæſt. 7. quam ipſe putat probabilem, P. Sanchez tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 86, num. 3. citat pro hac ſententia recentiores, quos ipſe ibi concluſione 2. ſequi videtur.

2 Secunda ſententia docet, prædictum, non teneri ad reſtitutionem, non ſolũ fructuum bona fide conſumptorũ, ſed nec

Digitized by Google

etiam aliorũ,etiam ſi extent. Ratio eſt,quia lex illa,eſt pœnalis,& ideo reſtringenda,vt non imponat pœnam,niſi,vbi fuerit culpa,vnde non oportet intelligi,illam eſſe conditionem, quaſi affirmatiuam,*ſi dixerit*,ſed negatiuam, *ſi non intermiſerit*,vt dixit Pius V.vtique culpabiliter,ſeu voluntarie, hoc enim eſt proprie omittere, & hoc non obſcure colligitur ex verbis Concilij Lateranenſis, ſic enim ait, *ſi officium diuinum non dixerit, legitimo impedimento ceſſante*, ſed naturalis obliuio, vel ignorantia inuincibilis legitimum impedimentum cenſeri poteſt,& infra ait. *eos tamquam iniuſte perceptos*, ergo ad reſtitutionem requirit titulum iniuſtæ acceptionis, denique addit. *ſi vltra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit*, vbi particula *ſimili*, ſupponit,oportere omiſſionem eſſe ex negligentia culpabili,ergo vbi non interuenit culpa,non incurritur hæc pœna,quare ille, qui non dixit officium,quia neſciebat legere, vel carebat Breuiario, nihil tenetur reſtituere, quia licet peccauerit, acceptando beneficium, vel proijciendo in mare Breuiarium, non tamen peccat omittendo officium, durante impotentia recitandi, ita Nauarrus cap.22.de oratione num.68. verſ. quibus præſuppoſitis.fin.P.Azorius par.1.lib.10.cap.14.quæſt.7.ait.*profecto eſt opinio hæc valde probabilis, & viris pijs,ac doctis non paucis placet*, & in fine addit,hanc ſententiam ſibi placere,eã ſequitur P. Suarius tom.2. de religione lib.4.de horis canonicis cap.30.num.17.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.34.dubit. 32.num.181.verſ.quinto,& num.183. verſ. ſecundo P. Sanch. tom.1.conſil.moralium lib.2.cap.2.dub.86.concluſ.1. P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.10.queſt.8.dicto 2.num. 323.Naldus verbo officium num.15.Garzia tom.1.de beneficijs par. 3.cap.1.num.26.Paulus Squillas par.1.dub. 32. num.67.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt. 5. puncto 2.num. 4.Mihi prima ſententia videtur probabilis,cum ſit pars huius ſecundæ ſententiæ, nam de fructibus bona fide conſumptis, ex quibus non eſt factus ditior, dubium non eſt,quod nihil tenetur reſtituere, vt concedit etiam P. Suarius loco,citato ſed etiam de non conſumptis, mihi ſecunda videtur probabilior,& tuta in praxi.

Digitized by Google

DVBIVM XXII.

Cui reſtitutio ſit facienda?

1 RESpondeo, hoc aperte in ipſa lege ſtatutũ eſſe, illis verbis, *In fabricas huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneantur*, quæ verba, cum diſiunctiua ſint, relinquitur beneficiario libera electio, vt quam maluerit partem eligat. Quæres, an hæc reſtitutio eroganda ſit neceſſario in fabricas eccleſiarum, in quibus ſunt beneficia? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat, ratio eſt, quia illa verba, *in fabricas huiuſmodi beneficiorum*, perinde accipienda ſunt, ac ſi dictum eſſet in fabricas eccleſiarum talium beneficiorum; ita Rodriquez par. 1. ſum. cap. 146. concluſ. 3. Graffijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 51. num. 4. Cardinalis Toletus lib. 2 cap. 13. num. 5. verſ. tertium dictum. P. Sanchez tom. 1. conſiliorum moralium lib. 2. cap. 2. dub. 87. concluſ. 1. Aragonia 2, 2. quæſt. 83. art. 13. in medio verſ. ſolet à quibuſdam dubitari.

2 Secunda ſententia negat, ratio eſt, quia neque in decreto Concilij Lateranenſis, neque in conſtitutione Pij V. habetur illa particula *eccleſiarum*, & ideo non eſt addenda, quia ſine illa eſt latior conceſſio, ergo non eſt à nobis reſtringenda, nã poſſet ædificari domus, pro beneficiario, vel pro fructibus beneficij colligendis, & ſimilia, quæ ſub fabricis beneficiorum comprehenduntur, etiam ſi proprie non ſint fabricæ eccleſiarum, ita Nauarrus cap. 7. de oratione num. 33. & in manuali cap. 25. num. 122. verſ. nota ſecnndo, vbi ait, *quod prædicta reſtitutio non eſt neceſſario facienda fabricis eccleſiarum, vbi ſunt beneficia*. P. Azorius par. 1, lib. 10. cap. 14. quæſt. 10. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 30. num. 20. vbi addit, ex prædicta reſtitutione non poſſe alia templa, vel eccleſias ædificari, aut reſtaurari, quia reſtricta eſt ad ipſa beneficia. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 9. dicto 1. num. 324. Bonacina tom. 1. tractat. de officio diſp. 1. quæſt. 5. puncto 4. num. num. 2. Diana par. 12. tract. 2. de horis canon. reſolutione 27. hæc ſententia mihi videtur probabilior, & vera, cum ſit conformior verbis decreti.

3 Quæres, an id, quod dicitur de eleemoſynis pauperum, reſtrin-

ſtringendum ſit ad pauperes illarum eccleſiarum, vbi ſunt beneficia? Reſpondeo negatiue, nam ibi intelliguntur pauperes abſolute cuiuſcũque eccleſiæ, vel loci ſint, quia nihil eſt, quod obſtet, & eſt fauorabilior ſenſus, & ſatis conſentaneus charitati chriſtianæ, quæ ad omnes pauperes, maxime fideles extenditur. ita P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 30. num. 21. Vnde ſi prædictus beneficiarius ſit pauper, poſſet ſibi, cum conſilio Confeſſarij illos fructus, vel partem eorum applicare, quia illa eſt eleemoſyna, quam non tam ipſe ſibi, quam Pontifex per eum ipſimet facit, eadem ratione extendi hoc poteſt ad pauperes conſanguineos, ſed in hoc eſt maxime neceſſarium prudentis Confeſſarij, vel viri docti iudicium. ita Nauarrus cap. 7. de oratione num. 34. verſ. tertio id, & in manuali cap. 25. num. 123. verſ. nota 3. Graffijs par. 1. deciſion. lib. 2. cap. 51. num. 4. Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 13. verſ. ſolet à quibuſdam. Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 146. concluſ. 3. Cardin. Toletus lib. 2. cap. 12. verſ. tertium dictum P. Leſsius lib. 2. de iuſtitia cap. 34. dubit. 32. num. 177. P. Sanchez tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 87. num, 3. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 9. dicto 2. num. 325. & dicto 3. num. 326. Fernandez in exam. Theolog. par, 3, cap. 12. §. 8. num. 3. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 5. puncto 4. num. 3. & 8. Diana par. 2. tract. 12. de horis canon. reſolut. 27. Aduertunt bene Cardinalis Toletus, & Graffijs locis citatis, poſſe iudicio Confeſſarij applicari reſtitutionem ipſi beneficiario, ſi pauper ſit, dummodo ex hoc non ſumat occaſionem iterum non recitandi officium.

4 Quæres, an id, quod dicitur de pauperum eleemoſynis, poſſit extendi ad alios pios vſus? Ad hoc dubium reſpondet P. Suarius tom. 2 de religione lib. 4. de horis canon. cap. 30. nu. 19. ſatis latam poſſe habere interpretationem, nam ſi beneficiarius ſit pauper ſacerdos, poſſunt illi dari eleemoſynæ, cum onere celebrandi aliquas miſſas in ſatisfactionẽ offenſæ Deo factæ ab ipſo, in non recitando diuinum officium, vel pro illis, qui fructus beneficij perſoluerunt. Præterea ſi dictæ eleemoſinæ fieri poſſunt pauperibus viuis, poſſunt etiam fieri pauperibus defunctis, dando eleemoſynas, vt ſuffragia, & ſacrificia, pro ipſis fiant. Denique num. 21. addit optimum eſſe conſilium, vt illi, qui hac reſtituendi obligatione onerati ſunt, largas faciant eleemoſynas, vbi reſident, etiamſi beneficium

cium

Digitized by Google

cium alibi exiſtat,& quaſcumque fecerint, ſiue ordinarias,ſiue extraordinarias,intuitu reſtitutionis eas faciant,ſic enim reſtitutio facilior,& certior erit,& omnes eleemoſynas,quas ex fructibus beneficij fecit toto illo tempore, in quo non recitauit,poterit,vt iam reſtitutas,computare , quia numquam illos fructus fecit ſuos, eos tradidit , quibus tradendi erant; eamdem ſententiam ſequuntur P.Filliucius tom.2. tract.23. cap.10.quæſt.9.dicto 2.num.325. Bonacina tom.1.tract. de officio diſp.1.quæſt.5.puncto 4.num.4.Diana par. 2.tract.12. de hor.can.reſolutione 27.§. vltimo.

5 Quæres,an facienda ſit prædicta reſtitutio in fabricas beneficiorum,vel pauperum eleemoſynas , quando ex ſtatuto,vel conſuetudine approbata diſtributiones quotidianæ, quas omittit , qui non recitat diuinum officium accreſcunt alijs Canonicis eiuſdem eccleſiæ,iuxta cap.1. de clericis non reſidentibus in 6. & quando de parte, quam Groſſam vocant, Canonicatuum idem fuerit ſtatutum? Reſpondeo,circa hoc dubium duas eſſe ſententias.Prima affirmat prædictas diſtributiones quotidianas,& Groſſas Canonicatuum.quas Canonici, alias choro intereſſentes,amittunt,ob non recitationem diuini officij , reſtituendas eſſe in fabricas beneficiorum,vel pauperum eleemoſynas,iuxta decretum Concilij Lateranenſis,& Conſtitutionem Pij V.& non alijs Canonicis,ſeu menſæ capitulari. Ratio eſt, quia licet diſtributiones, & Groſſa amiſſa,ab aliquo Canonico,ſoleant alijs accreſcere,vel remanere in menſa, non tamen idem dicendum eſt de amiſſis,ob non recitationem diuini officij,ab illis,qui alias lucrifacerēt ob præſentiam in choro, in quo interfuerunt, cum de ipſis prædictæ conſtitutiones expreſſe ſtatuant,erogandas eſſe in fabricas beneficiorum,vel pauperum eleemoſynas,ergo illis erunt reſtituendæ, & non alijs. Hanc ſententiam docet Garzia tom.1.de beneficijs par.3.cap.1. num. 25. & 26. vbi pro hac ſententia refert Torre , de religione tract. de horis canon. controuerſia 10.diſp.6.circa finem. P. Henriquez lib. 7.de Indulgentijs cap.36.num.3.commento littera V.quem refert, & ſequitur P.Sanchez tom.1.conſiliorum moralium lib.2. ca. 2.dub.88.concluſ.2.num.7.vbi ait. Quando Canonicus amittit alios fructus principales , quos vocant Groſſam reſtituere debet fabricæ eccleſiæ,vel pauperibus,ſi eos amittit eo, quod non recitat horas.

6 Se-

Digitized by Google

6 Secunda ſententia communis, & vera negat, huiuſmodi reſtitutiones faciendas eſſe fabricis, vel pauperibus, ſed Canonicis, vel alijs clericis eiuſdem eccleſiæ, iuxta eorum ſtatuta, & conſuetudines, & idem dicunt, quando ex peculiari ſtatuto fructus male percepti applicati ſunt certis operibus pijs, tunc enim illis facienda eſt reſtitutio. Ratio eſt, quia nec Concilium Lateranenſe, nec Pius V. prohibent ſimilia ſtatuta, vel Conſuetudines, neque circa hoc habent aliqua verba derogatoria, neque principalis intentio illius conſtitutionis fuit diſponere de his, quibus facienda eſt reſtitutio, vel reſpicere ad illorum vtilitatem, ſed ſolum fuit, vt reſtitutio fiat, cum effectu, determinat autem, cui facienda ſit, quando id alias eſſet indeterminatum, & ſine præiudicio alterius, cui alia ratione illud accreſceret; Accedit decretum Bonifacij VIII. in cap. Conſuetdinem de clericis non reſidentibus lib. 6. vbi ſic ait. *Statuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianæ, in quibuſcumque rebus conſiſtant, Canonicis, ac alijs beneficiarijs, & clericis eccleſiarum ipſarum, qui eiſdem officijs in ipſis eccleſiis affuerint, tribuantur, iuxta eccleſiæ cuiuslibet ordinationem rationabilem, iam factam, ſeu etiam faciendam, qui vero aliter de diſtributionibus ipſis quicquam receperit, &c. rerum ſic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas ſuas, imo ad omnium reſtitutionem, quæ contra huiuſmodi Conſtitutionem receperit, teneatur.* quod decretum confirmauit Concilium Trid. ſeſſ. 24. ca. 12. de reformatione his verbis. *Diſtributiones Canonici, qui ſtatis horis interfuerint, recipiant, reliqui quauis colluſione, aut remiſſione excluſa his careant, iuxta Bonifacij VIII. decretum, quod incipit conſuetudinem, quod ſancta ſynodus in vſum reuocat.* Ex quibus manifeſte apparet diſtributiones, quas Canonicus amittit, cœteris accreſcere. Hanc ſententiam docet Nauarrus cap. 7. de oratione num. 34. & 35. & in Manuali ca. 25. num. 123. & conſilio 20. num. 2. & 3. de celebratione miſſarum Petrus Nauarra lib. 2. de reſtitut. cap. 2. num. 222. Petrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 13. verſ. ſolet à quibuſdam, Coſmus Philiarchus par. 1. de officio ſacerdotis cap. 12. Ludouicus Lopez tom. 1. Inſtruct. conſcientiæ cap. 245. & tom. 2. cap 105. Graſſijs par. 1. deciſ. lib. 2. cap. 51. num. 12. & 13. Rodriquez par. 1. ſumm. cap. 146. concluſ. 3. Vgolinus de officio Epiſcopi cap. 13. §. 1. num. 4. fin. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. dicto 3. P. Emanuel Sà verbo beneficium num. 52. P. Azorius.

Digitized by Google

rius. par.1.lib.10.cap.14.quæſt.11.P.Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap.36.num.3. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap.34. dubitat.32.num.177.P.Suarius tom.2. de religione lib.4. de horis canonicis cap.30.num.18.P.Filliucius tom.2.tract. 23. cap.10.quæſt.9.dicto 1.num.324.Bonacina tom.1. tract. de officio diſp.1.quæſt.5.puncto 4.num.9.

7 Quæres, cui debeat penſionis fructus reſtituere penſionarius,qui officium paruum Beatæ Virginis non recitauit? Reſpondeo hoc expreſſe definitum fuiſſe à Pio V. in ſua conſtitutione in qua ſic ait,penſionarium non recitantem officium paruum Beatæ Mariæ Virginis modo prædicto penſionum fructuum amiſſioni eſſe obnoxium. Modus autem prædictus erat, vt non recitans, non faciat fructus ſuos,ſed in fabricas,vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur, ergo eadem diſpoſitio procedit in fructibus penſionum. Vnde non debentur beneficiario, ac proinde non poſſunt illi reddi,neque apud ipſum relinqui, neque ipſe poteſt fructus illos denegare,vt ſibi retineat,quia omiſſio officij penſionarij, non illi contulit nouum ius,ſed in fabricas,vel pauperum eleemoſynas,virtute prædictæ conſtitutionis, translatum eſt. ita Graſſijs par.1.deciſ.lib.2.cap.51.num.5. Garzia tom. 1. de beneficijs par.3.cap.1.num.3.P.Azorius par.1.lib.10. cap.14. quæſt.12.P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canon. cap.30.num.22.Nauarrus cap.7. de oratione num. 25. dicto 18.P.Sanchez tom.1.conſil.moral.lib.2.cap. 2. dub.63. concluſione 2.num.4.P.Filliucius tom.2.tract. 23.cap. 10. quæſt. 10.num.327.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1. quæſt.5. puncto 2.num.21. & puncto 4.num.5.& 6.

8 Quæres,an beneficiarius teneatur fructus beneficij reſtituere,qui dum eſſet in peccato mortali, diuinum recitauit officium? Reſpondeo,circa hoc, duas eſſe ſententias. Prima affirmat,ratio ipſius eſt,quia non implet præceptum,nam eius oratio, non eſt fructuoſa eccleſiæ. Hanc ſententiam docet Angelus verbo clericus.8.quæſt.5.vbi ait,*ſi peccatum eſt notorium,ego habeo pro indubitato, quod tenetur reſtituere,* quia clericus publicus peccator eſt ſuſpenſus, vt docet Antonius Butrius in cap. veſtra de cohabitatione clericorum,& mulierum, ſed ſuſpenſus ab officio fructus non facit ſuos,ergo. *De occulto vero peccatore credo,quod non tenetur, quamuis tutius eſſet,reſtituere.*

9 Secunda ſententia, negat prædictum, ad reſtitutionem teneri, quia quamuis ſit in peccato mortali, tamen implet præceptum eccleſiaſticum, ſub quo non cadit, vt oratio ſit ſatiſfactoria, vt eſt opus operantis, quoad Impetrationem vero, ſemper poterit eſſe impetratoria præſertim in perſona eccleſiæ, & falſum eſt, omnem clericum notorium peccatorem, eſſe ſuſpenſum; nam in dicto canone, eſt ſermo de fornicatione, non de alijs criminibus, hanc ſententiam docet, ſumma Roſella verb. clericus 3. num. 3. quam ſequitur Sylu. ibi clericus 4. num. num. 17. quæſt. 24. Nauarrus cap. 7. de oratione, num. 35. & in Manuali cap. 25. num. 123. in quibus locis hoc probat, quia Concilium Lateranenſe, non obligat ad reſtitutionem beneficiarium, qui primis ſex menſibus non recitat officium, & tamen certum eſt, illum peccare mortaliter, vt expreſſe definiuit Pius V. in ſua Conſtitutione, quod peccatum poteſt eſſe notorium, ſi notorie omittit, eandem ſententiam ſequuntur P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 14. quæſt. 13. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 30. num. 16. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 10. num. 43. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 10. quæſt. 8. num. 322. Naldus in ſumma verbo officium num. 17. Bonacina to. 1. tractat. de officio diſput. 1. quæſt. 5. puncto 2. num. 18. & hæc ſententia eſt vera.

10 Quæres, an ille, qui recitat diuinum officum ob finem mortaliter malum, v. g. vt aliquem alliciat ad peccandum, vel decipiat in re graui, ſatisfaciat præcepto? Reſpondeo affirmatiue, quoad ſubſtantiam, ac proinde, non teneri ad reſtitutionem fructuum, ſi ſit beneficiarius, Ratio eſt, quia talis vere orat, nec finis prauus tollit ſubſtantiam operis, & ad implendum præceptum, ſatis eſt facere actum præceptum, ſaltem, quoad ſubſtantiam eius, ita expreſſe docet Nauarrus cap. 20. de oratione num. 29. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 3. de oratione vocali cap. 3. num. 5. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 3. quæſt. 2. num. 71. verſ. ſequitur ſecundo Naldus in ſumma verbo officium diuinum num. 17. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 2. puncto 3. num. 7.

11 Quæres, an peccent mortaliter illi, qui publice in choro recitant diuinum officium, ſi ſint in peccato mortali? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima docet, illos tantum peccare mortaliter, qui capitulum, & collectam pronunciant

in cho-

in choro in peccato mortali,ratio eſt,quia id facit tamquam presbyter, quia hic eſt actus proprius Ordinis ſacerdotalis, ita expreſſe docet Nauarrus de oratione num.41.

12 Secunda ſententia docet, non eſſe peccatum mortale, hos actus exercere in peccato mortali,ratio, quia hæc non ſunt ſacramenta, nec proprij actus ordinis ſacri, licet ſint ab eccleſia ſolis ſacerdotibus appropriati,ita Medina Codice de oratione quæſt.de modis, quibus oratio deprauari ſolet Ledeſma 2.par.4.quæſtion.16.art.13. Antonius Corduba lib.1. quæſt.Theolog.quæſt.50.puncto 3.verſ. ad rationes Ludouicus Lopez in Inſtruct.conſcientiæ par.2. cap.10. P. Emanuel *Sà* verbo horæ num. 19. P.*S*anchez tom.2.conſiliorum moralium libro 7. cap. 2. dubio 10.num. 2.& hæc ſententia eſt probabilior.

13 Quæres, an qui ex præcepto eccleſiæ tenentur diuinum officium recitare, peccent,ſi in peccato mortali illud recitent, quando priuatim recitant? Reſpondeo circa hoc dubium tres eſſe ſententias. Prima docet prædictum peccare. Ratio ipſius eſt, quia quiſquis in peccato mortali exercet actum ordinis, peccat, ſed hic eſt huiuſmodi; ergo. ita Adrianus quodlibeto 8.littera B.ſed littera P.dicit ſatisfacere præcepto.

14 Secunda ſententia docet,prædictum non peccare, quia hic non eſt actus proprius Ordinis,ſed tunc peccaret,ſi actu peccans,vel actuale propoſitum peccandi habens,officium recitaret,ratio eſt, quia magnam Deo irreuerentiam facit,qui ab eo gratiam petit,& actu eum offendit,vel offendere intendit, ita Medina Codice de oratione quæſt. de modis,quibus oratio deprauari ſolet,Ledeſma 2.par.4. quæſt. 16. art. 13. Corduba lib.1.quæſt.Theolog.quæſt.50. puncto 3. & 4. in 2. opinione, vbi ait, ſaltem peccare venialiter.

15 Tertia ſententia docet,non peccare illum,qui diuinum officium etiam ex præcepto recitat in peccato mortali, cũ actuali propoſito peccandi mortaliter,ſicut opus moraliter bonũ, vt ieiunare,ſtat cum actuali propoſito peccandi, ita Nauarr. cap.6.de oratione num.41.verſ.non autem procedit,& num. 42.fin.& cap.20.num.12.& 25.P.*S*anchez tom.2 conſiliorũ Moralium lib.7.cap.2.dub.9.num.3. vbi ait, *hæc ſententia eſt verior*,& reuera hæc ſententia eſt vera,tum quia ſolum actus ordinis exercere in peccato mortali, eſt peccatum mortale,

rum etiam, quia voluntas peccandi non repugnat voluntati recitandi officium, & laudandi Deum.

DVBIVM XXIII.

An Religioſi, & Moniales in Religione approbata teneantur, ad diuinum officium recitandum, & quo iure?

1 RESpondeo, communem eſſe doctorum ſententiam, omnes Regulares in Religone à ſede Apoſtolica approbatos, profeſſos, & ad chorum in ea deputatos, etiam ſi non ſint ſacris ordinibus initiati, teneri ad diuinum officium recitandum; idemque dicunt de Monialibus profeſſis, & ad chorum deputatis, ita Paludanus 4.diſt.15.quæſt.5.art.1.*S*anctus Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.1.Angelus verbo, hora num. 3.*S*ylu.ibi quæſt.2. dicto 6. Tabiena num. 5. Caietanus §.1. Armilla num.4.*S*otus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.3.Nauarrus cap.7.de oratione num.2.& 4.dicto 2.& 5.& Manuali ca. 25.num.97.Viguerius cap.5.§.5.verſ.4. Aragonia 2.2. quæſt. 83.art.12.dub.4.concluſ.1.& 2.Rodriquez par.1. ſumm.cap. 131.concluſ.10.& tom.1.quæſtion.regular.quæſt.42. art 20. Graſſijs par.1.deciſ.lib.2.cap.50.num. 6. Stephanus Durant. lib.3.de ritibus eccleſ.cap.22.num.5.& 5. Ludouicus Miranda tom.1.Manualis Prælatorum Regularium quæſt.37.art.7. coclu ſ.3.Barthol.Medina in Inſtruct.cap.14.§.11.Cardinalis Toletus lib.2.cap.12.verſ.tertium genus, ibi Victorellus, Cardinalis Bellarminus tom. 4. controuerſiarum lib. 1. de bonis operibus cap.19.P.Emanuel *S*à in, verbo, horæ num.1.P.Ioãnes Azorius par.1.lib.10.cap.6.quæſt.1.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.9.num.49.P.Gregorius de Valentia tom. 3.in 2.2.diſp.6.quæſt.2.puncto 10. §. quinam teneantur.concluſ.3.P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.17.num.2.P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap.4. §.1. art. 1.dub.11.num.44.P.Reginaldus lib.18.cap. 11.ſect. 1. num. 135.ſect.2.num.140.P.*S*anchez tom.2.conſil.moral.lib. 7.ca. 2.dub 3.num.5.& 6.P.Layman tom.2.Theolog. moralis lib. 4.tract.1.cap.4. num.2. P.Filliucius tom. 2.tract.23.cap.5. quæſt.2.dicto 1.num.150. Corradus in reſponſ. caſuum conſciẽtiæ par.2.quæſt.240.Bellochius in praxi de caſibus reſeruatis par.2.quæſt.15.num.8.Macignus tract. de horis canon.

cap.

cap. 13. num. 23. Malderus 2. 2. tract. 10. cap: 2. dub. 3. Ioann. Bellacrux in director. conſcient. par. 3. præcepto 3. art. 3. dub. 4. concluſ. 1. Gauantus in oomment. in rubricas Miſſalis to. 2. ſect. 1. cap. 4. num. num. 10. Portellus in dubijs verbo, horæ canon. num. 3. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 2, puncto 2. num. 1. Diana par. 2. tract. 12. de horis canonicis reſolutione 17.

2 Quæres, quo iure teneantur Regulares, prædicti ad diuinum officium recitandum? Reſpondeo, circa hoc dubium tres eſſe ſententias. Prima docet eos obligari iure diuino naturali, pertinente ad diuinum cultum, & religionem, quia ſicut clerici, ratione ordinis ſacri tenentur diuinum officium recitare, ita Regulares, & Moniales ad chorum deputati, ratione professionis ad diuinum cultum peculiariter dedicati, tenentur ad diuinũ officium recitãdum, ratio eſt, quia religiones, præſertim ad vitam contemplatiuam inſtitutæ, approbantur ab eccleſia, vt ipſarum profeſſi, non ſolum orent pro ſe ipſis, ſed etiam, pro tota eccleſia, & non quocunque modo, ſed tãquam fideles eius Miniſtri; Orationes autem Miniſtrorum eccleſiæ ab ea inſtitutæ ſunt ſeptem horæ canonicæ, ergo iure diuino, ratione profeſſionis ad eas recitandas, tenentur, ita S. Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 1. Ang. verb. hora num. 3. fin., Tabiena num. 5. Nauarrus cap. 7. de oratione dicto 5. num. 4. Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 141. concluſ. 10. & tom. 1. quæſtion. Regular. quæſt. 42. art. 20. Cardinalis Bellarmin. tom. 4. controuerſ. lib. 1. de bonis operibus cap. 19. ſed fundamentum huius ſententiæ non eſt ſufficiens, quia cultus Dei latiſſime patet, & multis alijs modis poteſt exhiberi præſertim oratione mentali, nec ex vi profeſſionis in religione ad vitam contemplatiuam ordinata, & ab eccleſia approbata ſequitur obligatio recitandi horas canonicas, quia profeſſio per ſe non ordinatur, ad hoc miniſterium, ſed ad obſeruantiam trium votorum, & quamuis religioſus profiteatur viuere, ſecundum Regulam, non tamen imponit ſibi neceſſariam obligationem ad determinatas actiones cultus diuini, quatenus illas expreſſe vouet, vel in Regula ſtricte præcipiuntnr, ſed hæc actio recitandi horas canonicas, nec expreſſe vouetur, nec in Regula ſpecialiter præcipitur, & in multis Religionibus non continetur in Regula, tales ſunt illæ Religiones, quæ non ſunt deputatæ ad chorũ, vt ſunt Militares, quia, vt be-

vt bene docet Nauarrus cap.7.de oratione num.22.non profitentur ad chorum, ſed ad bellum,& prælium, & aliæ, quæ ordinatæ ſunt ad actiones ſpirituales, ſcilicet ad contemplationem,extra chorum,vel ad ſtudia litterarum, pro ſalute proximorum, qualis eſt Religio Societatis Ieſu.

3 Secunda ſententia docet regulares obligari ad horas canonicas recitandas ex naturali lege iuſtitiæ, reſpectu populi chriſtiani,quia vt miniſtri eccleſiæ de bonis ipſius, & fideliũ eleemoſynis ſuſtentantur, quare ſunt veluti beneficia eccleſiaſtica poſſidentes,& ideo,qui deputantur ad chorum,inſtituuntur ab eccleſia, vt ſint miniſtri eius ad orandum ſuo nomine pro ipſa,& pro populo, ita docet Paludanus in 4.diſt. 15.quæſt.5.art.1. concluſ. 4. Tabiena verbo horæ num.5.fin. ait,Magiſtrum Vincentium de Caſtro nouo Generalem ordinis prædicatorum in cap.1.conſtitut.ordinis, ſic ſtatuiſſe Sylu.ibi quæſt.2.dicto 6.idem docet,ſed re vera nec horum fundamentum, eſt ſufficiens ad hanc obligationem probandam,nam eleemoſinæ, quibus Regulares ſuſtentantur, non dantur cum hoc onere, ſed vt viuant,ſecundum eorum inſtitutum,nec aluntur per modum ſtipendij,quaſi ex pacto iuſtitiæ, ſed per modum eleemoſynæ, vel abſolutæ donationis, quod ſi aliqua Monaſterij fundatio ſit,cum hoc onere, tunc monaſterium tantum obligat,non ſingulos regulares. Dices ex hac obligatione ad chorum, quæ eſt in monaſterio, veluti in corpore religioſo,deriuari, tamquam ad membra ad ſingulos abſentes à choro obligationem recitandi priuatim, quia illa communis obligatio non poteſt executioni mandari,niſi per ſingulos,& ideo in his,qui abſunt,quaſi commutatur recitatio chori, in priuatam recitationem. Reſpondeo ad id ſufficere obligationem ſuperioris, qui id tenetur per ſuos ſubditos præſtare,ſubditi vero non tenentur, niſi,vel ex communi obligatione Regulæ, aut particulari præcepto ſuperioris.

4 Tertia ſententia docet, Regulares ad Clericatum,& chorũ deputatos teneri ad horas canonicas recitandas ex antiquiſſima,& vniuerſali conſuetudine,vbique recepta, & præſcripta,quæ vim legis habet,ita docet,Caietanus in ſumma verb. hora §.1.Armilla num.4.Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art. 3.verſus finem,Barthol.Medina lib.1.Inſtruct.ſacerd. cap.14. §.11.Ioannes Medina Codice de oratione quæſt.7.prope finẽ,

Ledeſ-

Digitized by Google

Ledeſma 2.par.4.quæſt.16.art.4.dub. 6. Ioſephus Angles floribus quæſt.Theolog.par. 1. tit. de horis canonicis fol.366. Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83.art.12. dub.4. concluſ. 1.& 2.Ludouicus Miranda tom.1. Manualis Prælat. Regularium quæſt.37.art.7.concluſ.3.fin. Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.12. verſ.tertium genus, Victorellus ibi P.Emanuel Sà verbo horæ num.1.P.Azorius lib.10.par.1.cap.6.queſt.2. P.Gregorius de Valentia tom.3.in 2.2.diſp.6. quæſt.2.punct. 10.§.quinam teneantur,concluſ.3. P.Suarius tom. 2. de religione lib.4. de horis canonicis cap. 17. num.6. P.Vaſquez opuſc. de beneficijs cap.4.§.1.art.1.dub.11.num.49.P.Leſſius lib.2. de iuſtitia cap.37. dubit.9.num.49.P.Sanchez tom.2. conſiliorum moral.lib.7.cap. 2. dub.3. concluſ. 2. num.6.P. Reginaldus lib. 18.cap.11.ſect.2.num.140.P. Layman tom.2. lib.4.tract.1.cap.4.num.2.P.Filliucius tom.2.tract.23. cap.5. quæſt.2.dicto 3.nnm.151.

5 Ad Dubium igitur Reſpondeo, & dico primo Regulares profeſſos,ad chorum deputatos,quos choriſtas vocant,teneri ſub peccato mortali ad horas canonicas recitandas,non ratione profeſſionis,nec naturalis legis iuſtitiæ, ſed tantum ratione conſuetudinis receptiſſimæ, quæ vim legis habet obligantis ad peccatum mortale, hanc concluſionem expreſſe docent omnes doctores tertiæ ſententiæ. Ratio eſt, quia hæc vniuerſalis conſuetudo acceptata eſt ab omnibus Religionibus, tamquam neceſſaria ad debitum implendum in ſtatu Religioſo,& introducta eſt, ad inſtar præcepti clericorum, ergo inducit æqualem obligationem in Regularibns profeſſis,ad chorum deputatis, ſicut eſt in clericis ſacris ordinibus initiatis. Confirmatur, quia viri docti, & timorati communiter, ſic iudicant, & damnant contrarium facientes.

6 Quæres,an prædicta conſuetudo ſit ita rigoroſa, vt ſemper obliget, ſub peccato mortali? Reſpondeo aliquos doctores videri dubitare,an profeſſus, vel profeſſa ad chorum peccet mortaliter,ſi horas omittat,nam Caietanus in ſumma verbo horæ §.1.ait. *Dicuntur obligati Religioſi profeſſi, & certe,niſi conſuetudo illos obliget, (de qua nihil ſcio) non tenentur ex profeſſione*,eum ſequitur Armilla verbo horæ num.4.Ioannes Medina Codice de oratioue quæſt.7.prope finem,vbi ait.*Monachos non teneri ex vi profeſſionis, ſed vel ratione Regulæ,ſi*

hoc

hoc præcipiat, vel ratione Conſuetudinis, ſi in Religione talis ſit, in quo videtur de conſuetudine dubitare, Palacios 4. diſt. 15 diſp. 9. fol. 147. dicit, rem hanc non eſſe adeo exploratã, quia ſi tenentur ratione Regulæ, ſæpe ſtatuta Regulæ ad nullam, vel venialem ſolam culpam obligant; ſi vero, ratione conſuetudinis, non conſtat, qualiter hæc conſuetudo apud eos intelligatur obligare. Ledeſma 2. par. 4. quæſt. 16. art. 4. dub. 6. dubitatiue loquitur de hac conſuetudine. Caſtro lib. 1. de lege pœnali cap. 8. argum. 2. dicit Moniales ſanctæ Claræ non teneri ſub mortali ad recitandum horas, quia ad id eas non obligat Regula, quibus verbis videtur innuere Religioſos non teneri ad horas, niſi in quantum, & ſub ea culpa, ad quã Regula obligat. Petrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dubio 4. concluſ. 3. ait, *Monachus choriſta, qui ſacris non eſt initiatus, ſemel, aut iterum non dicens officium diuinum, non peccat mortaliter*, & poſt pauca affert rationem, quia hæc conſuetudo ortum habuit à præcepto Religionum, & ideo non magis obligat, quam ipſum præceptum, qnod nec ad mortale, nec forte ad veniale obligat.

7 Dico ſecundo, prædictam conſuetudinem rigoroſam eſſe, & obligare ſub mortali, ſicut obligat conſuetudo clericorum in ſacris, hæc eſt communis ſententia doctorum, quos ſupra citaui in 3. ſententia, idem docet *S*ylu. verbo hora quæſt. 2. num. 3. dicto 6. Nauarrus cap. 7. de oratione num. 5. P. *S*uar. tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 17. num. 6. *P.* Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. num. 49. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 3. concluſ. 2. imo eſt ipſiuſmet Aragonij 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dubio 4. concluſione 4. vbi ait. *Monachus choriſta, qui per magnum temporis ſpatium horas canonicas non recitaret, aut per negligentiã crebro illas relinqueret, hunc ego non auderem excuſare à peccato mortali*. ergo ſecundum ipſum, hæc conſuetudo æquiualet præcepto recitandi horas canonicas, quod habent clerici, ac proinde non ſolum peccant Religioſi, qui crebrò illas omittunt, ſed etiam, qui ſemel, aut bis, quia hæc eſt materia grauis reſpectu clerici in ſacris.

8 An Moniales eadem conſuetudine teneantur ad diuinum officium recitandum? Reſpondeo omnes Moniales profeſſas, ad chorum deputatas teneri, ſub peccato mortali, ratione conſuetudinis ad diuinum recitandum officium, eadem ratione,

Digitized by Google

tione, qua Religioſi, ita Turrecremata diſt.91.§.1.art.10. Tabiena verbo hora num.8. Armilla num.5. Sotus lib.10. de iuſtitia quæſt.5.art.3. circa finem Nauarr. cap. 7. de oratione num.21. dicto 14. & cap.21. num.19. & in Manuali cap.25. nu. 92. Metina lib.1. Inſtruct. cap.14. §.11. Graffijs par.1. deciſion. lib.2. cap 50. num.6. Rodriquez tom.1. quæſt. Regular. quæſt. 42. art.20. Sandoual lib. de officio canonico par.5. cap.5. Stephanus Durant. lib.3. de ritibus eccleſ. cathol. cap.22. num.6. Cardinalis Toletus lib.2. cap. 12. §. quartum genus P. Emanuel Sà verbo horæ num.1. P. Ioannes Azorius par. 1. lib.10. cap.6. queſt.1. P. Suarius tom.2. de religione lib.4. de horis canonicis cap.17 num.2. fin· P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit.9. num.49. P. Sanchez tom.2. conſil. moral. lib.7. cap. 2. dub.3. conciuſ.3. num.12. P. Filliucius tom.2. tract.23. cap. 5. quæſt.2. dicto 2. num.150. Bonacina tom.1. tract. de officio diſp.1. quæſt.2. puncto 2. num.5.

9 Quæres, an Religioſi profeſſi, qui Conuerſi dicũtur, & Moniales profeſſæ, non ad chorum, ſed ad exercitia corporalia monaſterij, quæ etiam dicuntur Conuerſæ, teneantur diuinũ officium recitare? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat, ratio ipſius eſt, quia viuunt de eleemoſynis, ſicut, & reliqui profeſſi, ita docuit Auguſtinus de Ancona in ſumma de poteſtate eccleſiæ, quem refert, & ſequi videtur S. Antoninus 3. par. tit.13. cap.4. §.1. fin. Tabiena ver. horæ num.7 & nu.8. vbi idem dicit de Conuerſis Monialiũ. Viguerius cap.5. §.5. verſ.4. Iacobus à Graffijs par.1. deciſion. lib.2. cap.50. num.7.

10 Secunda ſententia communis, & vera negat prædictos Conuerſos, & Conuerſas ad id teneri. Ratio eſt, quia profeſſi, & profeſſæ ad chorum deputati, non tenentur iure naturali, aut diuino, nec ratione profeſſionis ad diuinum officium recitandum, ſed ſolum vniuerſali conſuetudine vſu recepta, vt ſupra num.5. probatum eſt; At huiuſmodi conſuetudine prædicti conuerſi, & conuerſæ hoc onere liberantur, ergo nulla ratione tenentur; Quod vero obijciunt prædictos teneri benefactoribus recompenſare, nil obeſt, nam, vt bene docet Syl. infra citandus, id per alias orationes fieri poteſt, & per ſeruitium exhibitum clericis recompenſantibus, quare ad illas tantum orationes obligantur, ad quas tenentur ex Regula ſolum, iuxta modum Regulæ, ſicut, & ad alia præcepta Regu-

læ,quæ ſi alias non obligat ad culpam, neque etiam in hoc obligabit,niſi ſpecialiter id exprimat;vnde *S*otus lib. 10.de iuſtitia quæſt.5.art.3.fin.dicit in ordine prædicatorum non obligari ad culpam,niſi ſit cõtemptus, & idem de Conuerſis in ordine S.Auguſtini dicit Aragonia loco infra citando,ſed ſolum ad pœnam arbitrio Prælati, ita ſtatuit Magiſter Vincentius Bandel Generalis Ordinis prædicatorum in Conſtitutionibus in capite de Conuerſis,quia recipiuntur ad opera ſeruilia,vt referunt. Tabiena verbo,horæ.quæſt.6. num.7.& Armilla ibi num. 4. Hanc ſententiam videtur ſequi Paludanus in 4.diſt.15. quæſt. 5. art.1.concluſ.4.fin.vbi ait, *Conuerſi ad officium diuinum obligantur,ſecundum modum,ſibi taxatum, non ad horas canonicas,quæ ſunt tantum clericorum*, expreſſe eam docet,Syl.verb.horæ quæſt.2. dicto 7. Caietanus ibi §.1. Armilla num.4.*S*otus loco citato art.3.fin. Nauarrus cap.7. de oratione num.21.dicto 14. & num.23.dicto 16. & cap.21. num.20.& in Manuali cap.25.nu. 97. Stephanus Durant. lib. 3.de ritibus eccleſiæ cath.cap.22.num.5.Aragonia 2.2.quæſt. 83.art.12.dub.4.concluſ.2.Cardinalis Toletus lib. 2. cap.12. verſ.tertium genus,& Victorellus ibi,P.Valentia tom. 3. in 2.2.diſp.6.quæſt.2.puncto 10.§.quinam teneantur P. Azorius par.1.lib.10.cap.6.quæſt.4.P.*S*uarius tom.2.de religione lib. 4.de horis canonicis cap.17.num.2. P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art.1.dub.11.num.46.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.3. dub. 9. num. 49.P.Sanchez tom.2.conſil.moral. lib.7.cap.2.dub.3.concluſ.4. nu.13.P.Filliucius tom.2 tract. 23.cap.5.quæſt.2.dicto 2 num.150.

11 Prædictæ ſententiæ poſſunt conciliari, vt eas conciliat Tabiena loco citato,vt prima loquatur non de officio horarum canonicarum,quod recitatur in choro, ſed de illis Pater noſter,ſecudum Regulam,vel conſtitutiones Ordinis;ſecunda vero de horis canonicis,quæ recitantur in choro,& ita ſignificat Paludanus loco citato,ſed differunt, quia prima ſentẽtia putat,Conuerſos teneri ſub peccato mortali recitare illud officium aliquorum Pater noſter, & Aue Maria, quam ſententiam Iacobus à Graſſijs par.1.deciſion.lib.2.cap.50.nu. 7.dicit eſſe veriorem,& tutiorem, ſed ſecunda ſententia,docet prædictos Conuerſos non obligari ad culpam,nam vt bene docet Syluester loco citato, præceptum hoc obligans eos ſub peccato mortali ad illa recitanda, nullibi reperitur, nec

vllo

Digitized by Google

vllo iure cauetur; quare ſolum obligari ad pœnam arbitrio Prælati, vnde Magiſter Vincentius Generalis Ordinis prædicatorum, vt refert Tabiena loco citato, poſtquam dixit Conuerſos non teneri horas canonicas recitare, ſubiungit, ſed ſufficit dicere ſuos Pater noſter, & hæc ſecunda ſententia, eſt probabilior, & verior.

12 Quæres, an Nouitij ad diuinum officium recitãdum teneãtur? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima affirmat eos ad id teneri duplici ratione, prima, quia ſuſtentantur reditibus eccleſiaſticis, & eleemoſynis populi. ſecunda, quia gaudent priuilegio clericorum, & aliquibus priuilegijs religioſorum, ita docet Paludanus in 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 1. concluſ. 4. Turrecremata, diſt. 91. cap. qui autem. num. 13. Margarita confeſſor. fol. 162. videtur docere, eos teneri, ſub peccato veniali.

13 Secunda ſententia communis, & vera docet, Nouitios, ſi nõ ſint ſacris ordinibus initiati, nec habeant beneficium eccleſiaſticum nullo modo teneri ad diuinum officium recitandum, tum quia veri religioſi non ſunt, & in oneroſis, ſub ea voce non comprehenduntur, ſed communis doctorum ſententia docet, ſolum teneri profeſſos ad chorum deputatos, ergo non tenentur Nouitij, tum etiam, quia nulla lex, vel cõſuetudo eſt, quæ illos obliget, nec rationes pro prima ſententia allatæ ſunt ſufficientes ad talem obligationem inferendã, nam victus ex redditibus eccleſiaſticis, & eleemoſynis populi, & priuilegia illis conceduntur, quia ſunt in via ad profeſſionem, & voluntarie ſubijciuntur diſciplinæ religioſæ, & Clerici in minoribus gaudent priuilegijs clericorum, & tamen non tenentur officium diuinum recitare, hanc ſententiã ſequitur Sylu. verb. hora quæſt. 2. dicto 6. Tabiena ibi quæſt. 5. num 6. Armilla num. 4. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. fin. Nauarrus cap. 7. de oratione num. 23. dicto 16. & cap. 21. nu. 20. Stephanus Durant. lib. 3. de ritibus eccleſ. cathol. cap. 22. num. 5. Sandoual lib. de officio Canonico par. 5. cap. 5. Palacios 4. diſt. 15. diſp. 9. Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 4. concluſ. 2. Graffijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 50. num. 7. P. Emanuel Sà verbo horæ num. 1. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 12. verſ. tertium genus. P. Valentia 2. 2. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. quinam tenentur concluſ. 3. fin. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 6. quæſt. 3. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de

horis canonicis cap. 17. nu. 2. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. num. 49. P. Vaſquez opuſc de beneficijs cap. 4. §. 1. art 1. dub. 11. num. 46. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moral. lib. 7. cap. 2. dub. 6. num. 3. concluſ. 1. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 5. quæſt. 2. dicto 2. num. 150.

14 Quæres, an Nouitij teneantur ſaltem ad aliquos pſalmos, vel orationes recitandas. Sylu. verbo hora quæſt. 2. dicto 6. dicit, *quod tenentur ad aliquid indeterminatum, ſed non ad horas*; & in Roſa aurea tract. 3. quæ de impertinentibus caſu 19. dicit, de Nouitijs forte poſſet dici, teneri naturali iure ad orationes, & pſalmos, vel aliquid huiuſmodi, ſed non ad horas. At communis ſententia probabilius, & verius docet, ad nullas alias orationes, pluſquam laicos teneri, niſi de conſilio, & bene eſſe. Ratio eſt, quia nullum eſt ius ad prædictas orationes eos obligans, ita declarauit Magiſter Vincentius de Caſtronouo Generalis Ordinis prædicatorum in cap. 1. Conſtitution. Ordinis, quem refert, & ſequitur Tabiena verbo horæ quæſt. 4. num. 5. fin. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 11. num. 46. P. Sanch. tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 3 dub. 6. concluſ. 3. num. 5.

15 An Equites, qui vulgo Commendatores appellantur, teneãtur, ſub mortali peccato recitare illas orationes, quas loco horarum canonicarum præſcribit eorum regula, vt ſingulis diebus recitent? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima docet, eos teneri, ſub mortali illas recitare, ratio eſt, quia ſunt vere religioſi profeſſi, ita Iſla in Commento ſuper regula in Commendatorum Diui Iacobi cap. 6. initio, & prope finem dicit, teneri in illis recitandis ſeruare Interdictum. quia ſuccedunt loco horarum canonicarum.

16 Secunda ſententia docet, prædictos non obligari, ſub mortali ad recitandas illas orationes, quas ipſis eorum regula præſcribit; ratio eſt, quia conſuetudo vniuerſalis, qua religioſi obligantur ad recitandum diuinum officium, tantum obligat religioſos profeſſos, choro deputatos, hi vero licet ſint vere religioſi profeſſi, non tamen ad chorum, ſed tantum ad militiam deputantur, nec eorum regula ponit verba aliqua ad mortale obligantia, ita Nauarrus cap. 7. de oratione num. 22. vbi ait, *ex his colligi rationem, ob quam in Ordine Chriſti Sancti Iacobi, Sancti Ioannis, & alijs militaribus, aliqui religioſi obligantur ad horas canonicas, alij vero eiuſdem ordinis minime,*

Digitized by Google

me, quoniam aliqui profitentur ad chorum, alij vero ad bellum, & prælium, vel alia munia laicalia, & idem dicit num. 23. fin. Idem docet Palacios 4. diſt. 15. diſp. 9. fol. 147. P. Sanchez to. 2. conſiliorum moral. lib. 7. cap. 2. dub. 5. concluſ. 1. vbi ait, idẽ ſentire aliquos iuniores doctos, & in ſecunda concluſione ait, non teneri prædictos in illis orationibus ſeruare interdictum, quia tantum hoc eſt ſeruandum in officio diuino, ſecundum omnes. At hoc non eſt officium canonicum. hæc ſententia mihi videtur probabilior, quia prædicti tenentur recitare illas orationes ſolum ex regula, ſed regulæ religioſorum communiter non ſolent obligare ſub mortali.

17 Quæres, an idem dicendum ſit de commendatoribus *S*ancti Ioannis, qui ſunt vere religioſi, nam in profeſſione vouent tria vota ſubſtantialia religionis? Reſpondeo affirmatiue, Ratio eſt, quia non ad chorum, ſed ad militiam profitentur, & talis eſt inter eos conſuetudo, ita Nauarrus cap. 7. de orane num. 22. dicto 15. Metina lib. 1. Inſtruct. cap. 14. §. 11. Palacios 4. diſt. 15. diſp. 9. fol. 147. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium libro 7. cap. 2. dubio 3. num. 9. illatione 3.

18 Quæres, an fratres, & ſorores tertij Ordinis Sancti Franciſci, teneantur recitare horas canonicas? Reſpondeo, cum diſtinctione, nam ſi loquamur de illis, qui viuunt in Congregatione, & emittunt tria vota ſubſtantialia Religionis, tales ſunt fratres, qui Neapoli viuunt in Monaſterio Sanctæ Catherinæ, extra portam Chiaiæ, vt vocant, & Moniales Sanctiſſimæ Trinitatis, Sancti *F*ranciſci, *S*, Hieronymi, & aliorum Monaſteriorum: Certum eſt teneri, & de facto omnes in choro recitant horas canonicas; ratio eſt, quia ſunt veri Religioſi, vt patet ex duabus conſtitutionibus Pij V. quæ incipiunt, Ea eſt, Ita expreſſe docet Nauarrus cap. 7. de oratione num. 24. dicto 17. P. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 3. num. 10. *S*i vero loquamur de alijs, qui non viuunt in Congregatione, certum eſt, etiam eos non teneri, ratio eſt, quia eorum regula, non eſt proprie Religio, ſed modus quidam viuendi; ita Gloſſa communiter recepta in Clementina, Cum ex eo: de ſentẽtia excommunicat: libro 3. Tabiena verbo horæ dicto 8. num. 9. Caietanus ibi §. 1. fin. Nauarrus, & Sanchez locis citatis.

19 Quæres, an Eremitæ, Ieſuatæ, & ſimiles teneantur horas canonicas recitare. Tabiena verbo horæ quæſt. 8. num. 9. dicit tene-

teneri,ſi non poſſunt redire ad ſæculum, nec contrahere matrimonium, & habeant modum viuendi religioſum approbatum ab eccleſia,ſed Armilla verbo horæ num.5. dicit eos non teneri,licet habeant votum, & non poſſint redire ad ſæculum, niſi eſſet inter eos conſuetudo dicendi officium ex qua crederent,ſe eſſe obligatos, hanc ſententiam vt probabiliorem ſequitur Cardinalis Toletus in ſumma libro 2. cap. 12.num.7.verſ.tertium genus, Victorellus ibi,P. Sanchez to. 2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2. dub. 3.num.11.& hæc ſententia mihi videtur probabilior, nec ratio Tabienæ valet, ſcilicet,ſi non poſſunt ad ſæculum redire,nam hac ratione Conuerſi profeſſi,tenerentur horas recitare,cum non poſſint redire ad ſæculum, cuius contrarium probatum eſt ſupra num.10.& 11. ſi vero aliqui eorum ſuſciperēt ordines ſacros, tunc tenerenntur, ratione ordinis, non vero ratione ſtatus religioſi. Victorellus loco citato dicit,Paulum V. conceſſiſſe Ieſuatis,vt quidam eorum initiarentur ſacerdotio, & eos cēſet teneri ad horas.

DVBIVM XXIV.

An Religioſi Societatis Ieſu, teneantur diuinum officium in choro publice recitare, & an illi, qui non dum ſunt ſacris ordinibus initiati, teneantur illud priuatim perſoluere?

1 REſpondeo,& dico primo, Religioſos Societatis Ieſu nō teneri diuinum officium in choro publice recitare,ratio eſt,quia non profitentur ad chorum: nam licet vſus chori, & actio in eo canendi ſit valde religioſa, & ideo ab alijs religionibus obſeruata, quia tamen nimium Religioſos Societatis impediret,vel ab ſtudijs,dum eis vacant,vel ab actionibus,& miniſterijs,circa proximum,ad quæ,poſt ſtudia deſtinandi ſunt, & præſertim.quia parati eſſe debent ad varias Miſſiones, & ad diſcurrendum per vniuerſum orbem. Ideo S. Pater noſter Ignatius,Societatem, voluit eſſe hac occupatione liberam,vt bene probat P.Franciſcus Suarez tom.4.de religione tract.10. lib. 1. de Inſtituto Societatis cap.3.num. 15.& cap.8.num.1. vbi probat non poſſe Religionem Societatis, aut imperfectionis argui, aut alijs Religionibus poſtponi,

poni,eo quod cantu, & choro non vtatur ordinarie, tum quia non pertinet ad perfectionem alicuius Religionis,vt omnia conſilia collectiue in particulari amplectatur, & profiteatur, quia impoſſibile eſt multitudinem omnium conſiliorum ſimul exequi,& obſeruare, imo quædam eorum poſſunt eſſe impoſſibilia,vt ſimul fiant, vt inſeruire infirmis,& cõcionari eodẽ tẽpore,aut continuo officio detineri,tũ etiã, quia actiones, quibus Societas incumbit in ſalutem proximorum,tot ſunt,& tam graues,vt ſine magna earum iactura, non poſſit in officio diuino decantando occupari, quam rationem reddit Sanctus Ignatius par.6.constitutionum cap. 3.§.4.

2 Dico ſecundo,Religioſos Societatis,non teneri diuinum officium priuatim recitare, antequam ſint ſacris ordinibus initiati. Ratio eſt,quia in religione Societatis Ieſu, eſt conſuetudo,& praxis contraria, authoritate Apoſtolica confirmata,ſcilicet,vt illi,qui non ſunt in ſacris, nec beneficium eccleſiaſticum poſſident, non teneantur ad diuinum officiũ recitandum,nec in choro,nec priuatim.ſic Paulus III. in ſua conſtitutione,quæ incipit Paulus Epiſcopus; Romæ edita anno 1540.V.Kalen.Octobris,conceſſit, *vt ſocij omnes,quicumque in ſacris fuerint,teneantur ſinguli priuatim,ac particulariter, & non communiter ad dicendum officium*, Ex quibus verbis duo conſtant,Primum,ſolum teneri ad recitandum officium illos,qui in ſacris ſunt,non vero reliquos; Secundũ ſacris ordinibus initiatos, non teneri ad recitandum communiter in choro,Idem conceſſit Iulius III. in conſtitutione ſua,quæ incipit,Iulius Epiſcopus, edita anno 1550.XII.Kal. Auguſti,in qua ſic ſtatuit. *Socij autem omnes,cum presbyteri eſſe debeant ad dicendum officium,ſed priuatim, & non communiter,vel in choro teneantur*, & Gregorius XIII.in conſtitutione ſua,quæ incipit. ex ſedis Apoſtolicæ, edita anno 1573. die vltima Februarij,ſic ſtatuit. *Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia ſocijs prædictis,vt horas canonicas ſinguli,& priuatim,iuxta vſum Romanæ eccleſiæ, non autem communiter,ſeu in choro recitare teneantur, quo acrius ſtudijs,lectionibus,& prædicationibus intendere poſſint*,vbi, præter conceſſionem addit etiam rationem à priori, & hoc etiam docent quamplurimi doctores,Ioſephus Angles in floribus quæſt. Theol. par.1.tit.de horis canonicis fol.366.Metina in Inſtruct.lib.1.

cap.

cap.14.§.11. Rodriquez tom. 1. quæſt.regular.quæſt.42.art. 20.fin. Victorellus in additionibus ad ſummam Toleti lib.2. cap.12.num.7.verſ.tertium genus. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap.4.§.1.art.1.dub.11.num.48.P. Thomas Sanchez tom.2.conſil.moral.lib.7.cap.2.dub.3. num.8.vbi ait, *tenent Henriquez, & viri doctiſſimi Societatis*. Bonacina tom.1.tract. de officio diſp.1.quæſt.2. puncto 2.num.7.

3 Sed contra prædicta opponitur Dominicus Soto lib. 10.de iuſtitia quæſt.5.art.3.prope finem, vbi, cum dixiſſet Religiones approbatas, teneri in communi diuinum officium celebrare, cum illud ſit præcipuum contemplationis munus, ſubdit, *Loquor de religionibus antiquis: nam ſi alius religionis modus, citra huiuſmodi obligationem admittatur, certe vix nomen religionis meretur, quippe quæ magno ſplendore religionis careat*. eum ſequitur Trullo lib.2.Ordin.Canonic.cap.12. Contra Sotum ſcribit Nauarrus cap.21.de oratione num.21.vbi ait, non ſatis placet id, quod ipſe religionis alioqui colentiſſimus inſinuat, nullam religionem ſine choro inſtitui poſſe, vel debere. P. Gregorius de Valentia tom.3. in 2.2.diſp.10. quæſt.6.puncto 2.prope finem, vbi ait, *ex quibus ſatis apparet, minus conſiderate Sotum lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.3.dixiſſe, vix mereri nomen Religionis Ordinem illum, qui caret choro*. P.Leonardus Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.41. dubit. 2. num. 23.ait. *Ad perfectionem Religionis, non eſſe neceſſarium chorum*, & ſi contrarium parum conſiderate inſinuet Sotus lib. 10, de iuſtitia quæſt.5.art.3.vbi dicit *Ordinem illum, qui choro careat, vix mereri nomen religionis*. primo, quia officium diuinum, non minus attente, & deuote dici poteſt ſine cantu, quã cum cantu, & proſequitur alias orationes ad id probandum, P.Franciſcus Suarez tom.4.de religione tract.10. lib. 1.de Inſtituto Societatis cap.8.num. 7. ait. *Peſſime dixiſſe Sotum Religionem, ſine obligatione dicendi officium diuinum in communi inſtitutam, vix nomen religionis mereri, nam præterquam quod illud eſt præter Pontificum approbationem, nullo fundamento nititur, quia chorus, vel recitatio officij canonici in communi, non eſt de ſubſtantia* Religionis, *vt eſt per ſe notum; neque etiam eſt medium neceſſarium ad illam ſuſtinendam, vel ad perfectionem aſſequendam, quia charitas multis alijs modis perfici poteſt*. P.Gabriel Vaſquez opuſculo de beneficijs cap.4.§.1. art.1.dub.11.num.48.ait. *errauit, meo iudicio, Sotus, quod ita*

vel'i eſſe ſubſtantiale Religioni *boras in choro cantare, quod vix concedat nomen religionis ei, quæ ex inſtituto habet, non cantare in choro cum videamus noſtris, imo Soti temporibus approbatam eſſe à multis Pontificibus religionem Societatis Ieſu, ſine obligatione in choro pſallendi. Huic autem vix concedere nomen religionis, quam Pontifices hoc nomine, & multis Priuilegijs condecorare voluerunt, eſt à veritate maxime alienum.* Denique, tam Nauarrus, quam P. Suarez, & P. Vaſquez locis citatis, hoc probant, quia Sanctus Thomas 2.2. quæſt. 188. art. 2. & 3. dixit, poſſe inſtitui Religionem ad opera vitæ actiuæ in operibus Miſericordiæ corporalis, vel ad temporalem militiam, ad quos fines chorus non eſt medium accommodatũ, & nunc de facto videmus Religiones militares, cum ſint vere Religiones, non eſſe obligatas ad pſallendum in choro.

DVBIVM XXV.

An Religioſus profeſſus ad chorum deputatus, ſi ad Conuerſorum ſtatum transferatur, teneatur diuinum officium recitare?

1 IN hoc dubio quærimus, an Religioſus profeſſus, iam ad chorum deputatus, ac proinde, qui erat ad ſacerdotium promouendus, non tamen ſacris ordinibus initiatus, ſi ſuperiorum iuſſu, & authoritate, ad laicorum, ſeu Conuerſorum ordinem transferatur, ita, vt ad ſacerdotium, iam promouendus non ſit, ſed futurus Religioſus laicus, teneatur diuinum officium recitare, circa hoc dubium ſunt duæ ſententiæ.

Prima negat id fieri poſſe, tum quia nullibi reperitur talis poteſtas à ſummis Pontificibus conceſſa Prælatis Religionum, tum etiam, quia non poſſun ſuis ſubditis facere facultatem tranſeundi ad laxiorem Religionem, ſed ſtatus laicorum, eſt laxior, & minus perfectus, quam ſtatus clericorum, nam ille eſt ad temporalia, hic vero ad ſpiritualia munia. Denique Prælatus Religionis non poteſt eximere ſuum ſubditum profeſſum ad chorum deputatum ab onere recitandi officium, ſed ab eo eximeret, ſi eum ad laicorum ordinem poſſet transferre. tunc enim ab eo onere liber maneret. ita docet Nauarrus cap. 21. de oratione dicto 16. num. 20.

2 Secunda ſententia docet, prædictum Religioſum, in eo caſu

ab officij diuini obligatione liberari. *Ratio* eſt, quia, vt ſupra dubio 23. num. 5. probatum eſt, obligatio hæc recitandi diuinum officium, non oritur ex vi profeſſionis, ſed ex conſuetudine, & ex eo, quod Religioſus ex ſua voluntate, & ſuperiorum couſenſu ad chorum deputatur. ergo, eo ipſo, quod legitima ſupetiorum authoritate ab hac deputatione, eſt omnino liberatus per aſſumptionem ſtatus Conuerſorum, ſolutus etiam ab obligatione officij diuini cenſetur. Ratio à priori eſt, quia nullatenus ſubſtantialis Religionis ſtatus variatur, ſed illæſus manet, nec ad Religionem aliam transfertur, ſed cum eiſdem votis, illiuſmet numero Religionis, verus illius Religionis alumnus manet. Præterea, iuxta probabiliorem ſententiam, poteſt Prælatus concedere licentiam ſuo ſubdito, tranſeundi ad aliam Religionæm, etiam laxiorem, vt bene probat P. Thomas *Sanchez* tom. 2. in Præcepta lib. 6. cap. 7. num. 66. ergo multo magis ad inferiorem ſtatum, intra eamdem Religionem, præcipue quia, & ſi humilior ſit laicorum ſtatus, & ad inferiora miniſteria deputatus, eſt tamen durior, & aſperior, & iuxta maiorem, vel minorem auſteritatem penſanda eſt maior, aut minor Religionis perfectio, quoad hunc tranſitum; hanc ſententiam docet *Sotus* lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art 3. prope finem verſ. quod autem, & ad ſecundum argumentum, vbi idem etiam dicit de Monialibus profeſſis ad chorum deputatis, ſi authoritate ſuperiorum transferantur ad ſtatum Conuerſarum; Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 4. in 4. argumento, paulo ante §. contrarium tamen, & notab. 2. fin. Petrus de Ledeſma tom. 2. ſummæ tract. 9. cap. 4. fol. 1065. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 6. quæſt. 7. P. Suarius to. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 17. nu. 7. P. Sanchez tom. 2. in præcepta lib. 6. cap. 7. num. 8. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 3. hæc ſententia mihi videtur probabilior.

3 Dices, ergo ſola voluntas ſuperioris poteſt facere prædictã mutationem, & tollere obigationem præcepti. *Reſpondet*, Sotus loco citato ad ſecundum argumentum, quod hanc liberandi facultatem Apoſtolica ſedes in inſtitutione religionum earum Prælectis indulſit. Alij vero reſpondent, licet Prælatus id non poſſet, manentę fundamento obligationis, ſi tamen poſſit auferri fundamentum, illo ablato, poſſe etiam obligationem auferre, ſicut ſi clericus in minoribus habeat

bene-

beneficium, non poteſt illum Epiſcopus liberare ab onere dicendi horas canonicas, ſi tamen aliquo iuſto titulo poſſit illi auferre beneficium, illo ablato, conſequenter etiam auferet onus recitandi horas; ita Prælatus Religionis, quia poteſt auferre fundamentum obligationis, transferendo profeſſum ad chorum deputatum, ad ordinem Conuerſorum, conſequẽter auferet ab eo obligationem, ita reſpondent P. Azorius; & P. Suarius locis citatis, & hæc reſponſio mihi videtur magis acccomodata.

4 Ad argumenta primæ ſententiæ reſpondeo, Ad primum nego antecedens, & eſto illud eſſet verum, nego conſequentiam, quia hic tranſitus non eſt ad laxiorem Religionem, vt ſupra num. 2. dictum eſt. Ad ſecundum dico, non poſſe Prælatum directe, & per ſe eximere ſubditum ab ea recitandi obligatione, ſed poſſe per accidens remouendo eum ab illo ſtatu deputatorum choro.

5 Quæres, an Religioſus profeſſus ad chorum deputatus, ſi e Monaſterio fugeret, teneatur diuinum officium recitare? Reſpondeo affirmatiue, ratio eſt, quia non amittit priſtinum ſtatum, qui eſt fundamentum obligationis, nec debet commodum ex ſua culpa reportare, quare ſemper tenetur ſeruare conſuetudinem ipſorum Religioſorum, quam poteſt obſeruare, etiam extra clauſtra, ita Nauarrus cap. 7. de oratione num. 20. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 6. quæſt. 5. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. num. 50. P. Suarius tom. 2 de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 17. num. 9. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 2. verſ. adde ſecundo. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 5. quæſt. 2. num. 153. verſ. non obſtat ſecundo. Quare falſa mihi videtur contraria ſententia, quæ dicit prædictum non tenri diuinum officium recitare, quia eſt in ſtatu, in quo non eſt conſuetudo recitandi officium. ita Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 2. puncto 2. num. 6. Diana par. 2. de horis canon. tract. 12. reſolut. 18. nam eorum ratio nihil probat, quia prædictus tenetur recitare officium, ratione obligationis, quam contraxit, cum fuit choro deputatus, quam adhuc retiuet, ſicuti alij Religioſi, qui iter faciunt, vel cum licentia ſuperiorum ad tempus viuunt, extra clauſtra, & tamen ſemper recitant diuinum officium.

6 Quæres, an Religioſus profeſſus ad chorum deputatus, ob delictum ſuum eiectus e monaſterio, ſi non ſit in ſacris, teneatur

tur diuinum officium recitare? Reſpondeo, duas eſſe ſententias. Prima docet, Religioſum prædictum, ſua culpa à Monaſterio eiectum, licet per ſe non ſtet, quominus iterum ad Religionem admittatur, vt ſi ſit perpetuo ad triremes damnatus teneri diuinum officium recitare, ratio eſt, quia nulli ſua culpa debet patrocinari, & quia ſemper in eo permanet eadem ratio obligationis, cum ſemper ſit Religioſus talis ſtatus ſcilicet ad chorum deputatorum, & ideo licet tunc ſit impeditus ab vſu chori, tenetur tñ priuatim recitare, ita expreſſe Nauarr. ca 7. de oratione nu. 20. verſ. quod ipſum, & cap.21.dicto 6.nu.20.fin.Rodriquez par.1.ſumm. cap.141. num.14.& tom.1.quæſt.Regul.quæſt.30.art.20. fin. Ludouic. Miranda tom.1.*Prælatorum* Regular.quæſt.52.art. 5. concl. 1.P.Azorius par.1.lib.10.cap.6.quæſt.6. P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.17.num.9.P. Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap. 4. num.2.& tract. 5. cap.13.quæſt.2. num.5.hanc ſententiam putat probabilem, eamdem ſequitur P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.5.quæſt.2. num.153.verſ. non obſtat ſecundo, fin.P.Thom.Sanch.lib.8.de matrim.diſp. 8.num.11. idem docet de Degradato.

7 Secunda ſententia docet, ſi per ipſum non ſtet, quominus ad religionem admittatur, quia licet eiectus ſit è monaſterio, tamquam incorrigibilis, ſi tamen correpta vita ad monaſterium rediens, non admittatur, ipſum non teneri diuinum officium recitare. Ratio eſt, quia hic non fecit votum expreſſum recitandi officium, ſicut fecit ſeruandi caſtitatem, & ideo ad hoc, & non ad illud tenetur. ſecundo quia ad officiũ recitandum hic tenebatur, ratione Religionis, & quia erat ad chorum deputatus, ſed à Religione expulſus. & per ipſũ non ſtat, quo minus admittatur, non eſt amplius choro addictus, ergo ſi non ſit in ſacris, non tenetur officium recitare, ita Sotus lib 7.de iuſtitia quæſt.2. art.1. prope finem, ante ſolutionem quarti argumenti. Aragonia 2.2.quæſt. 88. art. 3.dubio vltim.dicto 1.Philiarchus tom. 1. de officio ſacerdotis par.2.lib.3.cap.21.fin.Corradus in reſponſis par.1.quæſt. 285.P.*Emanuel Sà* verbo religio.num. 40. P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubitat.9.num.50. P.Sanchez tom.2.conſil. moral.lib.7.cap.2.dub.4 concluſ.2. vbi citat pro hac ſententia Henriquez, & alios iuniores doctos P.Layman locis citatis, putat hanc ſententiam probabiliorem, & in praxi tutam,

eam

Digitized by Google

eamdem ſententiam ſequuntur Sancius lib.8.diſp.3.num.11. Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt. 2 puncto 2.nu. 6.*Diana* par.2.tract.12.de horis canonicis reſolut.18.

8 Pro ſolutione huius dubij,dico primo, Religioſum profeſſum, ad chorum deputatum, & ob ſuam culpam e monaſterio eiectum,ſi per ipſum ſtet, quominus ad religionem iterū iterum admittatur,quia ſi eiectus ſit tamquam incorrigibilis, poteſt corrigi,vt ſic admittatur, ſi non correxit vitam ſuam, vel nullā inſtantiā fecerit, vt admittatur, teneri officium diuinum recitare,etiam ſi non ſit in ſacris. Ratio eſt, quia hic culpa ſua fuit e Monaſterio eiectus, ſed nullj culpa ſua debet ſuffragari,ita *Sotus* lib. 7. de iuſtitia quæſt. 2. art.1.ad 3.fin. vbi ait. *Quamdiu per ipſum ſteterit,quominus recipiatur,non eſt tutus,ſed tenetur emendare ſeſe,& in viam redire,quoniam, cum ex culpa ſua fuerit exclusus, quamdiu in illa perſeuerauerit,verſabitur in periculo*. & P.Sanchez tom.2.conſil moral. lib.7.ca.2.dub.4.concl.1.ait,cum per ipſum ſtat, quominus ad religionem admittatur,tenetur ad horas, & in hoc ſenſu, eſt veriſſima prima ſententia. Dico ſecundo, ſi per ipſum non ſtet, quominus ad religionem admittatur, quia correctus,nolit ipſum religio admittere, tunc non teneri ad recitandum officium. Ratio eſt,quia ad id tenebatur, ratione religionis,ſed hic eſt ab ea eiectus,& per ipſum non ſtat,quominus admittatur,ergo ad id non tenetur,& in hoc ſenſu,eſt veriſſima ſecunda ſententia, quam P. *Layman* locis citatis putat probabiliorem,& in praxi tutam.

9 Quæres,an *Religioſus* profeſſus, ad chorum deputatus, & ob ſua delicta à monaſterio per ſententiam eiectus, vel ad triremes perpetuo,aut ad certum tempus damnatus, poſſit aliqua ratione liberari ab obligatione recitandi diuinum officium? Reſpondeo, ſi non ſit ſacris ordinibus initiatus, poſſe ipſum à prædicta obligatione liberari, ſi ſuperiorum authoritate remoueatur ab eo ſtatu, in quo erat, ſcilicet ad chorum deputatorum, & ad ſtatum Conuerſorum transferatur. Ratio eſt,quia ſi id poteſt facere ſuperior,dum ſubditus remanet in Monaſterio,vt ſupra num.ſecundo probatum eſt, ergo multo magis, dum in pœnam ſui peccati foras eijcit, vel ad triremes damnat, ita expreſſè docet P. Azorius par.1. lib.10.cap.6.quæſt.7. & conueniunt omnes doctores ſupra num.7.citati,præſertim P.Leſſius,& Sancius.

10 Quæ-

10 Quæres, an ſi Religioſus profeſſus, & ad chorum deputatus, non tamen in ſacris conſtitutus iuſta Romani Pontificis diſpenſatione, extra monaſterium viueret, teneretur diuinum recitare officium? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias, prima diſtinguit, nam vel prædictus inperpetuum viuere permittitur, extra Monaſterium, vel ſolum ad tempus, ſi primum, ipſum non teneri, quia eo ipſo liberatur à choro, ratione cuius conſuetudine, & vſu talem habet obligationē; ſi ſecundum, teneri, quia non eſt à choro inperpetuum liber, ita P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 6. quæſt. 8. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 2. puncto 2. num. 4. hanc ſententiam non improbabilem putat P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 4. num. 2. verſ. his adde.

11 Secunda ſententia affirmat prædictum teneri, ſiue inperpetuum, ſiue ad tempus, extra Monaſterium viuere permittatur, modo, cum ipſo non ſit diſpenſatum in aliquo trium votorū ſubſtancialium Religionis, ſi vero eadem facultate ab aliquo ipſorum, vel ab omnibus eſſet ſolutus, eū nōteneri, ratio eſt, quia in primo caſu adhuc manet religioſus, & choro deputatus, ſicut ſi eſſet in Monaſterio, & ex licentia ſuperiorum non iret ad chorum. In ſecundo vero caſu non eſſet Religioſus. & quamuis facultas viuendi perpetuo in ſæculo liberet eum ab vſu chori, non tamen fecit mutationem à ſtatu clerici choro deputati ad ſtatum Conuerſorum, ergo manente eodē ſtatu, cui annexa eſt obligatio recitandi diuinum officium, tenetur illud recitare, quod autem per diſpenſationem Pontificis non fiat mutatio in prædicto ſtatu, colligi poteſt ab habitu, & corona, ſi enim in ſæculo remaneret, retento habitu, & corona, nec aſſumeret habitum laicorum, & reuocata diſpenſatione rediret ad monaſterium, non in ſtatu Conuerſorum, ſed clericorum, ſignum eſſet nullam factam eſſe mutationem in ſtatu, niſi id in ipſa diſpenſatione ſit expreſſum. ita Nauarrus cap. 7. de oratione num. 20. Rodriquez par. 1. ſum. cap. 141. num. 14. concluſ. 13. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 17. num. 8. P. Sanchez tom. 2. cōſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 4. concluſ. 3. num. 6. vbi citat nonnullos recentiores doctos, P. Layman tom. 2. lib. 4. tractat. 1. cap. 4. num. 2. §. his adde, hæc ſententia videtur mihi probabilior.

12 Quæres, an ſi religioſus profeſſus ad chorum deputatus, nō

tamen

tamen ſacris ordinibus initiatus, cum facultate ſummi Pontificis viueret,extra monaſterium,& cum eo eſſet iuſte diſpẽſatum in voto caſtitatis,vt poſſit vxorem ducere,teneatur diuinum officium recitare? Reſpõdeo,circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet,non teneri, ſi deſineret eſſe religioſus,quod tunc eſſet, ſi de facto vxorem duceret, nam per ſolam facultatem ducendi vxorem,non deſinit eſſe talis,ita Nauarrus cap.7. de oratione num.20. cum ſequutur Rodriquez par.1.ſummæ cap,141 num.14.concluſ.13. vbi ait,eum teneri,antequam ad nuptias tranſeat, quia tunc non deſinit eſſe religioſus.

13 Secunda ſententia docet, prædictum ad recitandum officium non teneri,ratio eſt,quia iam mutat ſtatum, & deſinit eſſe choro deputatus. Hanc ſententiam videtur ſequi Nauarrus lib.3.conſiliorum, conſilio 21.de celebratione Miſſarum, vbi proponit rationes pro vtraque parte, & licet nihil definiat expreſſe,tacite tamen videtur hanc ſentenriam deſinire,quia vltimo loco proponit rationes pro parte negatiua. P.Ioannes Azorius par.1.lib.10.cap.5.quæſt.5. expreſſe eam docet.P.Thomas Sanchez lib.8. de matrimonio diſp.8. num. 11.& tom.2.conſil.moral.lib.7. cap.2.dubio 4.concluſ.4.nu. 7.P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.4.num.3.Carolus Macigni cap.23.num.9.Molſeſius tract.5.cap.4.num.43.Bonacina tom.1.tract.de officio diſputat.1.quæſt.2.puncto 2.num.4.& puncto 3.num.5.Ad hanc ſententiam reduci poteſt ſententia Sancij lib.8.diſp.8.num.11.vbi ait.eum liberari, ab hac obligatione,cum habitum monachalem exuit,& ſæculares veſtes induit,vt diſpenſatione vtens,matrimonium ineat, ratio eſt, quia tunc eſt liberatus à ceteris oneribus Religionis. Quod ſi obijcias,ille, antequam de facto contrahat matrimonium, non deſinit eſſe Religioſus,cum non dum ſtatum incompatibilem aſſumpſerit; per quem ſtatus religionis deſtruatur, cuius ſignum eſt, quia ſi mutato propoſito nollet vti diſpenſatione,maneret Religioſus,abſque nouo actu,nec ei permitteretur in ſæculo viuere,coniugium differendo,ergo obligatus manet,donec ad nuptias tranſeat.Reſpondet per diſpenſationem vere extingui ſtatum religionis in tribus votis conſiſtentem,ad religionem vero redire cogetur, non quod non ſit vere abſolutus à votis,per diſpenſationem, & conſequẽter à ſtatu Religioſo, ſed quia ceſſat omnino diſpenſationis

cauſa, nam diſpenſatio tacitam habet conditionem, vt duret, quamdiu cauſa durauerit.

14 Mihi prædictæ ſententiæ non videntur differre, niſi in modo loquendi, nam doctores ſecundæ ſententiæ, non negant, quod per ſolam facultatem ducendi vxorem, ille non deſinit eſſe religioſus, ſed contendit per dictam facultatem diſpenſari, cum eo in voto caſtitatis, quo ablato ſtatim deſinit eſſe Religioſus, & hoc mihi videtur probabilius.

15 Quæres, an ſi Religio, vel Generalis, *ſuppoſita poteſtate*, diſpenſaret, cum aliquo Religioſo profeſſo, ad chorum deputato, qui non eſſet ſacris ordinibus initiatus, vt numquam eat ad chorum, dum in Monaſterio viuit, teneatur priuatim recitare diuinum officium? Reſpondeo affirmatiue, ratio eſt, quia remanet in eo fundamentum obligationis, quod eſt ſtatus Religioſi clerici ad chorum deputati, licet ſit exemptus ab actuali vſu chori, ita P. Suarius lib. 4. de horis canonicis cap. 17. num. 8. fin.

CAPVT SEXTVM.

De modo, quo diuinum officium in priuata recitatione, eſt perſoluendum.

AD modum, quo debet officium diuinum, tam à Clericis, quam à Regularibus priuatim recitari, duo præcipue ſpectant. Primum eſt ſubſtantia ritus, ſcilicet, an poſſit, vel debeat diuinum officium recitari ſecundum ritum huius, vel illius eccleſiæ, aut iuxta hoc, vel illud Breuiarium. Secundum vero eſt, qualitas ritus, an ſcilicet ſecundum eundem ritum, ſeu Breuiarium, poſſit officium recitari de ſancto, quādo eſt recitandū de feria, vel contra, & de vtraque duplici ratione agi poteſt, vel ſecundum ius commune, vel ſecundum ius particulare Pij V. quod nō eſt vbique receptum, Ideo vbi illud non obligat, ſeruandum eſt ius commune antiquum, ſit igitur.

PRI-

PRIMVM DVBIVM.

An de iure communi poſſit quilibet Clericus, vel Regularis, relicto proprio Breuiario, licite diuinum officium priuatim recitare, iuxta ritum, vel Breuiarium Romanum, vel alterius Ec*cleſia, aut* Rel*igionis?*

1 RESpondeo, circa hoc dubium, tres eſſe doctorum ſententias. Prima docet ſemper licuiſſe cuicumque Clerico, vel Religioſo recitare officium, iuxta ritum, & formam Breuiarij Romani, quia Romana eccleſia, eſt Mater omnium eccleſiarum, hanc ſententiam docuit Caietanus in ſumma verbo horæ canonicæ §.2. vbi ait, *non eſt reus mortalis peccati ſoluens officium, iuxta ritum* Romanæ *eccleſiæ, qui deberet ſoluere, iuxta Monachalem ritum*, qui non fundatur in prædicta ratione, ſed in hac, quia ſubſtantia præcepti conſiſtit in hoc, quod canonicæ horæ dicantur, & non in qualitate, idem docet Armilla verbo horæ. num. 7. eamdem ſententiam videtur ſequi P. Emanuel Sà verbo horæ. num. 6. vbi ait. *Extra chorū poteſt quiſque dicere officium romanum*, & P. Leonardus Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubitatione 12. num. 74. §. nihilominus, dicit, *poſſe priuatim Romanum Breuiarium ab illis recitari, quia nulla eſt neceſſitas, nec vllum ius expreſſum, cur priuatim teneantur, ſe magis conformare eccleſiæ particulari, quam eccleſiæ Romanæ, quæ eſt Mater omnium eccleſiarum, & cui omnes conformari, expedit*; ſed hæc ſententia non videtur probabilis, quia nulla eſt conſuetudo recepta, vt quælibet eccleſia priuata conformari poſſit eccleſiæ Romanæ. imo contrarium eſt ſancitum, vt patet ex cap. placuit diſt. 12. vbi dicitur. *Neque Monaſteriorum conſuetudines, cum eccleſiaſtica regula ſint permiſtæ*, Nec Caietani ratio eſt admittenda, nam ſi illa valeret, idem poſſet dici de commutatione in quodcumque aliud officium approbatum, ac proinde non peccaret mortaliter religioſus Sancti Dominici, omittendo officium proprium, & recitando, iuxta Breuiarium Sancti Benedicti, vel alterius Ordinis, quod nemo dicit.

2 Secunda ſententia docet, clericos ſæculares debere ſequi ritum eccleſiæ *Romanæ*, iuxta cap. in die, de conſecrat. diſt. 5. vel Metropolitanæ, iuxta cap. de ijs, diſt. 12. Regulares vero

ſeruare debere ordinationem regulæ,& ſuorum ſtatutorum, & vbi fuerit laudabilis conſuetudo, vel certa conſtitutio, illã eſſe ſeruandam cap. Nouit. diſt. 12. non tamen ſub peccato mortali, nam dicere hoc, vel illud officium non eſt in præcepto, cum diuerſi diuerſa dicant cap. in die de conſecratione diſt. 5. ita docet S. Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 2. quæſt. 2. Angel, verbo hora num. 12. Tabiena quæſt. 10. num. 11 Sylu. quæſt. 1. & quæſt. 12. num. 15. dicto 1. Caietanus, & Armilla locis num. præcedenti citatis, Maior. in 4. diſt. 12. quæſt. 6. vnde Petrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 5. docet, ante Bullam Pij V. Doctores communiter aſſirmaſſe, non peccare mortaliter illos, qui ſequuti fuiſſent Breuiarium, quod maluiſſent, quod intelligendum putat, dummodo alicubi nõ fuerit præceptum obligans ſub peccato mortali, vel ſub pœna excommunicationis, ſed nec etiam, hæc ſententia eſt probabilis, quia mutatio in tota forma, & ritu officij eſt ſatis grauis, & proxime ipſam Officij ſubſtantiam attingit.

3 Tertia ſententia communis, & vera docet, peccare mortaliter Clericos ſæculares, ſi relicto proprio Breuiario, vtantur breuiario in alio epiſcopatu approbato, & regulares, omiſſo breuiario ſui Ordinis, vtantur alio quocumque in priuata recitatione diuini officij, ratio eſt, quia in cap. de ijs diſt. 12. ſtatutum eſt, vt vnus, & idem ſit pſallendi modus in eadem Metropoli, & Prouincia, & contrarium facientes ſex menſibus communione priuantur, vnde Nauarrus cap. 19. de oratione num. 21. ex hac graui pœna colligit, hoc præceptũ obligare ſub peccato mortali, & idem præcipitur in capit. placuit eadem diſt. & quamuis in prædictis capitibus agatur de recitatione publica, tamen idem probatur de priuata, quia recitatio priuata ſubrogatur loco publicæ in his, qui choro non tenentur aſſiſtere, vel non poſſunt, aut de facto non aſſiſtunt, & ideo debent ſecundum eamdem formam recitare. ſecundo quia debent membra corpori conformari, vnde in Concilio Agathenſi cap. 30. de hoc officio dicitur. *Conuenit Ordinem eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiri.* refertur cap. conuenit. de conſecrat. diſt. 5. & hac fere ratione vtitur Sanct. Thom. quodlibeto 1. art. 13. vbi concludit, vtrumque debere conformari eorum conſuetudini. cum quibus viuit. Denique idem conſtat ex Clementina 2. de celebratione Miſſarum in qua conceditur Clericis ſæcularibus, & religioſis commẽſalibus

ſalibus Cardinalium,& Epiſcoporum,vt poſſint ſe conformare illis in modo recitandi officium, & non teneantur aliud dicere,quæ diſpenſatio non fuiſſet neceſſaria, ſi prædicti cōmenſales potuiſſent ſatisfacere præcepto eccleſiæ, recitatione alterius Breuiarij,quam ſui epiſcopatus, vel religionis,vt bene Gloſſa ibi verbo. *Indulgemus*,notat, abſque illo priuilegio, prius id non licuiſſe, & addit Nauarrus in cap. 19.de oratione num.216.quamlibet causā non ſufficere, cum oportuerit indulgere,& tamen ſuberat cauſa ſatis grauis, vt ſe familiarIs conformaret Domino in recitando. Hanc ſententiā expreſſe docet Angelus verbo hora nu.14.Tabiena ibi quæſt. 16.num.17.Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.4. concluſ.1. Nauarrus cap. 19. de oratione num.217. dicto 5. & cap.21. num.23.dicto 18. Cardinalis Bellarmin. tom. 4.controuerſ. lib.1.de bonis operibus cap.18.§.qualitas, Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.13.§.qualitas,Gregorius de Valentia tom.3.diſq.7.quæſt.2.puncto 10.§.quid ſit recitandum, P.Io: Azorius par.1.lib.10.cap.11.quæſt.1.P.Suarius tom.2. de religione lib.4.de horis canonicis cap.23.num.2. P.Reginald. in praxi lib.18.cap.12.ſect.6.dub.1.num. 168. propoſitione 2.P.Filliucius tom.2.tract.22.cap.7.quæſt.1. num.220.

4 Queres, quodnam officium recitare tenetur Clericus ſæcularis ordinatus ad titulum patrimonij, & nulli eccleſiæ additus? Reſpondeo,circa hoc duas eſſe ſententias. Prima affirmat,prædictum non teneri ad certum Breuiarium ſequendū, ſed vti poſſe quocunque voluerit, dummodo legitima auctoritate approbatum ſit in aliqua diœceſi, aut religione, ratio huius ſententiæ eſt,quia prædictus non tenetur inſeruire certæ alicui eccleſiæ in hoc munere recitandi officium, ſed tantum eccleſiæ Dei,ergo ſatis eſt, ſi dicat aliquod officium in eccleſia Dei approbatum. ita docet directorium iuris lib.1. tit.8.quem referunt, & ſequuntur Sanctus Antoninus 3.par. tit.13.cap.4.§.2.Angel. verbo hora.num. 12. Tabiena verbo horæ.quæſt.10.num.11.Sylu.ibi quæſt.1.dicto 4. & quæſt.12. num.15 dicto 1.Maior.in 4.diſt.12.quæſt.6.ad 1. Nauarrus in Manuali cap.25.num.107.ver.ad tertium,Cardinal. Bellarm. tom.4.controuerſ.lib.1.de bonis operibus cap.38. §. altera P.Layman tom. 2. libr.4.tractat.primo capit.5.num.2.aſſertione 2.

5 Secunda ſententia docet, prædictum teneri officium recita-

re,iuxta formam Breuiarij ſui Epiſcopatus,ratio eſt, quia obligatio recitandi diuinum officium non ſolum naſcitur ex beneficio, ſed etiam ex ordinibus ſacris,& ideo tenetur ſe conformare in officio eccleſiæ ſui epiſcopatus,quia eſt ſubiectus epiſcopo ſui domicilij , qui poſſet illum iuſte cogere ad ſequendum ritum ſuæ eccleſiæ,& punire, ſi non obediret, ergo ſignum eſt,illum teneri, quia non poteſt Epiſcopus ponere nouam obligationem,ita docet Sotus lib. 10.de iuſtitia quæſt.5.art.4.concluſ.1.columna 2.Nauarr.ca.19.de oratione num.214.P.Leſſius lib.2.deiuſtitia c,27.dubit.12.num.75. p.Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis canon.cap.23. num.4.P.Reginaldus in praxi lib.18. cap.12 ſect.6. dub.1.nu. 168.propoſit.2. §.de hac re. P.Vincentius Filliucius tom.2. tract.23.c.7.q. 1.num. 220. Carolus Macignus c.29.num.22. Bonacina de horis canon.diſp.1.q.3.puncto 1.num.4. & hæc ſententia eſt probabilior.

6 Quæres,quodnam officium teneatur recitare Religioſus factus Epiſcopus,ſeu Rector, vel Præfectus eccleſiæ ſæcularis? Reſpondeo cômmunem eſſe doctorum ſententiam,ipſum teneri ſequi conſuetudinem eccleſiæ,ad quam tranſit, niſi eſſet ad tempus translatus ad illam,quia tunc teneretur ſequi cõſuetudinem ſuæ Religionis,ita Gloſſa in clementina 2.de celebratione Miſſarum,verbo,licite:vbi citat pro hac ſententia Goffred.in ſumma tit.de ſtatu Monachorum §. ſed numquid abſoluitur,& Hoſtienſem in ſumma §,2.verſ.ſed numquid,& & in cap.illa 12.d.Sanctus Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.2. fin.Ang.ver.hora.num. 15. Tabiena ver.horæ q.24.num.25. Sylu.ibi quæſt.1.fin.Emanuel Rodriquez tom.1.quæſtionum Regularium q.42.art. 17.vbi dicit,hocverum eſſe,etiam,poſt bullam Pij V.quia Pius V.cum in ſua bulla dicit, etiam Regulares debere ſe cum breuiario Romano conformare intelligit,dum ſunt in ſuis Monaſterijs,idẽ dicit Ludouicus Mirãda in to.1. Manualis Prælatorum Regularium, quæſt.37.art. 18.concluſ.vnica,eamdem ſententiam ſequitur P.Reginald. in praxi lib.18 cap.12.ſect.6.dub.1.num.169. propoſitione 4.fin.ego vero puto,prædictum, etiam ad tempus translatum ad aliam eccleſiam poſſe recitare officium illius eccleſiæ,ſed ad id non teneri, ratio eſt,quia valde expedit imitari honeſtos mores eorum,inter quos viuimus, & hæc eſt regula,quã Sanctus Ambroſius dedit Sancto Auguſtino dicens. *Ad quã*

forte

forte eccleſiam veneris, eius morem ſerua, ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi, eam refert S. Auguſtinus in epiſt. 118. c. 1 ad Ianuarium, & refertur c. illa d. 12. & idem docet in ſimili caſu caſu P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 13. num. 6. & 7. Bartholomeus Gauantus in decretis ſacræ Rituũ Congregationis Romæ impreſſis anno 1630. tit. 2. de ijs, quæ diuinum officium reſpiciunt nu. 11. refert ſequens decretum *Epiſcopus regularis debet recitare officium iuxta ritum ſuæ diœceſis, non Regulæ: die* 11. *Iunij* 1605. *ideo occurrente feſto Regulæ in feſto diœceſi, hoc præferri debet*.

7 Quæres, an Fratres prædicatores poſſint licite recitare officium illarum eccleſiarum, ad quas ad tempus declinant? Reſpondeo affirmatiue, ratio eſt, quia ita in eorum conſtitutionibus ſtatutum eſt, ita Sanctus Antoninus 3. p. tit. 13. cap. 4. quæſt. 2. §. 2. Sylu. verb. horæ q. 1. fin. Tabiena q. 10. num. 11. Armilla num. 7. Emanuel Rodriquez tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 42. art. 17. Ludouicus Miranda tom. 1. Manualis Prælatorum Regular. q. 37. art. 18.

8 Quæres, quodnam officium teneatur recitare ille, qui habet plura beneficia in diuerſis eccleſijs, in quibus modus recitãdi diuerſus eſt? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias: Prima docet ipſum teneri recitare officium illius eccleſiæ, in qua habet maiorem dignitatem, vt ſi in ea eſſet Decanus, in altera vero ſimplex canonicus, ſi in vtraque eccleſia ſit ſimplex canonicus, debere dicere officium eccleſiæ dignioris, etiam ſi beneficium alterius eccleſiæ ſit pinguius, quia temporalia cedunt ſpiritualibus; quod ſi eccleſiæ ſint æqualis dignitatis, poſſe eligere officium quodcunque voluerit, ſi fuerit ab vtraque eccleſia abſens, ſi autem fuerit in aliqua earum præſens, debere ſe conformare, illis, cum quibus conuerſatur, ita expreſſe docet Sanctus Thom. quodlibeto 1. art. 13. quem ſequuntur S. Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 2. fin. Ang. ver. hora num. 13. Tabien. verbo horæ quæſt. 23. num. 24. Sylu. ibi quæſtion. 1. dicto 5. P. Ioannes Azorius par 1. lib. 10. cap. 11. quæſt. 2.

9 Secunda ſententia docet, prædictum ordinem Sancti Tho. eſſe de conſilio, non autem neceſſarium, quia ibi S. Thomas dicit rationabiliter videtur, ita Angelus, & Sylu. locis citatis, qui etiam dicunt, prædictum teneri recitare officium illius eccle-

eccleſiæ, in qua tenetur facere reſidentiam, & ſi ad nullius reſidentiam tenetur, debere ſe conformare illi, in qua ſe reperit, ſed P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 23. num. 8. expreſſe docet, prædictum beneficiatum recitare debere iuxta morem illius eccleſiæ, in qua reſidet, & habet domicilium, nam hic titulus præferendus eſt ſingulis beneficijs per ſe ſpectatis. Quo circa, ſi contingat eccleſiam vnius beneficij conuenire in Breuiario cum eccleſia domicilij, ſine dubio illa eſt præferenda, eum ſequitur P. Reginald. in praxi lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dub. 1. num. 169. propoſit. 5. & P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 7. q. 1. num. 221. & hæc ſententia mihi videtur probabilior.

10 Quæres, an ille, qui habet beneficium in vna eccleſia, in altera vero, in qua officium diuerſum eſt, reſidet, & habet firmũ domicilium, teneatur ſequi morem eccleſiæ, in qua reſidet, an vero illius, vbi eſt beneficium? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet, prædictum teneri ſequi morem eccleſiæ, vbi eſt beneficium, ſeu propriæ diœceſis, aut Ordinis ſui, ſi ſit Religioſus. Ratio eſt, quia conſuetudo, & obligatio recitandi diuinum officium cœpta eſt in choro, & ideo ſemper habet aliquem ordinem ad chorum publicum, ergo licet Clerici, & Religioſi ſint abſentes, vel exempti à choro ſuæ eccleſiæ, officium tamen recitare tenẽtur, ſecundum Ordinem, vel eccleſiam, ad quam ipſi pertinẽt, vel in qua ſunt beneficiati, hæc ſentẽtia colligitur ex Clemẽtina 2. de celebratione Miſſarum, in qua tamquam ſpeciale priuilegium conceditur domeſticis, & commenſalibus Cardinalium, & Epiſcoporum, vt ipſis in recitandis officijs conformari poſſint, ergo ſecluſo tali priuilegio tenentur recitare officium propriæ eccleſiæ, vel Ordinis, vt ibi notat Gloſſa verbo, Indulgemus, hæc videtur ſententia S. Thomæ quodlibeto 1. art. 13. vbi docet, illum, qui habet plura beneficia in duabus eccleſijs, ſi in neutra reſideat, debere dicere officium eccleſiæ dignioris, & quodlibeto 6. art. 8. ait, quod clericus in ſacris tenetur ad recitandas horas, ſed quatenus eſt beneficiatus in hac eccleſia, tenetur dicere officium ſecundum modum illius eccleſiæ, hanc ſententiam videtur docere Caietanus in ſumma verbo, horæ. §. 2. vbi dicit, ex conſuetudine quilibet debet, iuxta ſuæ eccleſiæ, ſeu Religionis conſuetudinem, id dicere pro horis, quod ibi conſueuit, pro horis diei,

idem

Digitized by Google

idem dicit Armilla verbo horæ num.7.eamdem ſententiam docent S.Antoninus, Angelus,Sylu.Tabiena ſupra num.6.citati,dum dicunt Monachum translatum ad tempus ad eccleſiam ſæcularem debere dicere officium Monachale.P.Ioannes Azorius par.1.lib.10.cap 11.quæſt. 2. ita ſentit de iure antiquo,ſed ſecundum ius nouum dicit,prædictum teneri recitare officium,iuxta breuiarium Romanum, eamdem ſententiam expreſſe docet P.Layman tom.2.lib.4. tract.1.cap.5. num.3.Molfeſius tract.5.cap.2. num.47.

11 Secunda ſententia docet,prædictum teneri officium recitare,iuxta morem eccleſiæ, vbi habet firmum domicilium, ratio eſt,quia valde expedit imitari honeſtos mores eorum,inter quos viuimus. Secundo, quia potentius eſt vinculum domicilij,& reſidentiæ,quam beneficij; huic ſententiæ videtur fauere S.Thomas in dicto quodlibeto 1.ar.13.fin.vbi docet,clericum, qui habet plura beneficia in duabus eccleſijs, ſi ambæ fuerint æqualis dignitatis, ſi fuerit in aliqua earum præſens,debere ſe conformare illis,cum quibus conuerſatur, hanc ſententiam expreſſe docet,& probat.P. Suarius tom.2. de religione lib.4.de horis caonicis cap. 23.num.6.eum ſequuntur, P.Reginaldus in praxi lib.18.cap.12.ſect.6.dub.1. num.169.propoſit.5.fin.P.Filliucius tom.2. tract. 23. cap.7. quæſt.1.num.221.Carolus Macignus cap.2 num.32. Bonacina tract.de horis canonicis diſp.1.quæſt.3. puncto 1. num.9. & 10.fatetur tamen P Suarius loco citato, non eſſe tam claram obligationem in hoc caſu, quin poſſit facile optio permitti. Sed nunc prima ſententia videtur definita à ſacra Rituum Congregatione in decreto edito 1.Septembris 1602 in quo ſic decreuit. Qui ſunt de gremio alicuius eccleſiæ debent recitare officium,quod in choro dicitur,licet morentur alibi,ita illud refert Bartholomæus Gauantus in decretis ſacræ Rituum Congregationis, Romæ, & Neapoli impreſſis 1630. in decretis, quæ diuinum officium reſpiciunt.numero ſecundo.

12 Quæres, an ſi quis hoſpitetur Neapoli in die Sancti Aſprem eius Patroni,teneatur recitare eius officium,quamuis in ſua prouincia,vel diœceſi,aliud recitetur? Reſpondeo,ſecundum doctores ſupra nun.10.citatos pro prima ſententia, licet ad id non teneatur,poſſe tamen illud recitare: quod non teneatur,patet ex dictis ibi; quia debet ſequi morem ſuæ diœceſis,

quod

quod vero poſſint,probatur, quia licitum eſt ſemel officium mutare ob iuſtam, & rationabilem cauſam, hic autem habet iuſtam,& rationabilem mutandi cauſam,ſcilicet deuotionem erga Sanctum Aſprem. Secundo,vt moribus hominum loci, vbi commoratur, ſe conformet, ita P. Layman tom.2.lib.4. tract.1.cap.5.num.3.§.quæres; Mihi probabilius videtur dicendum,cum doctoribus num. præcedenti citatis pro ſecunda ſententia,prædictum non ſolum poſſe officium S. Aſprem recitare,ſed etiam ad id teneri.

13 Quæres,an Clerici,& Religioſi vnius prouinciæ,qui in alia commorantur, ratione ſtudij,teneantur in recitatione officii ſequi morem propriæ prouinciæ,vel Religionis,an vero illius eccleſiæ, in qua commorantur, ſi ſit diuerſum? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima affirmat prædictos debere ſequi,& imitari morem propriæ diœceſis,& Religionis, in qua habetur firmum domicilium, quia ſimpliciter ſunt illius membra,& ſubditi Prælatis, & legibus illius diœceſis, & Religionis, ita ſecundum ius commune faciendum eſſe docet P.Azorius par.1.lib.10.cap.11.quæſt. 3. ſed ſecundum ius nouum dicit, debere eos ſequi formulam Breuiarij Pij Quinti.

14 Secunda ſententia docet,tempore, quo in Accademia reſident, poſſe prædictos recitare officium, iuxta morem illius eccleſiæ, quia pro tunc habent ibi quaſi domicilium,& in ſpiritualibus vtuntur ſacramentis, & miniſtris illius eccleſiæ, & in hoc caſu præualet,etiam illa regula prædicta, quod oportet conformari honeſtis moribus eorum, inter quos viuimus.P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis cap.23. nu. 7.dicit,hoc eſſe magis conſulendum, non tamen imponendã rigoroſam obligationem; eamdem ſententiam ſequuntur P. Layman tom.2.lib.4.tract.1.num.2.aſſertione 2.P.Filliucius tom.2.tract.23.uap.7.quæſt.1.num. 221. Bonacina tractat.de horis canonicis diſp. 1. quæſt. 3. puncto 1. num.11.hoc eſt probabilius.

15 Quæres,an priuilegium illius, qui olim poterat vti breuiario breui,aut nunc poteſt ante tempus recitare horas, extendatur ad ſocium,ita, vt poſſit eodem priuilegio vti, & ſatiſfacere ſuæ obligationi. P. Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap.30.num.4.reſpondet affirmatiue,quia id, quod priuilegium diſponit in vno ex correlatiuis, extenditur ad aliud

corre-

Digitized by Google

correlatiuum,alias priuilegium eſſet inutile,& in commento littera B.addit.vt de priuilegio,& lucro ſocij in contractu ſocietatis aiunt ſummiſtæ,verbo,ſocietas. Emanuel Rodriquez tom.1.quæſt.regularium quæſt.42. art.9. impugnat prædictā rationem, quia lucrum in contractu ſocietatis communicatur ſocio,quia hac conditione contraxerunt,ſed priuilegium Pontificis vni conceſſum, non eſt ratio, cur communicetur ſocio, quare tunc ſolum ipſe putat neceſſario communicari ſocio,cum eſſet fruſtratorium,niſi ſocio communicetur, vt ſi alicui, qui ſolus non poſſet recitare officium, etiam breuiſſimum concederetur priuilegium,vt recitaret officium breue, tunc hoc priuilegium communicaretur ſocio, nam priuilegium conceſſum vni ad ſuum correlatiuum extenditur, alioquin eſſet nullum. Mihi vero videtur, quod in hoc ſenſu loquutus eſt P.Henriquez,& quod dixit de lucro ſocietatis,poſuit exempli gratia. eamdem ſententiam ſequitur Portellus in dubijs regul.verbo horæ canon.num.8.Diana par.2.tract. 12. de horis canon. reſolutione 35. & Epiſcopus Religioſus poteſt recitare officium,cum ſocio per breuiarium ſuæ eccleſiæ,ita Rodriquez par.4.ſummæ cap.68. num. 10. Portellus loco citato num.24.

DVBIVM SECVNDVM.

Quam Breuiarij formam teneantur ſequi Clerici,& Religioſi,qui diuinum Officium recitare debent, dum illud priuatim recitant?

1 RESpondeo poſt ſufficientem promulgationem Breuiarij Romani,iuſſu Pij V.editi, teneri omnes eius formā ſequi,exceptis Eccleſijs,& Religionibus, quæ habuerunt ſpeciale breuiarium à ſede Apoſtolica approbatum, vel conſuetudine ducentis annis ante huius breuiarij editionem, inſtitutum, ita expreſſe habetur in bulla Pij V. anno Domini 1568.7.idus Iulij edita.& eidem breuiario præfixa, in qua ſic abrogantur cætera omnia breuiaria, vt ex ipſis diuinum officium recitantes non ſatisfaciant præcepto eccleſiaſtico. ſufficiens autem promulgatio intelligēda eſt,iuxta tempus, quod aſſignatur in prædicta bulla,ſcilicet, qui erant Romæ, habebant vnum menſem, qui extra Romam, intra montes

tres menſes, qui vero, extra montes, ſex menſes; quare omnes, qui obligantur ad officium recitandum, tenentur ſub peccato mortali, illud, iuxta hoc breuiarium Romanum recitare, ratio eſt, quia conſtitutio eccleſiaſtica obligat, ſub peccato mortali in materia graui, ſed eccleſia præcepit officium recitari, iuxta hoc Breuiarium Romanum, & irritauit reliqua omnia Breuiaria, vt patet ex prædicta bulla Pij V. ergo. In hac concluſione omnes doctores conueniunt.

2 Quæres, an illi, qui ſtatim, poſt prædictum tempus aſſignatum, non recitarunt officium diuinum, iuxta formam huius breuiarij Romani, peccauerint mortaliter? Reſpondeo affirmatiue, ratio eſt, quia prædicta promulgatio fuit ſufficiens ad obligandum omnes, etiam longiſſime diſtantes à Roma, ergo, qui poſt ſufficientem promulgationem legis Pontificis, illam transgreſſi ſunt, peccarunt mortaliter, excuſari tamen poterant illi, qui omnino eam non audierunt, vel non habuerunt copiam voluminum venalium, ita docet P. Thomas Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dubio 22. num. 3. vbi pro hac ſententia, citat aliquos iuniores valde doctos.

3 Quæres, an illi, qui ante tempus prædictum ſufficientis promulgationis, noluiſſent data opera emere hoc breuiarium, nec ſecundum illius formam officium recitare, peccaſſent mortaliter? Reſpondeo negatiue, ratio eſt, quia, ante illud tempus lex nullo modo obligabat, nam Pontifex, vt ſeruaret ſuauitatem, cum omnibus permiſit illam temporis dilationē, ad relinquenda antiqua Breuiaria, ita P. Sanchez loco citato num. 4. concluſ. 2.

4 Dico ſecundo, Eccleſias, & Religiones, quæ habebant conſuetudinem, vel ſtatutum recitandi officium diuinum, iuxta formam alterius breuiarij ab ipſa prima inſtitutione, à ſede Apoſtolica approbati, ante ducentos annos ab huius Breuiarij editione, non teneri acceptare hoc nouum breuiarium, niſi ex ſpeciali voto, vel proprio inſtituto tenerentur ſe conformare breuiatio eccleſiæ Romanæ, eiuſmodi ſunt Religiones S. Auguſtini, & S. Franciſci. Permittit tamen illis Pontifex, vt ſi velint in choro, poſſint officium recitare, iuxta hoc nouum breuiarium, dummodo Epiſcopus, & vniuerſum capitulum, in eo conſentiant, hoc habetur expreſſe in prædicta bulla Pij V. & docent communiter doctores. P. Suar. lib. 4. de horis

horis can.cap. 11. num.4. P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37. dubitat.12.num.73.notabili 1.& alij. P. Sanchez loco citato concluſ.3.num. 5. cum vero Pius V. in prædicta bulla dicit, vniuerſum Capitulum, omnes doctores intelligunt maiorem partem Capituli, ita P.Suarius lib.4. de horis can. cap.11. num.4. fin.

5 Quæres, an eccleſiæ, & Religiones, quæ vtuntur breuiario ducentis annis antiquiore, ſi ſemel Romanum Pij V.acceptauerint, poſſint poſtea illud relinquere, & redire ad proprium ducentis annis antiquius? Reſpondeo non poſſe, ſine Pontificis auctoritate. Ratio eſt, quia per illam acceptationem antiqua conſuetudo reuocata eſt, & prius breuiarium, quaſi abolitum, & priuilegio in illa exceptione contento renunciatum eſt, & ideo ad antiquam conſuetudinem, propria auctoritate, iterum rediri non poteſt, ſed lex Pij V. iam ibi obligat, ita docet: P. Suarius tom. 2. de religione lib.4.de horis canon. cap.11.num.4.P.Layman tom.2. lib.4.tract.1. cap.5.num.1. finali P.Filliucius tom.2.tractat. 23. capit. 6. quæſtion.1. num.185.

6 Quæres, an Regulares, qui vtebantur breuiario antiquiore ducentis annis, poſſint accipere nouum breuiarium Romanum, ſine cõſenſu Epiſcopi, & totius Capituli? Ratio dubitãdi eſt, quia Pius V. in dicta bulla hoc expreſſe requirit, ſic enim ait. *Sic eiſdem, ſi forte hoc noſtrum, quod modo peruulgatum eſt, magis placeat, dummodo Epiſcopus, & vniuerſum Capitulum in eo conſentiant, vt in choro dicere, & pſallere poſsint, permittimus*, hoc tamen non obſtante P. Leſſius lib. 2.de iuſtitia cap.37.dubitat.12.num.74.ait. *In Monaſterijs tamen exemptis, non requiritur conſenſus Epiſcopi, ſed ſufficit Capituli, & Prælati*, idem videtur docere Emanuel Rodriquez to.1.quæſt. Regularium quæſt.42.art.13.fin.vbi ait, *conſentiente Prælato, & maiori parte illius Capituli, & Conuentus*, & infra ait, *debet id facere cum conſenſu Prælati, & maioris partis Capituli*. Mihi videtur ad hoc dubium, cum diſtinctione probabilius reſpondendum; ſi breuiarium, quo Regulares vtebantur, non erat proprium illius Monaſterij, vel Religionis, ſed ſolum fuiſſet proprium eccleſiæ Cathedralis, tunc omnino requiri conſenſum Epiſcopi, & Capituli, ratio eſt, quia cum facienda eſſet talis mutatio publice in choro, ne populus ex tali mutatione ſcandalum ſumeret, neceſſario debebat præcedere præ-

tres menſes,qui vero,extra montes,ſex menſes;quare omnes, qui obligantur ad officium recitandum,tenentur ſub peccato mortali, illud, iuxta hoc breuiarium Romanum recitare, ratio eſt,quia conſtitutio eccleſiaſtica obligat, ſub peccato mortali in materia graui, ſed eccleſia præcepit officium recitari,iuxta hoc Breuiarium Romanum, & irritauit reliqua omnia Breuiaria,vt patet ex prædicta bulla Pij V.ergo. In hac concluſione omnes doctores conueniunt.

2 . Quæres,an illi,qui ſtatim, poſt prædictum tempus aſſignatum,non recitarunt officium diuinum, iuxta formam huius breuiarij Romani,peccauerint mortaliter? Reſpondeo affirmatiue,ratio eſt, quia prædicta promulgatio fuit ſufficiens ad obligandum omnes, etiam longiſſime diſtantes à Roma, ergo, qui poſt ſufficientem promulgationem legis Pontificis,illam transgreſſi ſunt,peccarunt mortaliter, excuſari tamen poterant illi,qui omnino eam non audierunt, vel non habuerunt copiam voluminum venalium, ita docet.P.Thomas Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2.dubio 22.num. 3. vbi pro hac ſententia, citat aliquos iuniores valde doctos.

3 Quæres,an illi,qui ante tempus prædictum ſufficientis promulgationis,noluiſſent data opera emere hoc breuiarium, nec ſecundum illius formam officium recitare, peccaſſent mortaliter? Reſpondeo negatiue, ratio eſt,quia,ante illud tempus lex nullo modo obligabat,nam Pontifex, vt ſeruaret ſuauitatem,cum omnibus permiſit illam temporis dilatioñ, ad relinquenda antiqua Breuiaria, ita P.Sanchez loco citato num.4.concluſ.2.

4 Dico ſecundo,Eccleſias,& Religiones, quæ habebant conſuetudinem,vel ſtatutum recitandi officium diuinum,iuxta formam alterius breuiarij ab ipſa prima inſtitutione,à ſede Apoſtolica approbati, ante ducentos annos ab huius Breuiarij editione,non teneri acceptare hoc nouum breuiarium, niſi ex ſpeciali voto, vel proprio inſtituto tenerentur ſe conformare breuiario eccleſiæ Romanæ,eiuſmodi ſunt Religiones S. Auguſtini,& S.Franciſci. Permittit tamen illis Pontifex,vt ſi velint in choro, poſſint officium recitare, iuxta hoc nouum breuiarium,dummodo Epiſcopus, & vniuerſum capitulum, in eo conſentiant.hoc habetur expreſſe in prædicta bulla Pij V.& docent communiter doctores. P.Suar.lib.4.de

horis

Digitized by Google

horis can.cap. 11. num.14. P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37. dubitat.12.num.73.notabili 1.& alij. P. Sanchez loco citato concluſ.3.num. 5. cum vero Pius V. in prædicta bulla dicit, vniuerſum Capitulum, omnes doctores intelligunt maiorem partem Capituli, ita P.Suarius lib.4. de horis can. cap.11. num.4. fin.

5 Quæres, an eccleſiæ, & Religiones, quæ vtuntur breuiario ducentis annis antiquiore, ſi ſemel Romanum Pij V.acceptauerint, poſſint poſtea illud relinquere,& redire ad proprium ducentis annis antiquius? Reſpondeo non poſſe, ſine Pontificis auctoritate. Ratio eſt, quia per illam acceptationem antiqua conſuetudo reuocata eſt, & prius breuiarium, quaſi abolitum,& priuilegio in illa exceptione contento renunciatum eſt,& ideo ad antiquam conſuetudinem, propria auctoritate, iterum rediri non poteſt, ſed lex Pij V. iam ibi obligat, ita docet: P. Suarius tom. 2. de religione lib.4.de horis canon. cap.11.num.4.P.Layman tom.2. lib.4.tract.1. cap.5.num.1. finali P.Filliucius tom.2.tractat. 23. capit. 6. quæſtion.1. num.185.

6 Quæres, an Regulares, qui vtebantur breuiario antiquiore ducentis annis, poſſint accipere nouum breuiarium Romanum, ſine cõſenſu Epiſcopi,& totius Capituli? Ratio dubitãdi eſt, quia Pius V. in dicta bulla hoc expreſſe requirit, ſic enim ait. *Sic eiſdem, ſi forte hoc noſtrum, quod modo peruulgatum eſt, magis placeat, dummodo Epiſcopus, & vniuerſum Capitulum in eo conſentiant, vt in choro dicere, & pſallere poſsint, permittimus*, hoc tamen non obſtante P. Leſſius lib.2.de iuſtitia cap 37.dubitat.12 num.74.ait. *In Monaſterijs tamen exemptis, non requiritur conſenſus Epiſcopi, ſed ſufficit Capituli, & Prælati*, idem videtur docere Emanuel Rodriquez to.1.quæſt. Regularium quæſt.42.art.13.fin.vbi ait, *conſentiente Prælato, & maiori parte illius Capituli, & Conuentus*,& infra ait, *debet id facere cum conſenſu Prælati, & maioris partis Capituli*. Mihi videtur ad hoc dubium, cum diſtinctione probabilius reſpondendum; ſi breuiarium, quo Regulares vtebantur, non erat proprium illius Monaſterij, vel Religionis, ſed ſolum fuiſſet proprium eccleſiæ Cathedralis, tunc omnino requiri conſenſum Epiſcopi,& Capituli, ratio eſt, quia cum facienda eſſet talis mutatio publice in choro, ne populus ex tali mutatione ſcandalum ſumeret, neceſſario debebat præcedere præ-

dictus conſenſus, & quia præcipit in bulla expreſſe Pius V. Si vero officium fuiſſet proprium Monaſterij, vel Religionis, tunc non requiri conſenſum Epiſcopi, & Capituli Canonicorum, ſed ſolum Prælati Religionis, puta Generalis, vel Prouincialis, & Capituli Regularium, Generalis, vel Prouincialis, ratio eſt, quia ibi Pius V. videtur loqui de breuiarijs ab Epiſcopis introductis, & ideo requirit conſenſum Epiſcopi, & Capituli, & idem, cum proportione dicendum eſt de Regularibus, quia Prouincialis habet poteſtatem, quaſi Epiſcopalem.

7 Quæres, an Clerici, & Religioſi illarum Eccleſiarum, & Religionum, qui vtuntur breuiario ducentis annis antiquiore, & non acceptarunt hoc nouum, teneantur, cum priuatim recitant diuinum officium, illud recitare, iuxta formam breuiarij ſuarum Eccleſiarum, vel Religionum, An vero licite poſſint illud recitare, iuxta formam noui breuiarij Romani? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet, peccare mortaliter prædictos, ſi relicto proprio breuiario, recitarent officium, iuxta formam noui breuiarij Romani. Ratio eſt, quia Pius V. in prædicta bulla permittit ipſis, vt ſi velint, poſſint illo vti in choro, dummodo Epiſcopus, & vniuerſum Capitulum in eo conſentiant, ſed priuata officij recitatio, ſubrogatur loco publicæ, quæ ſit in choro, ergo debet eſſe ei conformis, ita Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 4. concluſ. 1. in hanc ſententiam inclinat. Nauarrus lib. 3. conſiliorum, conſilio 5. ad 2. quæſtionem num. 2. & conſilio 16. de celebratione Miſſarum, & cap. 19. de oratione nu. 215. dicto 4. Iacobus à Graſſijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 51. nu. 11. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 13. §. qualitas. Cardinalis Bellarminus tom. 4. controuerſiarum lib. 1. de bonis operibus cap. 18. §. altera. P. Valentia tom. 3. diſp 6. quæſt. 2. puncto 10. §. circa tertium. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 23. num. 9. ſed in fine addit, *Et hoc quidem videtur per ſe verius, nihilominus tamen propter opiniones, & quia res non videtur magni momenti, non auderem damnare peccati mortalis eum, qui oppoſitum faceret*. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 1. num. 57. P. Reginaldus in praxi lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dub. 4. num. 173. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 7. quæſt. 2. num. 222. Auguſtin. Barboſa in collectaneis tom. 1. lib. 3. tit. 41. cap. 1. num. 10. Bonacina tractat.

de ho-

de horis diſputatione 1. quæſtione 3. puncto 1. num. 3.

8 Secunda ſententia docet, poſſe prædictos licite recitare diuinum officium priuatim, iuxta hoc nouum breuiarium Romanum, ſi velint, ratio eſt. quia cum Pontifex exigat conſenſum Epiſcopi, & Capituli ad recitandum in choro, iuxta hoc nouum breuiarium, videtur concedere licentiam cuilibet priuato, recitandi priuatim, iuxta hoc nouum, nam nihil de vſu, extra chorum dicit. Quare ſenſus eſt, non licet vti nouo in choro, ſine conſenſu Epiſcopi, & Capituli, extra vero licet, & id non alia ratione, niſi, quia nulli vetuit vti nouo, extra chorum, imo generaliter, præcepit omnibus, vti nouo, & permittit vti veteri in choro, ita Nauarrus lib. 3. conſiliorum conſilio 15. & 16. de celebratione Miſſarum, Rodriquez tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 42. art. 13. P. Emanuel Sà verbo: horæ, num. 6. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dub. 12. num. 74. vbi dicit, *paſsim dicitur eſſe talis conſuetudo*. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dub. 4. num. 173. verſ. iam ſi quis, putat, hanc ſententiam probabiliorem, P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 23. num. 2. ſin. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 2. aſſertione 2. Bonacina dicit, hanc ſententiam eſſe probabilem præciſo præcepto in contrarium in tract. de horis canon. diſp. 1. quæſt. 3. puncto 1. num. 5. Portellus in dubijs regular. verbo horæ canon. num. 9. Rodriq. tom. 3. ſummæ cap. 195. num. 2. Diana par. 2. tract. 12. de hor. canon. reſolut. 10. ego puto, hanc ſententiam probabiliorem, tum quia Pius V. præcipit omnibus, vt vtantur nouo breuiario, & ſolum permittit, vt in choro vtantur antiquiore, tum etiam, quia ante editionem huius breuiarij, erat communis ſententia, non eſſe peccatum mortale recitare officium, iuxta formam breuiarij Romani. Ad rationem primæ ſententiæ, reſpondeo, priuatam officij recitationem, in hoc caſu non neceſſario debere eſſe conformem publicæ, quia Pontifex id nõ requirit, nec propterea ponitur diſcordia, inter Regulares eiuſdem Ordinis, quia priuatim vtuntur breuiario Romano, non publice.

9 Quæres, an ſit peccatum mortale nunc recitare diuinum officium, iuxta aliud breuiarium, quam Romanum Pij V. vt ſi quis recitaret priuatim, iuxta breuiarium illarum eccleſiarum, quæ illud habuerunt, ante ducentos annos? Reſpondeo, circa hoc dubium tres eſſe ſententias. Prima affirmat non

eſſe

eſſe peccatum mortale, dummodo dictum breuiarium diuerſum ab illo Pij V. ſit à ſede Apoſtolica approbatum: Vnde Religioſus Franciſcanus non peccaret mortaliter, ſi recitaret nunc officium, iuxta breuiarium Sancti Dominici, ratio eſt, quia quod recitetur officium diuinum, eſt in præcepto, ſed non qualitas illius; at prædictus recitaret officium diuinũ, ergo ſatisfaceret præcepto, ita Sylu. verb. horæ quæſt. 1. & q. 12. dicto 1. Caietanus in ſumma verb. horæ §. 2. Armilla num. 7. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 4. concluſ. 1. vbi non audet contradicere Caietani ſententiæ, & addit, haud tamen culpa omnino caret, ſed hi ſcripſerunt, ante bullam Pij V. ſed expreſſe eamdem ſententiam docent Medina in ſumma lib. 1. cap. 14. §. 11. Ludouic. Lopez tom. 2. cap. 105. Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 145. verſ. tertia cauſa. Angles in floribus quæſt. 10. de oratione difficultate 10. Vega par. 1. ſummæ ca. 128. caſu 17. Nieua in ſumma tit. 65. Pedazza in ſumm. cap. 5. Zerola ver. horæ can. §. 6.

10 Secunda ſententia docet, non eſſe peccatum mortale, neque veniale vno, vel alio die recitare ſecundum aliud breuiariũ, ratio eſt, quia cum hæc mutatio parua ſit, & leuis, non videtur aduerſari menti ſummi Pontificis, ita expreſſe docet Nauarrus cap. 19. de oratione num. 217. dicto 4. vbi hoc affirmat, quando fit aliqua de cauſa, quæ viro docto, & iuſto videtur æqua, & addit, iuſta mihi videtur cauſa neceſſitas repentina ſtudendi, concionandi, prælegendi, iuuandi ad recitandum aliquem infirmum vno, vel altero die, aut Prælatum, vel amicum defeſſum, & poſt pauca ait, quod recitare ex alio breuiario, ſine cauſa iuſta, eſt peccatum, ſed non mortale, modo, citra contemptum legis, & adeo raro fiat, vt viro prudenti, & docto, non videatur notabilis audacia, & cap. 21. num. 23. excuſat à mortali eum, qui vno, vel altero die, etiam, ſine vlla cauſa id faceret, & etiam à veniali, ſi aliqua cauſa concurreret, licet non omnino iuſta, eum ſequitur P. Reginaldus in praxi lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dub. 2. num. 170. propoſitione 1. & num. 171. propoſit. 4. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 1. num. 57. dicit, continuo, aut pluries mutare non licet, ſine graui peccato mortali. quibus verbis ſignificat, ſemel, vel bis mutare, non eſſe peccatum mortale, Bonacina tract. de horis canon. diſp. 1. quæſt. 3. puncto 1. num. dicit, hanc ſententiam, non eſſe improbabilem, eamdem docet Ioannes

de la

Digitized by Google

de la Crux in direct.conſcient.par.1.præcept.3. art.3. dub.4. concluſ.2.quem refert,& ſequitur Diana par.2.tract. 12. de horis canon.reſolut.10.fine

11 Tertia ſententia docet, abſolute nunc,poſt editionem breuiarij Pij V.eſſe peccatum mortale, non recitare officium iuxta illud, licet recitetur, iuxta aliud breuiarium, quod ex ſpeciali indulto habet aliqua eccleſia,vt ſi illud habuit ante ducentos annos,ratio eſt, quia *Pius* V. in prædicta bulla ſic ait, *Statuentes,quoſcunque,qui horas canonicas iure,vel conſuetudine dicere debent,ad dicendum, & pſallendum eas poſthac in perpetuum, ex huius* Romani *breuiarij præſcripto, & ratione omnino teneri:neminemque ex ijs, niſi hac ſola formula ſatisfacere poſſe*. Huic ſententiæ fauet Ang.verb.hora. num. 14. vbi dicit,mutare officium conſuetum, eſſe peccatum mortale,& S.Antoninus 3.par.tit.13.cap.4. §. 5. vbi dicit,non euadere graue peccatum,expreſſe Nauarrus cap.19.de oratione num. 217. vbi ait,peccare mortaliter, qui frequenter id faceret,& cap.21.num.23.idem docet;quia tranſgreditur præceptum, quo iubemur omnes recitare ſecundum formulam breuiarij Romani,Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83.art.12.dub.5.dicit, eſſe peccatum mortale,Palacios 4.diſt.15.diſp.9.fo.152.dicit, eſſe crimen,& beneficiarium,qui ſic recitaret, teneri reſtituere fructus,P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.6.dub.2.num.171 propoſitione 3.dicit,peccare eum, qui frequenter mutat modum recitandi.P.Thom.Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.24.probat, hoc eſſe peccatum mortale, quia ille, qui recitat iuxta aliam formulã, non ſatisfacit præcepto recitandi,vt dicit Pius V.in ſua bulla,ergo tenetur iterare horas alias peccatum mortale contrahet, contra præceptum recitandi.Garzia tom.1 de beneficijs par.3.cap.1.dub. 9.num. 150.ait,non ſolum illum, qui crebro, & frequenter id faceret ſed etiam,qui vno, aut altero die,non ſatisfacere ſuæ obligationi,ſed peccare mortaliter, & teneri ad reſtitutionẽ fructuum beneficij.

12 Pro ſolutione huius dubij, dico, primam ſententiam eſſe omnino falſam,cum ſit expreſſe, contra bullam Pij V.vt patet ex ipſius verbis ſupra num. 11. citatis in 3.ſententia. Secundam vero ſententiam non eſſe tutam, quia non poteſt excuſari à peccato mortali,qui ſemel,vel bis mutat breuiarium, quaſi hoc ſit leuis materia,nam ſi iuxta Nauarri, & probabi-

liorem

liorem aliorum ſententiam,omittere vnam horam, vel partẽ notabilem eius,eſt peccatum mortale,ergo multo magis mutare vno, vel altero die totum officium:atque ex hoc patet reſponſio ad rationem ſecundæ ſententiæ;falſum eſſe, quod aſſumit,ſcilicet non notabiliter aduerſari menti ſummi Pontificis,qui vno,vel altero die vteretur alio breuiario; nam expreſſe faceret contra præceptum, mutando totum officium, quod eſt materia grauis. Tertiam denique ſententiam eſſe probabiliorem,veriorem,& tutiorem in praxi. Ad rationem autem primæ ſententiæ reſpondeo, falſum eſſe qualitatem officij non eſſe de præcepto, nam Pius V. expreſſe præcipit qualitatem, & modum recitandi diuinum officium,dum dicit. *Ex huius breuiarij præſcripto, & ratione recitare omnes omnino teneri, neminemque, niſi hac ſola formula ſatisfacere poſſe.*

13 Quæres,an Regulares,dum iter faciunt, & ſunt extra proprium Monaſterium, ſi accedant ad aliud Monaſterium diuerſi Ordinis,vel ad aliquam eccleſiam clericorum, qua vtũtur breuiario diuerſo à Romano Pij V. poſſint ipſi relicto proprio breuiario recitare officium, vel cum alijs in choro, vel cum vno illorum,extra chorum, vel etiam ſolus,iuxta breuiarium illius loci, & ſatisfacere ſuæ obligationi? Reſpõdeo prædictos,non peccare,neque venialiter,ſi aliquam cauſam rationabilem haberent,vt ſi carerent proprio breuiario, aut ſi vrbanitatis cauſa ab illis fuiſſent ad canendum inuitati,præſertim ſi eſſent pauci, & indigerent eorum vocibus,vel ſi quis propter laborem itineris, & laſſitudinem non poſſet ſolus recitare,& ideo, cum aliquo illorum recitaret, & conformaret ſe illi. Hanc ſententiam docet. P. Gregorius de Valentia tom.3.diſp.6.quæſt.2.puncto 10. §. quid ſit recitandum.vbi,cum dixiſſet vnumquemque teneri proprio vti breuiario,ſubdit niſi quem forte abſentem, præſertim à ſua eccleſia,vel Religionis cœnobio,& choro, rationabilis aliqua cauſa excuſaret, præſertim confirmata aliquorum aliorum piorum hominum exemplo. Quod ſi id ſemel, aut bis fieret, multo magis concederet Nauarrus, cũ id, ſine peccato mortali fieri,etiam in Monaſterio affirmet in cap.19.de oratione num.217.dicto 4.& cap.21.num. 23.dicto 18.& alij doctores ſupra num.10.citati pro ſecunda ſententia, qui idem docẽt, ſi id raro,& ſine contemptu fiat.

Digitized by Google

14 Quæres, quid circa hoc poſſint Regulares ex priuilegio ſummi Pontificis? Reſpondeo Innocentium IV. conceſſiſſe Fratribus minoribus, vt quando, ratione itineris, vel alterius rei cauſa, extra conuentus, ſeu loca ſua quemlibet, vel quoslibet eorum contingerit degere, poſſint diuinum officium fratres, cum fratribus, aut ſimul, cum alijs Regularibus perſonis, vel quilibet ſeparatim facere alio, quam Romano ordine placuerit, & quod id ſufficiat ad perſoluendum debitum ad quod ratione Regulæ tenentur, nec iterum proprium officium dicere teneantur. Hoc priuilegium habetnur in libro dicto Monumenta Ordinum in prima impreſſione fol. 55. & in ſecunda fol. 138. conceſſio. 305. & in compendio priuilegiorum, verbo officium diuinum primo. §. 4. & illud refert Emanuel Rodriquez tom. 1. quæſtion. regular. quæſt. 42. art. 8. & par. 1. ſummæ cap. 142. concluſ. 2. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 176.

15 Circa hoc priuilegium, eſt dubium, an ſit reuocatum per bullam Pij V. breuiario præfixam, circa quod ſunt duæ ſententiæ. Prima affirmat, ratio eſt, quia Pius V. in prædicta bulla, omnino reuocat omnia priuilegia, licentias, & indulta precandi, & pſallendi, tam in choro, quam extra illum, more, & ritu breuiariorum ſuppreſſorum, hanc ſententiam ſequũtur aliqui fratres minores, auctore Ludouico Miranda loco infra citando, expreſſe eam docet Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 179. vbi ait, reuocata eſſe omnia priuilegia recitandi per aliud breuiariũ à Romano, etiam pro aliquibus diebus.

16 Secunda ſententia affirmat, prædictum priuilegium, non eſſe reuocatum, quia Pius V. reuocauit omnia priuilegia, quibus conceditur, vt quis perpetuo vtatur alia formula breuiarij, Romano penitus relicto, non autem priuilegium particulare, quo alicui conceditur, vt ex iuſta, & legitima cauſa poſſit aliquibus diebus, alio vti breuiario, quale eſt hoc Innocẽtij IV. ita docet Emanuel Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 142. concluſ. 2. & tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 42. art. 8. Vega par. 1. ſummæ cap. 128. caſu 25 Ludouicus Miranda tom. 1. Manualis Prælatorum Regularium quæſt. 37. art. 13. concluſ. vnica, Petrus Ledeſma 2. par. ſumm. tract. 9. dub. 15. concluſ. 3. dicit hanc ſententiam, non eſſe improbabilem, & ſequi poſſe, ego vero diſtinguo, ſi enim prædicti fratres accederent ad aliquã

eccleſiam, vel Monaſteriũ, in quo eſſet vſus breuiarij à Pio V. prohibiti, & aboliti, tunc nec ſemel tantum poſſent illo vti, vt bene docet prima ſententia, quia Pius V. expreſſe reuocat priuilegia, licentias, & indulta precandi, & pſallendi more, & ritu breuiariorum ſuppreſſorum, ſi vero accederent ad Monaſteriũ S. Benedicti, vel S. Dominici, aut aliorũ, quibus Pius V. permiſit breuiaria ducentis annis antiquiora, poſſent aliquibus diebus iuxta hæc breuiaria recitare, vt docet, ſecunda ſententia.

17 Quæres, an aliquis ratione priuilegij, poſſit officium diuinum recitare, ſecundum diuerſa breuiaria? Reſpondeo, hoc, duobus modis fieri poſſe; Primo recitando vno die, ſecundũ vnum breuiarium, & alio die, ſecundum aliud, & ſi hoc modo fiet v.g. ſi quis hodie recitet in choro, ſecundum breuiariũ ſui Ordinis, cras vero, ſecundum breuiarium Romanum, vel aliud, quo ſecundum priuilegium poteſt vti, hic ſatisfaceret ſuæ obligationi? Ratio, eſt, quia priuilegium conceſſum alicui, vt non teneatur obligatione iuris communis, non prohibet diſpenſato, vt ſi velit, poſſit ſubijci iuri communi, ergo eadem ratione poteſt Regularis, qui ex priuilegio, vti poteſt breuiario breui, vti etiam breuiario ſui Ordinis, vel alio ſibi iure communi conceſſo, & hic caſus, eſt ſimilis illi, quem ſupra propoſuimus, dub. 2. num. 8. vbi diximus, iuxta ſecundam ſententiam, licere Regulari recitare priuatim, iuxta breuiarium Romanum, quamuis in choro teneatur recitare ſecundum proprium breuiarium ſui Ordinis, ſæpe enim contingere poteſt, vt quis vno die in choro, cum alijs proprio vtatur breuiario, & alia die priuatim vtatur Romano: in hac concluſione præter doctores pro illa ſecunda ſententia ibi citatos, qui idem tenentur dicere in hoc caſu; in particulari hoc docet, Nauarrus cap. 10. de oratione num. 69. verſ. ſecundo quod. Emanuel Rodriquez tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 42. art. 12. idem videtur docere P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dub. 2. propoſitione 3. num. 171. dum dicit, peccare eum, qui, ſine diſpenſatione ſufficienti frequenter mutat modum recitandi horas canonicas, nempe recitando aliquot diebus ex vno breuiario, & aliquot alijs ex alio pro ſuo arbitrio, ergo P. Reginaldus putat, licitum eſſe, ſi fiat ex priuilegio, vt ſupponimus in hoc caſu. ſic etiam Nauarr. cap. 19. de oratione num. 217. dicto 5. dicit, quod peccat mortaliter, qui

ſine

ſine diſpenſatione frequenter id faceret.

18 Secundo vero modo, hoc fieri poteſt, vt ſi quis partem offi cij recitet iuxta vnum breuiarium, partem vero, iuxta aliud, v.g. Nocturnos, & laudes, iuxta vnum, horas vero, veſperas, & completorium, iuxta aliud, & in hoc caſu, Nauarrus loco cit. verſ. 4. reſpondet, cum diſtinctione, vel enim ſecundum vtrũque breuiarium fit de eodem ſancto, vel feria, vel ſecundum vnum fit de feria, & ſecundum aliud de ſancto, ſi primum dicit ſatisfacere, quia nullo iure quis tenetur iterum recitare eodem die eamdem horam legitime recitatam, ſed in caſu noſtro legitime recitat, qui in dicendis nocturnis vtitur breuiario particulari ex priuilegio, & in dicendis horis breuiario proprio Ordinis ſui, vel contra, ſi vero ſecundum dicit, non ſatisfacere. *R*atio ipſius eſt, quia omnes horæ canonicæ ſunt vnum, idemque officium, & vna Oratio, & intentio iuris communis, & concedentis priuilegium eſt, vt vnicum vnius diei officium integre quotidie recitetur, iuxta vnum breuiarium, non vero dimidium, iuxta vnum, & dimidium, iuxta aliud, niſi id eſſet, ſecundũ rubricas, ſicut in breuiario Pij V. officium feſti ſimplicis finitur in nona, tunc poſſet ſatisfacere, ſi ſecundum aliud breuiarium recitaret veſperas, & completorium, iuxta aliud breuiarium, eamdem ſententiam ſequitur Rodriquez loco citato, eamdemque puto veriſſimam & ſequendam in praxi.

19 Excuſarem tamen Religioſum, qui non poſſet noctu, cum alijs conuenire in choro ad recitandum matutinum, & ideo priuatim illud diceret, iuxta *R*omanum breuiarium, vel aliud breue, ex priuilegio; ad horas vero, veſperas, & completoriũ, quia recitantur in die, à ſuis Prælatis cogeretur conuenire cum alijs in choro, vbi iuxta proprium ſuæ Religionis breuiarium recitantur, iuxta illud recitaret, ſatisfaceret: moueor autem ad hunc excuſandum, ob rationem ſupra à Nauarro allatam, quia alioquin cogeretur repetere horas legitime dictas, ſi non ſatisfaceret; quod ſi dicas non fuiſſe legitime dictas, ſi in choro factum ſit v.g. de feria, & ſecundum aliud breuiarium factum ſit de ſancto? reſpondeo, quando hoc contingeret, poſſet etiam excuſari, quia non voluntarie fecit prædictam mutationem ſed neceſſitate compulſus, & durum videtur obligare prædictum ad repetendum, vel matutinum, vel horas, & reliqua.

20 Quæres,quid dicendum ſit de *illo*, qui recitat,cum alio habente priuilegium,ſolum matutinum, & laudes,quia priuilegiatus reliquum officij recitat ſolus? Reſpondeo prædictum neceſſario debere reliquum officij recitare, iuxta illud breuiarium,quo ex priuilegio ſocij recitauit matutinum,quando in breuiario proprio non fit de eodem,de quo dictum eſt matutinum in breuiario priuilegiati, vel debere repetere matutinum,& laudes,iuxta proprium breuiarium, ſi vero in vtroque breuiario fit de eodem, tunc, vt dictum eſt ſupra dubio præcedenti, poſſe, iuxta diuerſa breuiaria dicere officium eiuſdem diei,ita reſpondet Nauarrus loco citato, verſ.quarto dico.ad quæſtionem prius ab ipſo propoſitam, ſcilicet,an ſatisfaciat is,qui ſine priuilegio recitat,cum domino,ſeu hero ſuo,habente priuilegium,vt vnus, vel duo poſſint recitare ſecum officium,iuxta breuiarium trium lectionum, ſi iuxta illud ſolum recitet,vſque ad primam,& reliquum dicit,ſolus, quia herus ſuus id ſolum recitat,reſpondet, prædictum ſatiſfacere illis diebus,in quibus ſecundum vtrumque breuiarium fit de eadem feria.

21 Sed quid, quando non fit de eodem ſancto, vel de eadem feria in vtroque breuiario?Nauarrus reſpondet,prædictum non ſatisfacere;ego vero dico,poſſe tunc prædictum recitare reliquum officij, iuxta breuiarium trium lectionum, iuxta quod dixit matutinum,& laudes; dices,hic non habet priuilegium,ſed eius herus,ergo, quando non recitat officium ſimul,cum illo,non poteſt vti priuilegio recitandi, iuxta officium trium lectionum,Reſpondeo id verum eſſe, quando ipſe ſolus inciperet officium alicuius diei, & ſolus abſolueret, tunc enim nõ poſſet recitare, iuxta breuiarium trium lectionum. At vero,quando medium recitauit, cum habente priuilegium,iuxta illud,ſi poſtea non poſſit,cum illo perficere, poſſe vti eodem breuiario priuilegiati,ne cogatur, vel officium legitime recitatum repetere,vel recitare horas,& veſperas de diuerſo ab illo,de quo recitauit matutinum, cum laudibus,nam ſi hoc ſæpe contingeret,priuilegium alterius eſſet inutile,quia, quia non inueniret ſocium, qui vellet,cum eo matutinum recitare, cum onere repetendi illud iuxta proprium breuiarium.

22 Quæres,an prædicta lex Pij V.nunc obliget vbique, ratio dubitandi eſt, quia poteſt alicubi non eſſe vſu recepta, non

titulo

titulo antiquæ conſuetudinis,ſed ex negligentia,vel reſiſtentia Epiſcoporum,vel Prælatorum Religionum, quæ in principio fuit iniqua,vſu tamen,& duratione potuit præualere, nam cum hæc ſit lex humana, potuit conſuetudine contraria abrogari,ergo non repugnat alicubi, ita accidiſſe, & per conſequens in eccleſijs cathedralibus, & Monaſterijs Regularium illius Ciuitatis,aut Prouinciæ non obligabit, retinerique poterit aliud breuiarium,etiam pro vſu chori, licet nõ excedat ducentorum annorum antiquitatem.

23 Ad hoc dubium, bene reſpondet P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canon.cap.11. num.5. hactenus non fuiſſe per nouam conſuetudinem contrariam huic legi alicubi derogatum, quia Pontifices numquam conſenſerunt tali conſuetudini, nec expreſſe, nec tacite,imo Clemens VIII. ſtatuit,vt quod Pius V.ordinauit,ratum, & inuiolatum conſeruetur. Secundo dicit, legem Pij V. non ſolum eſſe præcipientem,ſed etiam irritantem omnia breuiaria, quæ infra ducentos annos initium habuere. quare nulla conſuetudine reſtitui poſſunt. ac proinde officium illud iam non poteſt eſſe canonicum,neque aptum, vt per illud obligationi chori ſatisfiat,& ex hac parte exiſtimat omnes poſteriores conſuetudines ita eſſe per hanc legem reprobatas, vt contra eamdẽ legem præualere non poſſint,idem docet P.Filliucius tom.2. tract.23.cap.7.q.2.num.223.

24 Quæres,an ſi in aliqua Prouincia, Religione,vel Monaſterio,ex negligentia,vel contumacia Epiſcoporum, vel Prælatorum Regularium, non eſſet adhuc introductum breuiariũ Romanum, non quia vtuntur breuiario ducentis annis antiquiore, ſed quia ex negligentia noluerunt, vel neglexerunt illud introducere,& retineant breuiarium, contra Pij V:diſpoſitionem; teneantur clerici illarum eccleſiarum, & Religioſi prædictorum Monaſteriorum eo vti breuiario? Reſpondeo non teneri,neque in choro, neque extra chorum eo vti, ratio eſt,quia prædicta conſuetudo praua eſt, & contra hoc præceptum Pontificis.& ideo non poſſunt prædicti obligari ad ſequendum ritum praua conſuetudine retentum, & Pontificis lege efficaciter abrogatum,quare omnes clerici,& regulares prædictarum eccleſiarum licite poſſent priuatim officium recitare,iuxta Romanum breuiarium, imo ad hoc tenentur,ſi commode poſſint, quia per ſe obligantur præcepto

Pon-

Vega in ſumma tom.1.cap.118.num. 17. Nieua in ſumma tit.65.Diana par.2.tract.12.de horis canon.reſolut.3.P.Emanuel Sà verbo horæ num.12.P.Ioannes Azorius par.1.lib.10. cap.10.quæſt.2.dicit, eſſe communem ſententiam, P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.12.num.77. *P.* Layman tom.2. lib.4.tract.1.cap.5.num.4. hanc ſententiam putant probabilem P.Valentia tom.3.diſp.6.quæſt. 2. puncto 10. §. quid ſit recitandum.fin.P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art. 2.dub. 2. num.60.P.Filliucius tom.2. tractat.23.cap.7.num. 227.

2 Secunda ſententia docet,illum, qui ſemel,aut bis, & raro mutat qualitatem officij, abſque cauſa,peccare tantum venialiter,ſed ex iuſta cauſa,nullum committere peccatum, vt ſi neceſſe ſit in recitatione officij iuuare aliquem infirmum, vel amicum defeſſum, qui non poſſet recitare officium longum feriæ 5. vel ſabbati, & recitaret cum illo officium de ſancto,quando charitas,vel prudentia dictaret, ita expedire, ratio eſt,quia hæc mutatio, tam rara non videtur notabiliter contraire menti inſtitutoris breuiarij,ita,vt ad culpam mortalem perueniat,ita expreſſe docet Nauarrus cap.19. de oratione num.217.dicto 1.& 4.& cap.21.num.23.Aragonia 2.2. quæſtion.83.art.12.dub.5.Rodriquez par.1.ſummæ cap.142. concluſ.3.& cap.145.verſ.tertia cauſa.& tom.1. quæſt.regul. quæſt.42. 8. fin. Ludouicus Miranda in Manuali Prælatorum *R*egular.tom.1.quæſt.37.art.13.concluſ.vnica. fin. P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canon.cap.23.num. 15.fin. P.Thom.Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib.7. cap.2. dubio 25.num.2.

3 Tertia ſententia,docet,mutare officium diei, eſſe de ſe malum,& peccatum ex genere ſuo mortale,ratio eſt,quia eſt cõtra præceptum eccleſiaſticum,in cap. de his. & cap placuit. 12.diſt. abſolute præcipitur conformitas in modo recitandi, & in cap.conuenit de conſecrat.diſt.5. dicitur. Conuenit eccleſiæ,ordinem ab omnibus cuſtodiri, & Pius V.in ſua bulla, breuiario præfixa, præcipit, officium recitari iuxta formam ab ipſo præſcriptam;ad formam autem illam pertinet diſtributio offcij per tempora,feſtiuitates,& dies, ergo tota illa forma de ſe ſub præceptum cadit,ergo, qui illam voluntarie mutat,tranſgreditur præceptum in materia graui,ac proinde peccat mortaliter. Confirmatur,quia licet ſubſtantia præce-

pti

pti in genere ſit de ſeptem horis in genere, tamen ſubſtantia præcepti in particulari,& in indiuiduo,prout tali tempore, & die applicatur,eſt de ſeptem horis talibus,& quo ad talem ſubſtantiam in indiuiduo, ideſt, quod conſtet ex his pſalmis, lectionibus,oratione,&c.nam ſicut conſtare ex his carnibus, & oſſibus pertinet ad ſubſtantiam indiuiduam Petri, ſic etiã pertinet ad ſubſtantiam indiuiduam huius præcepti, modus officij de tali tempore,die,&c. Hanc ſententiam expreſſe docet Angelus verbo hora num.14.S. Antoninus 3. par. tit.13. cap.4.§.5.vbi ait,non videtur euadere graue peccatum,qui ad libitum ſuum, ſine cauſa rationabili mutat conſuetum officium. Tabiena verbo horæ canon. quæſt.16.num.17.fin refert hæc eadem verba S.Antonini, non tamen explicat,an ſit mortale,vel veniale,Sylu.tamen verbo horæ quæſt. 12.dicto 1. interpretatur S.Antoninum de peccato veniali. Nauarr.cap. 19.de oratione num.217.dicto 5.& cap.21.num.23.Philiarch. tom.1.par.1.lib.1 cap.1.concluſ.6.Summa corona par.1. cap. 1.num.100.Rodriquez par.1.ſumm.cap.142. concluſ.3.& to. 1.quæſt.Regular.quæſt.42.art.8.fin.Aragonia 2.2.quæſt.83. art.12.dub.5.Graſſijs par.1.deciſion.lib.2.cap.51. nunm.10. Fernandez in exam.Theolog.par.3.cap.13.§.3.nu.1.Ledeſm. in ſumma par.2.tract.9.cap.4.concluſ.12.& 15. Fabrus de ſacramen.Ordinis diſt.24.quæſt.1.diſp.1.num. 146. Nicolaus Garzia tom.1.de beneficijs par.3.cap.1.num.150. Homobonus de exam.eccleſ.par.1.tract.4.cap.5.quæſt. 42. Raguſius de officio Canonicorum in choro quæſt.17.nu.2. Onuphrius opuſc.de muta:officij,Squillans de obligatione clericorum par.1.dub.26.num.50.Ludouicus Miranda tom.1. Manualis Prælatorum Regular.quæſt.37.art.13. Gauantus comment. in rubric.Miſſal.tom.2.ſect.1.cap.5.tit.2.num.7. Molfeſius in ſumma tom.1.tract.5.cap.2.num.50.Naldus in ſumma verb. officium diuinum num.16.Cardin. Toletus in ſumma lib.2. cap.13.num.2.§.qualitas. P. Suarius tom. 2. de religione lib.4.de horis can.cap.23.num.12.& ſequentibus,P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art.2.dub.2. num. 60. P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.6.dub.3.num.172.P.Sanchez tom. 2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.25.num. 2. P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.5. num.4. dicit, eſſe mortale,ſi frequenter fiat.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.7.quæſt.3.dicto 2.num.226. & cap.6. num. 186. Bonacina tract.de horis

diſp.

Digitized by Google

diſp.1.quæſt.3.puncto 1.num.17.prædicta ſententia confirmatur ex decreto ſacræ Congregationis Rituum à S.D.N.Papa Vrbano VIII.approbato die 8.Aprilis 1628. nam §.2.vetuit, & prohibuit celebrari per totam Ciuitatem, vel diœceſim, etiam de cuiuſque Ordinarij auctoritate,feſtum, cum officio de ſancto,eo,quod in loco adſit eccleſia Parochialis, vel Regularis, aut aliqua Reliquia,ſed tantum in ipſius ſancti eccleſia titulari, ſeu vbi aſſeruatur inſignis Reliquia, & non alibi, & §.5.decreuit,ſtatuit,& mandauit, ſub pœnis contentis in bulla Pij V.initio breuiarij poſita, quod ſcilicet non ſatisfaciant muneri recitandi diuini officij, quæ omnia Vrbanus Papa VIII.ab omnibus vbique ſub prædictis pœnis ſeruari præcepit, vt habetur in fine prædicti decreti. Ex quibus patet non eſſe licitum recitare officium pro officio.

4 Pro ſolutione dubij, dico primo, tertiam ſententiam eſſe probabiliorem, & tutiorem, ratio eſt, quia ſiue modus,vel forma dicendi officium in breuiario deſcripta pertineat ad ſubſtantiam præcepti,ſiue ad circumſtantias, negari non poteſt,quin obligatio præcepti ad hunc modum, & formam extendatur,nam alioquin,ſi voluntarie omitteretur, nullum eſſet peccatum, quod nemo admittit, ergo ſi peccatum eſt, ideo eſt,quia eſt,contra præceptum;ergo cum mutatio in tali forma ſit res grauis,grauis etiam erit tranſgreſſio. Confirmatur,nam ſi quis vellet toto anno dicere officium paſchale, quia breuius eſt cæteris,vel qui omnibus ferijs, diceret officium feriæ tertiæ, quia breuius eſt, procul dubio peccaret mortaliter, quia omitteret recitare partem notabilem officij, nam ſi quis in officio dominicæ omitteret in primo nocturno nouem pſalmos, & tres tantum recitaret,peccaret mortaliter,vt omnes fatentur, quomodo ergo eſt credibile non peccare mortaliter,illum, qui in dominica, recitat officium feriæ tertiæ ſolum, vt dicat officium breuius. Quare puto primam ſententiam parum tutam, nec eius fundamentum obſtat, nam ſiue præceptum pertineat ad ſubſtantiam, ſiue ad modum,ſatis eſt,quod modus ille præcipiatur,& præceptum, etiam ad modum extendatur.

5 Dico ſecundo, quamuis ſecunda ſententia ſit probabilis, quando quis,ex rationabili cauſa,ſemel,aut bis mutaret officium,tamẽ,ſi abſolute ſumatur,ideſt ſi mutatio fieret, abſque vlla cauſa, illam non eſſe probabilem, nam, vt bene notat

Vegha in ſumma par.1.cap.128. caſu 17. ſi non poteſt quis mutare officium frequenter, ſine reatu peccati mortalis, vt concedunt doctores ſecundæ ſententiæ, ergo, nec etiam erit licitum hoc facere, vno, vel altero die, nam pro quolibet die eſt præceptum diſtinctum, & officium cuiuslibet diei eſt onus illius, ſicut præceptum quotidie ieiunandi in quadrageſima, qui vno die ieiunare omittit, peccat mortaliter, & ideo Ledeſma loco citato num. 13. ait, peccare mortaliter eum, qui mutat officium notabiliter minus eo, quod debebat recitare, ſecundum ordinarium, etiam ſemel, & Garzia loco citato num.150. dicit, non ſolum, qui frequenter id faceret, peccare mortaliter, ſed etiam, qui vno, aut altero die.

6 Quæres, an prædicta mutatio fieri poſſit aliquando abſque peccato mortali, vel etiam veniali? Reſpondeo, & dico primo, poſſe prædictam mutationem fieri, cum ſolo peccato veniali, primo ex leuitate materiæ, vt ſi officium, quod dicitur eſſet æquale in quantitate officio, quod dici debeat, & ſine contẽptu, & animo id ſæpe faciendi pro libito, ſed ex aliqua occaſione leui, minuſque rationabili. ſecundo quoties, prædicta mutatio fieret ex ignorantia, vel inaduertentia, quamuis non ſit inuincibilis, ſed culpabilis, & in his duobus caſibus, eſt veriſſima prima, & ſecunda ſententia, & expreſſe hoc docet P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis cap.23.num.15.P. Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.6.dub.3. num.172.§.verumtamen, & §.excuſatur. P.Filliucius tom.2.tract.23. cap.7.quæſt. 4.num.228. Bonacina tom.1.tract.de horis canon.diſp.1.q.3. puncto 1.num. 18.

7 Dico ſecundo, prædictam mutationem, ex iuſta cauſa, poſſe, abſque vllo peccato fieri, vt omnes fere doctores affirmant, Sylu.verb.horæ quæſt.12. num. 15. dicto 1.ait, ſi hoc fiat ex cauſa rationabili, & iuſto impedimento, vel huiuſmodi, non eſt peccatum Nauarr.cap.19.de oratione num.217. dicto 1. ait, *non eſſe peccatum mortale, neque veniale vno, vel alio die quandoque aliqua de cauſa, quæ viro docto, & iuſto uideretur æqua, recitare de ſancto loco feriæ, & quod iuſta ſibi uidetur cauſa neceſſitas repentina ſtudendi, concionandi, prælegendi, iuuandi ad recitandum uno die, uel altero aliquem infirmum, aut Prælatum, uel amicum defeſſum, imo, & obliuio,* & *inaduertentia inculpabilis, & aliæ ſimiles.* P.Azor par.1.lib.10.cap.10.quæſt.2.dicit, nullo modo peccare eum, qui per obliuionem, aut incon-

ſiderantiam bona fide ex toto,vel ex parte officium mutaret. P.Suarius tom.2. de religione lib.4.de horis canonicis cap. 23.num.15.fin.addit iuſtam cauſam etiam eſſe,*ſi nunc non eſt copia alterius breuiarij, & poſtea nimium granabor recitando, uel impediar ab ſtudio neceſſario, uel alio ſimili opere pietatis.* idem docet P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect. 6.dub. 3. num. 172.fin.P.Layman tom.2.Theolog. moral.lib.4.tract. 1.cap. 5.num.5.dicit,eſſe cauſam iuſtam, ſi quis non habens ad manus lectiones de ſancto,& ob inſtantes occupationes deberet officium abſoluere,poſſet tunc, ſine vlla culpa de feria illud recitare. ego adderem, ſi fieret cauſa deuotionis, vt ſi die, qua officium recitandum eſſet de feria, ſemel in anno fieret de ſancto,erga quem habet quis magnam deuotionem,vel de ſancto ſui nominis,ſi eo die occurreret, tunc poſſet ſine vllo peccato recitare officium de prædicto ſancto, omiſſa feria, etiam ſi ſit in Aduentu, vel Quadrageſima. P.Filliucius tom. 2.tract.23.cap.7.quæſt.4.dicto 2.num.229.P. Sanchez tom. 2. conſilior.lib.7.cap.2.dub.25.num.2.idem docent, quod dicit Nauarrus ſupra citatus.

8 Quæres, an quando ex inaduertentia officium eſt mutatũ, vt quod deberet fieri de feria, fieret de ſancto, ſit neceſſario repetendum? Reſpondeo negatiue,ſic enim docent communiter doctores. Cardinalis Toletus lib.2.cap.13. §. qualitas. ait,*cum ex inaduertentia officium mutatum eſt,vt qui celebraturus erat de ſancto, celebrat de feria,vel e contra, tunc non eſt opus omnia repetere, ſed ſolum, quod fuit particulare feſto,vel feriæ,vt Hymnus, Antiphona,Oratio, tertia lectio ſi fuit matutinum,vel oratio in alijs horis.* P. Suarius tom. 2.de Religione lib.4.de horis cap.23.num.15.ait, *nec tenetur quis iterum matutinum repetere,vel quid ſimile, quamuis,ſi officium omiſſum eſſet notabiliter maius,neceſſarium videatur aliquam compenſationem facere,ſi poteſt intra eumdem diem, vt ſi pro matutino dominicæ dictum ſit officium ſancti, deberent addi ſaltem ex nocturnis dominicæ nouem pſalmi,ne tanta pars officij omitteretur:* idem docet P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect. 6. dub.3.num. 172.§.excuſatur.P.Filliucius tom.2. tract. 23. cap.7.quæſt.4. dicto 1.num.228.fin.P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.5.nu. 5.Garzia tom.1.de beneficijs par.3.cap.1.num. 175. Bonacina tom.1.tract.de horis can.diſp.1.quæſt. 3. puncto 1.num. 18.& puncto 4.num.6.P.Ioannes Azorius par. 1.lib.10.cap.

 10.quæſt.

10.quæſt.2.ait,conſilium eſt repetere,non præceptum. P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.12.num.77.ait, qui etiam prudens,omiſſo proprio,aliud recitauit, non tenetur repetere;multo minus tenebitur, ſi per inaduertentiam mutauit, deinde addit. *valde tamen laudabile eſt, repetere, vel totum officium,ſi aliud per errorem,vel ſponte recitatum eſt,vel ſaltem ea, quæ ad proprium officium pertinebant, etiam ſi ſolum eſſet hymnus,vel antiphona, vel lectio aliqua.*

9 Quæres,an ſit peccatum mortale recitare in choro officium feſti,pro feria, vel contra, mutando formam breuiarij? Reſpondeo in publica recitatione maxime attendenda eſſe eccleſiæ conſuetudinem,& neceſſariam vniformitatem, nam de hac præcipuæ loquuntur iura Cod.de ijs, & cap. vltimo 12.diſt.& cap.conuenit de conſecrat.diſt.5. quare, qui ſcienter faceret prædictam mutationem in parte notabili officij, dum publice recitatur in choro, peccaret mortaliter, quia fieri non poſſet ſine aliqua nota, vel ſcandalo. Hanc ſententiam neneſſario tenentur ſequi omnes doctores citati ſupra num.3.pro tertia ſententia,nam ſi hoc affirmant de priuata recitatione,mnlto magis debent idem affirmare de publica. nec puto contrarium ſentire doctores,ſupra citati nu. primo, pro prima ſententia, nam videntur loqui de priuata recitatione,non de publica,de qua diuerſa eſt ratio, licet ipſi nihil diſtinguant. Cardinalis Toletus lib.2.ſumm.cap.13.§.qualitas,cum dixiſſet peccare mortaliter,qui ſcienter faciunt prædictam mutationem in priuata recitatione, ſubdit, *nam de choro,non dubium,teneri ſingulos ad cantandum officium iuxta qualitatem ſuam*. P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de hor. canon.cap.11.num.6.ait. *cenſeo,hanc mutationẽ eſſe rem grauem ex ſuo genere in hac publica oratione,& ideo vix poſſe fieri ſcienter in notabili parte officij ſine graui culpa eius, qui fuerit cauſa illius,ex leuitate autem materiæ, vel ex inaduertentia facile excuſari,ſaltem à culpa graui*. idem docet P. Filliucius tom.2.tract.23. cap.6. quæſt.2. num.186. Bonacina tom.1. tract.de horis canon.diſp.1.quæſt.3.puncto 1.num.17.§. hinc patet.

10 Quæres,an Prælatus ordinarius, vt Prouincialis poſſit ex rationabili cauſa diſpenſare, vt dicatur in choro vnum officium,pro alio,ſcilicet de ſancto,loco feriæ ſecundum formulam eiuſdem breuiarij? Reſpondent aliqui affirmatiue,quia

hoc

Digitized by Google

hoc non eſt mutare officium,circa ſubſtantiam, ſed circa accidentalia ſcilicet,circa modum, & hoc non inperpetuum per modum conſtitutionis,aut conſuetudinis generalis, ita Tabiena verbo horæ.quæſt.16.num.17.vbi affert Magiſtrum Vincentium in conſtitutionibus fratrum Prædicatorum diſt.1.cap.1.dicentem,quod Prælati, ſicut poſſunt ex cauſa rationabili fratres diſpenſare à choro,ita etiam à proprietate officij,non tamen,quoad ſubſtantiam officij, vt puta poſſunt diſpenſare, quando debet fieri de feria, vt poſſit ex aliqua cauſa rationabili fieri de aliquo ſancto, idem docet, Armilla verbo,horæ canon.num.13.P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis cap.11.num. 6. ait, *quod hoc facile admitti poteſt, quoad hanc mutationem officij diei in una,vel alia occaſione graui; non tamen poteſt quaſi permanenter diſpenſare,aut legem facere,ut tali,uel tali die aliter dicatur officium, quam in breuiario* Romano *ſit præſcriptum,ubi illud ſeruandum eſt*,idem docet P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.6.quæſt.2.num. 186.& idem mihi videtur dicendum, etiam de alijs breuiarijs à ſede Apoſtolica permiſſis, ſcilicet quæ ſunt ducentis annis antiquiora.

11 Quæres,an Regulares, & Moniales poſſint recitare officia ſanctorum ſuorum Ordinum? Reſpondeo affirmatiue, dummodo ſint ab eccleſia approbata,& ordinata, iuxta formam breuiarij Romani. *R*atio eſt,quia ita expreſſe habetur in prima rubrica breuiarij Romani à Clemente VIII. recogniti,in hæc verba,officium fit duplex, *in feſtis ſanctorum, qui apud quaſdam eccleſias,Religiones, vel Congregationes conſueuerunt ſollemniter celebrari, cum officijs proprijs à ſede Apoſtolica approbatis,aut ex eiuſdem ſedis auctoritate receptis, vel recipiendis (ſeruata tamen forma huius breuiarij) alioquin de communi etiam ſi prædicta feſta in hoc Kalendario non ſint deſcripta*,& ita docet Rodriquex tom.1. quæſtionum regularium quæſt. 42.art.21.vbi ex prædictis verbis colligit, quod non ſolum feſta ſanctorum ipſarum Religionum poſſunt recitari,ſed etiã officia aliarum feſtiuitatum,quæ in dictis Religionibus recitari conſueuerunt,dummodo forma, & modus dicti breuiarij ſeruetur,eamdem ſententiam docet P.Layman lib.4.tract. 1.cap.5.

12 Quæres,an poſſint licite recitari officia propria de ſanctis; ſi non ſunt à ſede Apoſtolica approbata? Reſpondet Rodriquez

quez art.21.citato verſ.primum eſt.*Poſſe in Religionibus recitari officia propria de his ſanctis,etiam ſi hæc officia à ſede Apoſtolica non ſint approbata,dummodo digna ſint, vt approbentur, uel Religio eis utatur animo eá à ſede Apoſtolica confirmandi.*& hoc probat ex prædictis verbis *R*ubricæ, in qua dicitur, ex eiuſdem ſedis auctoritate receptis, vel recipiendis;ſed hæc ſententia defendi non poteſt,nam illa verba prædictæ rubricæ *recipiendis*,non intelliguntur, antequam recipiantur, ſed pro tunc quando officia fuerint recepta,& non ante, ita docet P. Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap. 5. num.6. dicto 2.vbi addit, tunc ſententia prædicta Rodriquez probari poſſet, ſi lectiones de ſanctis proprijs omni ſuſpicione falſi carentes,antehac in eccleſia recitari conſuetæ fuerint, ſecus ſi ſint nouæ, eum ſequitur Bonacina tom.1.tract.de hor.can.diſp.1.quæſt. 3.puncto 1.num.22.

13 Quæres, an poſſit aliqua Religio recitare offiiciũ de ſancto, cuius habet notabilem reliquiam,ſed ignoratur, quo die incidat?Videtur id licite fieri poſſe,quia principale eſt,recitare de illo ſancto,acceſſorium autem eſt,vt recitetur die, quo incidit,ergo ignorantia huius acceſſorij non debet impedire principale. Reſpondeo, nequaquam id fieri poſſe, ratio eſt, quia priuilegium eſt recitandi officium de illo ſancto, cuius habetur inſignis reliquia non quocunque die,ſed illo quo incidit,ergo hoc ignorato,ceſſat, ſicut nemo poſſet frui indulgentia conceſſa die,quo incidit,ſi dies ignoratur,nec dies eſt acceſſorius, ſed pars principalis, nec hæc eſſet modica peruerſio,ſed maxima,cum ſit in perpetuum in illa Religione. ita expreſſe docet P.Thomas Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub 24.num.3.

14 Quæres,quænam ſit, & proprie dicatur inſignis *R*eliquia? Reſpondeo,Sacram *R*ituum Congregationem, in decreto à S.D.N.Vrbano Papa VIII.approbato die 8.Aprilis 1628.§.3. ſic decreuiſſe. Inſignes autem reliquias declarauit eſſe,Corpus,Caput,Brachium,Crus,aut illam partem corporis,in qua paſſus eſt Martyr;modo ſit integra,& non parua, & legitime ab Ordinarijs approbata.

15 Quæres,an ſi in aliqua eccleſia eſſent plurimæ ſanctorum reliquiæ minimæ,& nullius ſancti notabilis, omnes tamen ſimul facerent notabilem,poſſent Religioſi,vel clerici illius eccleſiæ licite recitare officium illorum ſanctorum? ratio pro parte

parte affirmatiua eſſet,quia ſupra num.7. diximus, mutare officium iuſta de cauſa nullum eſſe peccatum.ſed iuſta cauſa, eſt poſſe vti priuilegio recitandi officiũ de illo ſancto, cuius habetur reliquia. Reſpondeo nullo modo id licite fieri poſſe. Ratio eſt,quia priuilegium, eſt recitandi officium illius ſancti, cuius habetur inſignis reliquia, ſed in hoc caſu nullius habetur inſignis. ſecundo, cum officium non poſſit recitari de omnibus,non eſſet maior ratio, cur de vno ex illis ſanctis potius,quam de alijs recitetur,ita Sanch.loco citato.

16 Quæres, an illi, qui tenentur recitare diuinum officium,ſatisfaciant præcepto,ſi illud priuatim recitent lingua Hebraica,Græca,vel Italica, ſeu vulgari? Reſpondeo, circa hoc dubium duo quæri poſſe,primum,an prædicti ſatisfaciant præcepto eccleſiæ de recitando officio,ſecundo,an peccent mortaliter,vel venialiter in eccleſia latina,omiſſa lingua latina illud recitare in alijs linguis.Circa primum, omnes doctores conueniunt, prædictos ſatisfacere præcepto, quoad ſubſtantiam,quia eſt eadem verborum ſignificatio,& quoad ritum accidentalem,qui in verbis poſitus eſt, iuxta præſcriptum eccleſiæ morem,& rubricas breuiarij.Confirmatur,quia ſicut communis doctorum ſententia docet,in materia ſacramentorum,confici ſacramenta,in quacumque lingua eorum forma proferatur,dummodo non varietur ſenſus,& ſignificatio, ergo multo magis hoc affirmari poteſt de recitatione officij diuini.

17 Circa ſecundum,ſunt duæ ſententiæ. Prima docet illos,qui in recitando officio, etiam priuatim in eccleſia latina alio idiomate,ſeu lingua,quam latina vterentur,peccare,ſaltem venialiter,niſi ex aliqua iuſta,& rationabili cauſa,id facerēt. Ratio eſt,quia facerent,contra viſitatum eccleſiæ morem. Secundo,quia ſacra myſteria paruipendi viderentur,dum diuinum officium prætermiſſo conſueto eccleſiæ idiomate,ſine cauſa,in alia lingua perſolueretur,ita de prædictis tribus linguis,ſcilicet Hebraica,Græca,& Italica,docet Bonacina tom. 1.tract.de horis canonicis diſp 1.quæſt. 3. puncto 1.num.15. Carolus Macignus de horis canonicis cap.29.fin.num.47.

18 Secunda ſententia,docet,non eſſe lingua Italica, ſeu vulgari, diuinum officium recitandum,tum quia myſteria ſacra vileſcerent,tum etiam quia poſſet hoc eſſe occaſio imperitæ plebi errandi,hæc ſententia implicite duo docet, primum peccare

care

care illos,qui lingua Italica, ſeu vulgari officium diuinum recitarent,ſecundum,licitum eſſe lingua Hebraica, & Græca illud recitare; hanc ſententiam docet Sixtus Senenſis lib.5. Bibliothecæ ſanctæ annotatione 172. & lib. 6. annotatione 263.vbi probat,pſalmos, & preces diuinas non eſſe peculiari cuiuſque nationis eloquio enuntiandos. Cardinalis Bellarminus tom.1. controuerſiarum lib. 2. de verbo Dei cap.15. probat multis rationibus,eccleſiam Dei numquam vſam fuiſſe lingua vulgari in diuinis officijs,& in ſacris ſcripturis proponendis,idem docet P.Henriquez lib.9. de Miſſa cap.31.nu. 3.& commento littera y.P. Azorius par.1.lib.8.cap.26.quæſ. 6.P.Emanuel Sà verbo horæ canon. num. 10. vbi ait. *Poteſt quis priuatim officiũ dicere lingua, qua velit, vt Græca,aut Hebræa,& ſi ego,vt vulgari dicat non facile admiſerim*. Nauarr. cap,13.de oratione num.7.& conſiliorum lib.3. conſil.12.de celebratione Miſſarum,vbi dicit,licite id fieri poſſe,imo poſſe aliquem partem officij recitare in vna lingua, & partim in alia,idem docet P.Comitolus lib.1.Reſponſ. moraliũ quæſt. 50.num:1.P.Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis can. cap.7.num.8 ait. *Non fuit expediens vulgari lingua vti in publico diuino officio*.P.Filliucius tom.2. tract.23.cap. 3. quæſt. 10.num.117.idem de Sacramentis docet, Cardinalis Bellarminus lib.2.de ſacramentis cap.31.columna vltima verſ. nota tertio.Et de miſſa lib.2.de miſſa cap.11. P. Gregor.de Valentia tom.4.diſp.6.quæſt.11.puncto 3.columna 8. §. quoad quintum. P.Azorius par.1.lib.10.cap.35.quæſt.14.P.Suarius tom.3.in 5.par.diſp.83.ſect.1.column.17.§. tertio principaliter,& nos lib.3. de officio ſacerdotis dubio 1. num.1. & 2.& alij.

19 Pro ſolutione dubij,dico primo,illum, qui lingua Italica, ſeu vulgari diuinum officium recitaret, licet ſatisfaceret præcepto recitandi, quia quoad ſubſtantiam omnia verba recitaret,peccare tamen grauiter, quia ſine diſpenſatione mutaret antiquiſſimum,& communiſſimum eccleſiæ vſum,& ob hanc cauſam Concilium Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 8.& can.9.decreuit,vt Miſſa,non vulgari lingua celebretur, & iure optimo in Indice librorum prohibitorum,vſus Bibliorum vulgari lingua conſcriptorum interdictus eſt.

20 Dico ſecundo,recitare diuinum officium, vel pſalmos Hebraica,vel Græca lingua,etiam ſine vlla cauſa, non ſolum ſatisfieri

tisfieri

Digitized by Google

tisfieri præcepto, ſed etiam nullum committi peccatum, ratio eſt, quia ſacræ ſcripturæ ſemper habitæ ſunt his linguis, non vulgaribus Hebræa, Græca, & latina, & ſancti Apoſtoli, qui per totum terrarum Orbem, ſanctum Euangelium prædicarunt, his tantum tribus linguis ſcripſerunt, cum tamen haberent donum linguarum; Hanc noſtram ſententiam expreſſe docent Nauarrus, P. Emanuel *Sà*, Cardinalis Bellarmin. P. Valentia, P. Comitulus, & alij citati pro ſecunda ſententia.

DVBIVM QVARTVM.

Quiſnam poſsit diſpenſare in prædicta Officij diuini mutatione?

1 RESpondeo, & dico primo, communem eſſe doctorum ſententiam, poſſe ſummum Pontificem diſpenſare, cum quocunque clerico, vel Regulari iuſta de cauſa, vt officium Romanum recitet, etiam ſi alias teneretur, iuxta eccleſiam ſuam, vel regulam Religionis recitare, hæc propoſitio, ſecundum noſtram ſententiam non habet difficultatem, nam ſupra dub. 2. num. 8. cum communi, & probabiliori ſententia docuimus poſſe omnes relicto proprio breuiario in priuata diuini officij recitatione, vti breuiario Romano, ergo multo magis id facere poterunt, ex diſpenſatione ſummi Pontificis, vnde P. Suarius licet contrariam ſequatur ſententiam tom. 2. de religione lib. 4. de horis can. cap. 23. num. 9. tamen in eodem capite num. 16. dicit. *prædictam licentiam valide, & licite dari à Pontifice, vel propter ſolam deuotionem, vel ob decentiam aliquam illius perſonæ, cui conceditur per modum cuiuſdam priuilegij, ſeu exemptionis, vel quia Pontifex habet ſupremam poteſtatem extendendi legem ſuam ad perſonas, quas voluerit, vel ſua obedientia reſeruare, quos voluerit, vnde illa non tam eſt diſpenſatio, quam reductio ad ius cummune, & ideo, ſine cauſa iuſte fieri poteſt.*

2 Dico ſecundo, poſſe ſummum Pontificem diſpenſare, cum quocunque clerico, vel Regulari, vt licite poſſit vti breuiario, quod ei libuerit, ac proinde poſſe diſpenſare cum aliquo, vt non recitet officium, iuxta breuiarium Romanum, ad quod antea tenebatur, & cum eo, qui tenebatur recitare cum bre-

Vu uiario

uiario ſuæ Religionis, v. g. Sancti Benedicti, vt non iuxta illud, nec iuxta Romanum breuiarium, ſed poſſit vti breuiario Sancti Dominici, vel quocunque alio alterius eccleſiæ, vel Religionis, ratio eſt, quia ſuperior poteſtatem habet diſpenſandi in ſua lege, ſed ſecundum communem ſententiam qualitas officij eſt de iure poſitiuo eccleſiaſtico, ergo poteſt Pontifex in eo diſpenſare. hæc eſt communis ſententia. Angelus verbo, hora num. 6. Tabiena dicto 15. num. 16. Sylu. quæſt. 8. num. 9. Armilla num. 11. Nauarr. cap. 11. num. 31. dicto 4. de oratione, & cap. 19. num. 217. dicto 3. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 23. num. 16. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dub. 2. num. 170. propoſitione 2.

3 Quæres, an ad prædictam diſpenſationem requiratur iuſta, & legitima cauſa? Reſpondeo affirmatiue, ratio eſt, quia, vt bene docet S. Thomas 1. 2. quæſt. 96. art. 5. ad 3. Princeps non poteſt ſe, aut alios à ſua lege ſine cauſa legitima eximere; qnia quantum ad Dei iudicium, non eſt ſolutus à lege, quantum ad vim directiuam eius, quare licet diſpenſatio, ſine legitima cauſa valida ſit, quia Princeps poteſt legem ſuam mutare, & in ea diſpenſare, peccat tamen ſic diſpenſando, & diſpenſatio, eſt iniuſta, quia, non fuit expediens ſic diſpenſare. Caietanus ibidem dubio vltimo fin. ait, *Si Papa licentiet ſe, vel alium, quia placet, ad non dicendum horas canonicas, licentiatus male facit, non dicendo horas, quia turpis eſt pars, quæ non conſonat ſuo toti ex naturæ iure, quod violatur à ſubdito, et multo magis à capite, nihilominus licet peccet, ſic licentiatus, non tamen eſt reus violati præcepti de horis canonicis dicendis*. Nauarrus in manuali præludio 9. nu. 14. dicit, *licet Princeps diſpenſans, circa ſuam legem, ſine cauſa peccet, & licet diſpenſatus peccet, nolendo, ſine cauſa ſe conformare moribus honeſtis illorum, quibus conuiuit, contra cap. quæ contra diſt. 8. non tamen peccat, ob tranſgreſſionem legis per diſpenſationem ei relaxatæ, quia illa diſpenſatio, & relaxatio, licet iniuſta, valida eſt ipſo iure*, & cap. 10. de oratione num. 204 ait, *diſpenſans, licet ſit Papa, et diſpenſatus etiam, circa legem humanam, ſine iuſta cauſa, peccat mortaliter, vel venialiter, pro qualitate ſcandali magni, vel parui, quod dat ijs, quibuſcum viuit, petendo, vel dando diſpenſationem immo, et vtendo illa, non quia contrauenit legi humanæ, quam Papa bene, vel male, quoad cap. quæ contra mores. 8. diſt. illi laxauit, ſed quia contrauenit illi legi naturæ,*

qua

Digitized by Google

qua turpis eſt pars, quæ non conuenit ſuo vniuerſo, et qua ſubditi iubemur conformare nos in bono ijs, quibus cum viuimus. idē docet P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dub. 2. num. 170. propoſitione 2. & P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 23. num. 16. ait. *Si Papa uelit, cum aliquo diſpenſare, vt non recitet officium Romanum, ad quod antea tenebatur, oportet, vt ex legitima cauſa id faciat, alias male faciet, licet diſpenſatio ſit valida*.

4 Quæres, an poſſint Epiſcopi, & Prælati Religionum qui habent iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, diſpenſare, cum ſuis ſubditis, vt poſſint qualitatem officij mutare? Reſpondeo, & dico primo, ante publicationem breuiarij Pij V. potuiſſe Epiſcopos iuſta de cauſa diſpenſare, cum ſuis ſubditis, vt ſecundum formam alterius epiſcopatus, horas canonicas recitarent, ratio eſt, quia poterant propriam epiſcopatus officij recitandi formulam mutare, & in ea diſpenſare nunc vero non poſſe, quia omnes tenentur, iuxta formam breuiarij Rumani officium recitare, lege Pontificis, circa quam non poſſunt Epiſcopi diſpenſare, ita Nauarrus cap. 11. de oratione num. 26. vſque ad 30. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 11. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dub. 2. num. 170. propoſitione 2. §. aduerte autem. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moral. lib. 7. cap. 2. dubio 26. num. 1.

5 Dico ſecundo, non poſſe Epiſcopos, & Prælatos Religionum diſpenſare, cum ſuis ſubditis, vt non recitent officium iuxta ritum breuiarij Pij V. ad quod tenerentur, ſed iuxta aliud breuiarium approbatum, ratio eſt, quia illa obligatio naſcitur ex lege ſummi Pontificis, in qua non poteſt inferior diſpenſare ſaltem ſine cauſa, vnde ſi ita diſpenſet, non ſolum iniuſta, ſed etiam inualida erit diſpenſatio, ita Nauarrus cap. 11. de oratione num. 30. §. ſecundo infertur. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 11. fin. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap. 11. nu. 6. & cap. 23. num. 17, P. Reginaldus lib. 18. ſect. 6. dubio 2 num. 170. propoſitione 2. fin. P. Filliucius tom. 2. tract. 123. cap. 6. q. 2. num. 186. Bonacina tom. 1. tract. de horis canon. diſp. 1. quæſt. 3. puncto 1. num. 19.

6 Dico 3. poſſe Epiſcopos, & Prælatos Religionum diſpenſare, cum ſuis ſubditis ex rationabili cauſa, vt aliquando, non tamen in perpetuum, nec per modum conſtitutionis, recitent officium de ſancto, die, qua eſſent recitaturi de feria, ſi præſer-

ſim mutatio fiat,ſecundum rubricas illius breuiarij, quo ipſis vti licet,ita docet Tabiena verbo horæ dicto 16. num.17. Armilla ibi num.13.qui referunt pro hac ſententia,Magiſtrũ Vincentium in conſtitutionibus fratrum Prædicatorum diſt. 1.cap.1.idem docet P.Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis canon.cap.11.num. 6. fin. P.Filliucius tom.2.tract.23. cap.7.quæſt.4.dicto 2.num.129.Diana par.2.tract.12 de hor. canonicis reſolutione 36. dari tamẽ poteſt iuſta cauſa ſemel, vel bis diſpenſandi,in vno,vel alio occurrente caſu, non autẽ ad dandam diſpenſationem permanentem, vt quis poſſit ſemper,& pro arbitrio ſuo id facere,ita P.Suarius cap.23.nu. 17.Pr.Reginaldus,& P.Filliucius locis citatis,ſi vero diſpenſatio daretur ad mutandum officium propriæ Religionis cũ Romano in priuata recitatione, etiam ſine cauſa dari poteſt, nam,ſecundum noſtram ſententiam,etiam ſine diſpenſatione fieri poteſt. Ad mutandum vero officium vnius Religionis, cum officio alterius ſemel,aut bis ex rationabili cauſa diſpẽſatio concedi poſſet, aduertit autem P. Suarius loco citato, num.17.fin.*Maiorem cauſam neceſſariam eſſe, ſi detur licentia ad faciendas mutationes alias communi iuri,& conſuetudini repugnãtes,adeo,vt ob hanc rationem uideatur nulla,ſi à tali Prælato,abſque cauſa concedatur.*

CAPVT VII.

De Ordine,& continuatione in priuata diuini Officij recitatione neceſſario requiſitis.

IN hoc capite duo præcipue tractanda ſunt.Primum,quodnã peccatum ſit inuertere Ordinem,qui ſeruari debet,inter officium vnius diei,& alterius,inter ipſas horas,& earum partes? Secundum quodnam peccatum ſit diuinum officium interrumpere? ſit igitur.

PRI-

PRIMVM DVBIVM.

An ſit peccatum mutare ordinem diuini officij in priuata recitatione?

1 RESpondeo, ad propoſiti dubij ſolutioné, opus eſſe prius cognoſcere, quinam ſit Ordo neceſſario ſernandus in priuata viuini officij recitatione, vt inde cognoſcatur quodnam peccatum ſit prædicti Ordinis inuerſio. Ordo igitur diuini officij, eſt diſpoſitio, & diſtributio ſeptem horarum canonicarum, ſecundum ipſarum naturam, & inſtitutionem, quare, ille propriè dicitur ſeruare ordinem diuini officij, qui prius recitat illam horam, quæ natura ſua, & inſtitutione eſt prior, & poſtea illam, quæ eſt poſterior, & per conſequens ille proprie dicetur inuertere Ordinem diuini officij, qui illam horam, quæ natura ſua, & inſtitutione eſt prior, poſterius recitat, vel contra, illam, quæ natura ſua eſt poſterior, prius recitat.

2 Quæres, quænam hora eſt natura ſua prior, ac proinde prius recitanda? Reſpondeo hoc dubium inuoluere illam difficultatem, vnde ſumendum ſit initium diuini officij, circa quam ſunt duæ ſententiæ. Prima docet ſumi à veſperis præcedentis diei, quia in diebus ſolemnioribus officium diuinũ habet duas veſperas, & ideo officium incipit à primis veſperis, & per conſequens ex natura ſua inde inchoatur. hæc ſententia videtur definita in iure, nam cap. 1. de conſecrat. diſt. 3. ſtatuitur tempus feriandi in dominicis, & feſtiuitatibus, eſſe à veſpera, vſque ad veſperam, vbi Gloſſa ait. *hic habes, quando incipiat dies, ſecundum canones ſcilicet à ueſpera*, & cap. 1. & 2. de ferijs idem ſtatuitur, Gloſſa in dicto cap. 1. ait, *à ueſpera, quantum ad celebrationem officiorum hoc dicitur*, & in cap. 2. verbo, prius incipere, ait Gloſſa, *dies incipit in ueſperis, quantum ad officij celebrationem*. hanc ſententiam videtur ſequi Sanctus Thomas quodlibeto 5. art. 28. ad primum, vbi ait, *quãtum ad eccleſiaſticum officium, & ſollemnitatum celebritates, incipit dies à ueſperis*. Nauarr. cap. 3. de oratione num. 60. Couarruuias lib. 4. variarum reſolut. cap. 19. num. 9. §. dies vero, Caietanus in ſumma verbo horæ §. 4. Armilla num. 17. Tabiena dicto 26. num. 27. Marcellus Francolinus tract. de tempore hora-

horarum canonicarum cap. 19.num.28.& 29.cap.25. num. 3 & cap.43.num.3.

3 Secunda ſententia docet,initium diuini officij ſumi à matutino, quia iuxta inſtitutionem in media nocte eſt inchoandũ, ſed dies naturalis,iuxta eccleſiæ Romanæ vſum incipit à media nocte,& ad mediam noctem terminatur,vt docet Sanctus Thomas 3.par.quæſt.80.art.8.ad 5.& in 4.diſt. 13. quæſt. 1. art.2.quæſtiuncula 4.ad 3.ergo officium diei incipit à matutino,quando prima hora diei inchoatur, ſed officium diuinum eſt integrum officium vnius diei naturalis, ergo incipit à matutino; quod vero matutinum ſit initium officij diuini, docet Francolinus loco citato cap.28.num.18.& cap. 43 nu. 2.quamuis locis citatis ſupra in prima ſententia dicat,diem, quantum ad matutinum incipere à primis veſperis, quia eo tempore cenſetur incipere nox diei feſti per quamdam iuris fictionem, hæc eſt communis ſententia, quam docent P. Ioannes Azorius par. 1.lib. 10 cap.cap.9.quæſt.7.P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canon.cap.24. num.2.P. Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.5.num. 166.§.quod attinet ad 2.Bonacina tom.1. tractat.de horis diſp.1. quæſt.3.puncto 4. num.1.

4 Pro ſolutione huius dubij, dico, officium diuinum duobus modis ſumi poſſe,primo pro officio diei,quod ſingulis diebus ex præcepto recitari debet,& hoc incipit à matutino, & abſoluitur in completorio, ſiue matutinum dicatur media nocte,ſiue ſtatim, poſt completorium præcedentis diei, ſiue quacumque alia hora à completorio præcedentis diei vſque ad mediam noctem eiuſdem diei. Secundo vero modo ſumi, prout recitatur in honorem,& cultum alicuius myſterij, vel Sancti,& hoc incipit in ſolemnioribus, à primis veſperis, vel à Capitulo,pro dignitate feſti, & terminatur in completorio diei ſequentis,ſed tunc primæ veſperæ, cum completorio,nõ pertinent ad officium diei ſequentis,ſed præcedentis, tum quia ille, qui omitteret veſperas, & completorium diei præcedentis,& matutinum diei ſequentis eiuſdem feſti committeret duo peccata mortalia,non alia ratione, niſi,quia omitteret duas partes notabiles duorum officiorum, etiam ſi recitaret reliquas horas officij diei ſequentis,ſi vero omitteret matutinum,& omnes alias horas ſequentis diei,etiam ſecundas veſperas, & completorium, committeret ſolum vnum pecca-

peccatum mortale,qui omitteret ſolum vnum officium vnius diei,tum etiam, quia quando vna hora, cum alia continuatur,vt cum quis recitat plures horas, ſimul, omittitur illud Pater noſter, quod in fine horæ præcedentis iuxta rubricas breuiarij recitandum fuiſſet, ſi quis vero poſt primas veſperas,& completorium præcedentis diei recitaret matutinum feſti diei ſequentis,teneretur dicere pro fine completorij Pater noſter,Aue Maria, & Credo,& rurſus pro initio matutini dicere ſimliter Pater noſter,Aue Maria,& Credo, & id non alia ratione,niſi,quia reliquæ horæ cum ſint vnius,& eiuſdem diei,quamdam inter ſe habent continuationem, & coniunctionem ex natura rei;completorium vero, & matutinum ſequens,cum ad diuerſos pertineant dies, nullam habent,inter ſe connexionem,nam completorium, eſt vltima hora officij diei præcedentis, matutinum vero eſt prima hora officij ſequentis, vt bene notauit Marcellus Francolinus in tractatu de tempore horarum canonicarum cap. 28. num.17. & 18. Cum igitur anticipatur celebritas à primis veſperis, vel à capitulo,tunc non integratur, nec componitur vnum officiũ ex primis veſperis,& matutino,cum reliquis horis diei ſequẽtis, ſed ſolum tunc eccleſia tribuit illi ſancto, vel myſterio duas veſperas,ſicut quando celebrat feſtum, cum octaua,tribuit illi officia octo dierum, & contra, quando terminat ad nonam officium feſti,propter ſequens feſtum ſolemnius,non propterea in nona terminatur officium diei,& ita conueniũt inter ſe,& conciliantur præcedentes ſententiæ, quæ videbantur contrariæ. Hæc noſtra ſententia ita explicata eſt P.Ioannis Azorii par.1.lib.10.cap.9.quæſt.7.& cap.10.quæſt.3. verſ. obijcies,P.Suarij lib.4.de horis canon.cap.24. num.2. Petri de Aragonia 2.2.quæſt.83.art.12.dubio 5. verſ. de tempore.

5 Quæres, an omnis mutatio ordinis in priuata diuini officij recitatione ſit peccatum,& quodnam mortale,an veniale?Reſpondeo omnem ordinis mutationem in recitando diuino officio, etiam priuatim, ſine rationabili cauſa factam eſſe ex ſuo genere peccatum,ratio eſt,quia deordinatio, & inuerſio ordinis debiti in diuino cultu,eſt cõtra inſtitutionem, & præceptum eccleſiæ,nam præceptum, non ſolum adimplendum eſt,quoad ſubſtantiam,ſed etiam quoad modum, ſed ad modum præcepti pertinet ordo horarum canonicarum,ergo,recitandæ ſunt,iuxta ordinem ab eccleſia inſtitutum, & præ-

ſcriptum,

ſcriptum, ergo qui talem ordinem peruertit, tranſgreditur præceptum, ac proinde peccat. in hoc omnes doctores conueniunt, quale autem peccatum ſit mortale, an veniale, conſtabit ex ſingulis mutationibus, de quibus infra agemus.

6 Quæres, quotnam mutationes in diuini officij recitatione fieri poſſint, & quænam ſint? Reſpondeo cum triplex ordo ſeruandus ſit, per deordinationem huius triplicis ordinis, tres etiam mutationes fieri poſſe, nam primus ordo eſt, inter officium vnius diei, & alterius, ſecundus ordo eſt, inter horas eiuſdem diei, tertius eſt inter partes eiuſdem horæ, quare triplex etiam poteſt eſſe deordinatio, & mutatio ordinis. Dico primo nō ſeruare ordinem, inter officiū vnius diei, & alterius ſequentis, vt ſi quis hac nocte, ante mediam noctē dicat prius matutinum diei craſtinæ, quam veſperam, & completorium diei præſentis, ſine cauſa, & ſcienter peccatum eſſe, ratio eſt, quia rectus ordo requirit, vt prius expleatur officium diei præcedentis, & poſtea inchoetur officium diei ſequentis, nā licet ex officio diei præcedentis, & diei ſequentis non componatur vnum officium, & ideo non videantur habere inter ſe ordinem, tamen ex inſtitutioue, & intentione eccleſiæ, ita ordinata eſt ſeries officiorum diuerſorum dierum, vt prius expleri debeat præcedens, quam ſequens inchoetur, & ita ſeruat communis, & recepta conſuetudo, & videtur docere Sanctus Thomas quodlibeto 5. art. 28. ad primum, vbi ait, *Si aliquis poſt dictas ueſperas, & completorium dicat matutinas iā hoc pertinet ad diem ſequentem*, ergo inuerſio huius ordinis nō fit, ſine culpa. communiter tamen cenſetur venialis, ſi fiat ſine cauſa, quia non continet grauem deformitatem, cum nec deroget ſubſtantiæ orationis, nec illam minuat, hæc eſt communis ſententia, ita Nauarr. cap. 3. de oratione num. 65. dicto 20. P. Emanuel Sà verbo horæ num. 15. & 18. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis can. cap. 24. num. 3. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 5. num. 166. §. quod attinet ad primum. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 7. num. 231. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 37. num. 5. Villalobos in ſumma tom. 1. tract. 24. dub. 13. num. 1. Bonacina tom. 1. tract. de horis can. diſp. 1. q. 3 num. 15. Diana par. 2. tract. 12. de hor. canon. reſol. 15.

7 Dico ſecundo, facere prædictam ordinis mutationem, cum iuſta, & rationabili cauſa, nullum eſſe peccatū, ratio eſt, quia

vbi

vbi adeſt iuſta cauſa, rationabiliter præſumitur excuſatio de mente,& voluntate ſuperioris præcipientis, cauſa rationabilis eſſet,ſi quis ab infirmo, vel amico inuitetur ad recitandũ ſecum matutinum,quod propter vrbanitatem, & amicitiam negare non poſſet,cum nec veſperas,imo nec primã,nec alias horas recitaſſet,& id nollet amico indicare , ab omni etiam peccato excuſat naturalis obliuio,vt ſi quis dum incipit recitare matutinum diei ſequentis, nullo modo recordatur,nec aduertit,ſe nondum recitaſſe veſperas, & completorium diei præcedentis,ita expreſſe docent omnes doctores num.præcedenti citati,rationabilis etiam eſſet cauſa,vt commodius matutinum recitetur cum ſocio .

8 Dices ex communi doctorum ſententia , quam docet S.Antoninus 2.par.tit.9.cap.12.§.3. negligentia 7. & 3.par.tit.13. cap.4.§.4.Sylu.verbo horæ num.11. fin. Caietan. ibi §.4.Tabiena dicto 26.num.27.Armilla num.17.Nauarr. in Manuali cap.25.num.97.& cap.3.de oratione num.59.& 78.& cap.10. num.50.Couarr.lib.4.variarum reſolutionum cap. 19.num. 9.fin.Marcellus Francolinus tract.de tempore horarum can. cap. 25. num.2.Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.13. verſ.circa tempus.P.Azorius par.1. lib. 10. cap. 9. quæſt.5.& alij communiter, vnuſquiſque in priuata recitatione ſatisfacit obligationi recitandi diuinum officium,ſi illud abſoluat ante mediam noctem,ſed matutinum, vt dixi , poteſt recitari dicto completorio,ergo ſi poſt recitatum matutinum diei ſequentis recitetur veſpera diei præcedentis,ante mediam noctem,cum recitetur tempore,quo licite poteſt perſolui, nullum erit peccatum? Reſpondeo ſecundum,primam officij inſtitutionem,non potuiſſe legitime inchoari officium ſequentis diei,niſi eſſet integre abſolutum tempus officij præcedentis diei ; tempus enim legitimum inchoandi diuinum officiũ erat media nox , & tunc abſoluebatur tempus aptum ad abſoluendum officium præcedentis diei , vt bene docet communis ſententia,nam licet in principio noctis legitime finiatur,tamen reliquum tempus noctis , vſque ad mediam noctẽ aptum eſt in rigore,vt in eo compleatur,ſi eſſet dilatum,nunc autem,quia ex conſuetudine anticipatum eſt tempus ad matutinum recitandum , dicendum eſt hanc licentiam anticipandi matutinum ſub ea conditione fuiſſe conceſſam , vt officium præcedentis diei,prius ſit abſolutum, & ita eſt vſus,&

ideo hunc ordinem,ſine rationabili cauſa mutare peccatum, eſt veniale, vt probatum eſt.

9 Dico tertio,inuertere ordinem,quem horæ canonicæ habẽt inter ſe,ſine cauſa, etiam in priuata recitatione, vt ſi quis prius recitet tertiam,quam primam,prius veſperam,quam nonam, eſſe ex natura ſua peccatum,ratio eſt,quia eſt inuerſio ordinis neceſſarij ex inſtitutione eccleſiæ,non tamen eſſe mortale,quia ſi fiat,abſque contemptu non videtur materia grauis,quæ ad mortale ſufficiat,nam quoad ſubſtantiam impletur præceptum, & defectus eſt ſolum in circumſtantia accidentali, & cum ſit priuatus non poteſt ſcandalum generare,& parum eccleſiam offendit,eſt communis ſententia, ita docet Sanctus Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.4. Sylu. verbo horæ quæſt.9.dicto 4.Caiet.ibi §.2.Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt.5 art.4.concluſ.2.Nauarr.cap. 3. de oratione num.54. verſ. vndecimo infertur, & in Manuali cap. 25.num.99.fin. Metina in ſumma lib.1.cap.14.§.11.Palacios 4. diſt.15. diſp. 9.P.Emanuel Sà verbo,horæ num.15.Cardin.Toletus in ſumma lib.2.cap.13.num.1.P.Ioannes Azorius par. 1.lib.10.cap. 10.quæſt.1.P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis can. cap.24. num.4. P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.5.num.166. propoſitione 1.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dub.12.num. 80.P. Thomas Sanchez tom. 2.conſiliorum moralium lib.7. cap.2.dubio 41.concluſ.1.& 2. P.Layman tom.2.lib.4.tract. 1.cap.3.num.8.P.Filliucius tom.2.tract.23. cap.7.num.232. Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83.art.12.dub.5.§.de tempore dicto 2 Squillans de obligat.cleric.par. 1. dub. 24.num.47. Villalobos in ſumma tom.1.tract.24.dub.13.nnm.1. Bonacina tom.1.tract.de horis can.diſp.1.quæſt.3.puncto 4.num.2. Diana par.2.tract.12. de horis canon. reſolut.16.

10 Quæres,an ſæpiſſime,aut ex more inuertere ordinem horarum ſit peccatum mortale? P. Gabriel Vaſquez in opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art.2.dubio 4.num. 66. reſpondet affirmatiue,ſic enim ait,*Ego ſane ſi rationabili fiat cauſa,nec venialis culpæ damnabo,ſi vero,ſine rationabili,bis,aut ter, mortalem culpam non agnoſcam, tamen ſæpiſſime, aut ex more id facere, exiſtimo,à mortali culpa non eſſe liberum,quoniam nimium iam ordini derogaret,etiam conſuetudini eccleſiæ cõmuni: quod enim ſemel, ac iterum fiat,non cenſetur, ita grauiter conſuetudinem eccleſiæ lacerare,& diſrumpere,& ideo non eſſet mortale,* hanc ſenten-

ſententiam putat probabilem Diana par. 2. tract. 12. de horis canon. reſolutione 16. ſed contrariam ſententiam probabiliorem. mihi vero non videtur improbabilis, ratio eſt, quia ille qui ſine rationabili cauſa id voluntarie ſæpiſſime facit, videtur id facere ex contemptu, ſaltem virtuali, ſed omnes fere doctores num. præcedenti citati affirmant inuertere horarum canonicarum ordinem, ſine rationabili cauſa eſſe peccatum veniale, dummodo abſit contemptus, ita P. Ioannes Azorius, P. Suarius, P. Reginaldus locis citatis, & alij, ergo cum contemptu eſt mortale.

11 Dico quarto, inuertere ordinem, quem habent partes vnius horæ, inter ſe, ſine rationabili cauſa, ſed abſque contemptu, eſſe ſolum peccatum veniale, vt ſi quis prius dicat capitulum & in fine hymnum, vel prius dicat laudes, & poſtea lectiones, ratio eſt, quia non ſeruatur vſus communis eccleſiæ, & ideo culpa committitur, non tamen grauis, nam cum in priuata recitatione id non fiat coram populo, non poteſt ſcandalum generare, & impletur præceptum, quoad ſubſtantiam, ita docent omnes doctores, ſupra num. 9. citati, nam eodem modo, de omnibus prædictis mutationibus loquuntur P. Gabriel Vaſquez opuſculo de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 2. dubio 4. nu. 66. fin. ait, *ſi inuerteretur ordo pſalmorum à veniali culpa numquam excuſari poterit, ſiquidem cauſa nulla eſſe poteſt, quæ excuſet, idem enim eſt ei, qui hanc horam recitare debet hoc, aut alio modo pſalmos dicere*. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap. 24. num. 5. addit hanc mutationem, ſi voluntarie, & cum aduertentia fiat, eſſe multo magis irrationabilem, quia vix poteſt habere apparentem prætextum excuſationis, aut honeſtatis, vnde videtur continere quamdam ſpeciem contemptus, pulchritudinem, & artificium horarum corrumpendo, quod in ordine partium, & compoſitione earum, inter ſe maxime conſiſtit, & ideo ſi hæc inuerſio voluntarie fiat, erit graue peccatum veniale, ſi vero ex contemptu, erit mortale, idem docent P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 5. num. 166. verſ. quod attinet ad tertium. P. Filliucius tom. 2, tract. 23. cap. 7. num. 233, Bonacina tom. 1. tract. de horis can. diſp. 1. quæſt. 3. puncto 4, num. 5.

12 Quæres, an duæ prædictæ inuerſiones excuſari poſſint ab omni peccato? Reſpondeo affirmatiue, ſi ex rationabili cauſa fiant, iuſta autem, & rationabilis cauſa eſſet, ſi chorus incæ-

perit dicere tertiam, vel ſextam, ego vero non dixerim primam, tunc licebit mihi canere, cum choro horam, quam canit, & poſtea dicere primam, aut tertiam omiſſam, ita Nauar. cap. 3. de oratione num. 66. dicto 21. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 4. concluſ. 2. poſt medium ait, *qui vel ex culpa, vel abſque illa horam, exempli gratia, primam, aut tertiam, immo etiam nocturnum officium dicere, quando debuit, omiſerit, ſi poſtea occurrit tempus, quo poteſt choro intereſſe conſultius eſt, vt inibi poſteriores prius perſoluat, & poſtea priuatim priores, quam ſi, vt ordinem ſeruet choro, abſit*. immò etiam extra chorum, ſi poſt incæptam horam tertiam, recordor me non recitaſſe primam, poſſum, ſine peccato illam proſequi animo, & voluntate, poſtea recitandi primam, idem etiam dicendum eſt, ſi quis non dum recitata prima, rogetur, aut inuitetur à ſocio, amico, vel familiari, vt tertiam recitet, cui, vt obſequiũ præſtet, poſtulata concedit, ita P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 10. quæſt. 1. Cardinalis Toletus lib. 2. cap, 13. num. 1. fin. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 12. num. 80. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis can. cap. 24. num. 4. P. Reginal. lib. 18. cap. 12. ſect. 5. num. 166. propoſitione 4. Graffijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 52. num. 23. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 7. Bonacina tom. 1. tract. de horis can. diſp. 1. quæſt. 3. puncto 4. num. 3.

13 In tertia ordinis mutatione poteſt dari cauſa rationabilis, quæ ab omni peccato excuſat, vt ſi Canonicus, vel Regularis, legitime impeditus non potuit chorum ingredi, niſi inchoata hora, poterit illam proſequi vſque ad finem, cum reliquis, & poſtea priuatim, partem omiſſam ſupplere, frequentius vero hoc poteſt accidere per obliuionem alicuius partis, qua quis omittit pſalmum, hymnum, vel lectionem, & ſimilia, ſi dũ recitat recordetur, poteſt, ſine vllo peccato continuare horã cæptam, & poſtea ſupplere partem omiſſam, ſine repetitione aliorum, licet ordo non ſeruetur, ita Angelus verbo hora nu. 16. & 18. Sylu. quæſt. 12. dicto 2. & 3. Nauarrus cap. 16. de oratione num. 6. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 11. num. num. 10. fin. & cap. 24. num. 5. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 6. quæſt. 7. dicto 2. num. 203. & cap. 7. qu. 5. num. 232. P. Thom. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dubio 41. num. 2. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 7. 5. adde primo. Bonacina tom. 1. tract. de horis canoni-

Digitized by Google

canonicis diſputatione 1.quæſt.3.puncto 4. num.5.

14 Quæres,an quando quis per obliuionem,vel inaduertentiam,ſiue culpabiliter,ſiue inculpabiliter,dixit horam poſteriorem,non dicta priori,vel omiſit pſalmum,hymnum,vel lectionem, teneatur repetere horam iam dictam? Reſpondeo negatiue,ſed ſatis eſſe,ſupplere prætermiſſa, tempore habili, ideſt,eadem die,vnde,ſi in choro eſſet recitatus pſalmus,inuitatorium,aut aliquid aliud.poteſt, cum alijs canere reliquũ, & poſtea priuatim ſupplere,quod in principio, vel in medio omiſſum eſſet,licet non ſeruetur ordo,ratio eſt, quia oratio, quoad Deum integra eſt,& poteſt eccleſiæ prodeſſe,nec tenetur quis,cum tanto onere ordinem ſeruare, ita Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5.art.2.concluſ. 5. Sanctus Antoninus 3.par. tit.13.cap.4.§.4.Angelus verbo hora num.18.Sylu.ibi quæſt. 9.dicto 4.& quæſt.12.dicto 2.& 3.Armilla num.16.Viguerius cap.5.§.5.ver.4.Nauarr.in Manuali cap.25.num.99.fin. & ca. 3.de oratione nnm.54.& 67.& cap.21.num.30. Cardin.Bellarminus tom.4.controuerſ.lib. 1. de bonis operibus cap.18. P.Emanuel Sà verbo horæ num. 8. P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis can.cap.24.num.5.P. Reginaldus lib.18. cap.12.ſect.5.num.166.§.quod attinet ad tertium.P. Sanchez tom.2.conſil.moral.lib.7.cap.2.dub.41.num. 2. P. Filliucius tom.2.tract.23.cap.7.quæſt.5.dicto 3.num.233. Bonacina to. 1.tract.de horis can.diſp.1.quæſt.3.puncto 4. num.2.

15 Quæres,an grauis occupatio, ſine copia breuiarij poſſit eſſe legitima,& rationabilis cauſa;vt quis, ſine vllo peccato inuertat ordinem partium diuini officij? exempli cauſa, dicat prius laudes,& poſtea lectiones? Reſpondeo affirmatiue,vt ſi quis non haberet breuiarium,ſed tantum diurnum,poſſet,recitatis pſalmis matutinis,recitare laudes,ſi timet,ne grauis,& iuſta occupatio ipſum impediat, a recitatione totius officij, niſi recitet tunc, quæ poteſt, ſcilicet pſalmos, hymnos, & cætera,quæ habet in diurno,poteſt licite ea dicere, & poſtea, breuiario habito,lectiones,& reſponſoria ſupplere,ita P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canon. cap.24.num.5. fin.P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.5.num.166.fin. P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.7.quæſt.5.dicto 3.num. 233. P.Layman tom.2.theologiæ moralis lib.4.tract.1.cap.5.num.7.verſ. adde ſecundo.Philiarchus par.1.lib.1.cap.6. concluſione 1. Bonacina to.1.tract.de officio diſp.1.q.3.puncto 4.nu.5.fin.

16 Quæres, an ſit aliquis ordo neceſſario ſeruandus, inter matutinum, & miſſam, & per conſequens, an ſit peccatum mortale celebrare miſſam, non recitato matutino? Reſpondeo, hoc dubium diffuſe tractatum fuiſſe à nobis in primo libro de primo, ac præcipuo ſacerdotis officio cap. 4. dub. 3. vbi cum probabiliori ſententia docuimus, nullum eſſe neceſſarium ordinem ex natura rei, aut ex inſtitutione, inter matutinum, & miſſam, ac propterea nullum eſſe peccatum per ſe, & ex natura rei hunc ordinem non ſeruare, ſcilicet celebrando miſſam, non recitato matutino, quare hic nihil puto addendum, niſi aliquos doctores, qui docent illam ſecundam ſententiam, quam ibi, tamquam probabiliorem ſequendam putaui, ſcilicet. P. Gabrielem Vaſquez in opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 3. num. 65. P. Thomam Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 38. concluſ. 1. 2. & 3. P. Filliucium tom. 2. tract. 23. cap. 7. num. 235. Molfeſium tract. 5. cap. 2. nu. 31. Squillantem par. 1. dub. 27. num. 56. Bonacinam tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 3. puncto 4. num. 11.

DVBIVM SECVNDVM.

Quodnam peccatum ſit, non continuare, ſed interrumpere diuinum officium, cum priuatim recitatur?

1 REſpondeo, de iure communi officia diuina perſoluenda eſſe, ſine interruptione, ita de ipſis in genere ſtatuitur in cap. illud, & cap. nihil. 7. quæſt. 1. & de horis canonicis in particulari expreſſe definitur in cap. dolentes de celebratione miſſarum, vbi reprehenduntur illi, qui, dum horas canonicas recitant, aliqua colloquia intermiſcent, & ratio ipſa naturalis nos docet, hoc per ſe, & ex natura ſua malum eſſe, nã ſi inurbanum eſſet ſermonem, cum Rege, vel cum Principe cæptum interrumpere; ergo multo magis orationem, quæ fit, cum Deo, hæc eſt communis ſententia, ita docet Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. concluſione 1. Nauarrus cap. 10. de oratione num. 38. & cap. 16. num. 64. & 65. cap. 21. num. 7. Petrus de Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 6. P. Ioannes Azorius par. 1. inſtitutionum moral. lib. 10. cap. 8. quæſt. 1. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 4. num. 162.

2 Quæres, quando quis dicatur proprie horas interrumpere? Reſpon-

Digitized by Google

Reſpondeo, tunc illas interrumpere, cum aliquam ex ſeptem canonicis horis cæptam intermittit aliquid aliud agendo, vel cum alijs loquendo, animo tamen, & voluntate illam continuandi, poſt finẽ illius actionis, vel collocutionis, quæ interponitur; ita Nauarrus cap. 16. de oratione num. 64. & 66. & cap, 21. num. 7. P. Ioannes Azorius par. 1. lib. 10. cap. 8. quæſt. 2. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis can. cap. 24. nu. 10. quando quis horam cæptam omittit, ſine animo, & volũtate illam continuandi, ſed iterum dicta repetendi, non dicitur illam interrumpere, ſed eam omittere, quod ſi ſine cauſa rationabili fiat, eſt peccatum, ſaltem veniale, quia eſt actus inconſtantiæ, vt docet Sanctus Thomas 2. 2. quæſt. 53. art 5. & Sanctus Antoninus 2. par. tit. 5. cap. 12. & naſcitur ex leuitate animi, nec caret irreuerentia aliqua, erga Deum, nam ſi inurbanum, & inciuile eſt non finire colloquium cæptum, cum Principe, & ad alia, ſine cauſa diuertere, ergo multo magis eſt id facere, cum Deo, ita bene probat Nauarr. cap. 16. de oratione num. 61. & 62. dicto 28. & P. Suarius loco citato num. 10. fin.

3 Quæres, an poſſint horæ canonicæ aliquando, ſine vllo peccato interrumpi? Reſpondeo affirmatiue, primo, quando nõ eſt notabilis mora, quæ interponitur, hoc autem arbitrio prudentis iudicandum eſt, nam in longiori hora v.g. matutino maior temporis mora requiritur, vt cenſeatur notabilis, quã in tertia, vel ſexta, ſic etiam maior permitti poteſt, inter pſalmum, & pſalmum, quam inter verſiculos eiuſdem pſalmi, & ſic de cæteris, cum proportione. Secundo ſi non ſit voluntaria, & libera, ſed neceſſaria, vnde quia cauſa iuſta, & rationabilis inducit neceſſitatem moralem, excuſat ab omni culpa, ita Nauarrus cap. 16. de oratione num. 66. P. Ioannes Azor. par. 1. lib. 10. cap. 8. quæſt. 3. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 24. num. 10. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dububitat. 10. num. 57. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dubio 19. num. 1. P. Filliucius tom. 2 tract. 23. cap. 7. quæſt. 7. dicto 2 num. 239.

4 Quæres, quænam cenſeri poſſint iuſtæ, & rationabiles cauſæ ſufficientes ad excuſandum etiam à peccato veniali? Reſpondeo multas eſſe, omnes tamen ad duo capita reduci poſſe, ſcilicet ad vrbanitatem, & neceſſitatem, ratione vrbanitatis, licitum eſt, vnum, aut alterum verbum reſpondere amico de

aliqua

aliqua re interroganti,ſalutare ſecus eum tranſeuntes,& ſimilia,ratione neceſſitatis licitum eſt, prouidere ſaluti corporali,vel ſpirituali proximi,vt facere opus miſericordiæ corporale,vel ſpirituale,v.g.dare veſtem,vel cibos pauperi,ſubuenire conſilio,doctrina,conſolatione indigenti, ſic etiam prouidere rei familiari propriæ,vel proximi,& ſimilia,quando nõ poſſunt differri in aliud tempus , ſumere medicinam ſibi vtilem,& neceſſariam,quæ ad finem horæ differri non poſſet,ſic etiam,ſi opus eſſet lectionem,vel concionem habere, vel audire,aut facere rem ſacram, iuſſu ſuperioris ; denique iuſtæ cauſæ cenſetur omnia,quæ ſpectant ad ipſummet officium, vel eius finem,vt actus contritionis,& humilitatis, vt pectus percutere,humi ſe proſternere,verba deuotionis, cum ſocio, & vtilia,vel ad intelligentiam eorum , quæ dicuntur , vel ad maiorem attentionem,& deuotionem excitandam . & cum quis ſolus recitat,poteſt miſcere verba aliqua iaculatoria ad Deum . In omnibus prædictis,& ſimilibus,vt ſine vllo peccato fiant,eſt neceſſaria prudẽtia,& moderatio,& quando prædicta impedimenta ſunt præuiſa, debent vitari,quantum cõmode fieri poteſt, vel illa opera anticipando, vel horas alio tempore recitando,ita Gerſon 3. par. materia de oratione littera I.Gabriel in canonem miſſæ lect.62.littera M. Metina Codice de oratione quæſt.de horis iterandis, Ledeſma 2. 4. quæſt.16.art.6.par.par.2.dub.4.Nauarrus cap.16. de oratione à num.65. vſque ad 75. P,Ioannes Azorius par.1.lib.10. cap.8,quæſt.3.P.Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis canonicis cap.24.num.11.P.Leſſius lib.2. de iuſtitia cap.37. dubit.10.num.58.verſ.dixi ſi fiat.P.Reginaldus lib.18.cap.12 ſect.4.num.162.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib. 7.cap.2. dubio 19. num.1.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.3.puncto 2.§.1.num.30. verſ.ſecus .

5 Quæres,an interrumpere diuinum officium,ſine iuſta,& rationabili cauſa,& per longum tempus ſit peccatum mortale? Reſpondeo ſolum eſſe veniale,quod ſit peccatum,patet,tũ quia vnitas vniuſcuiuſque horæ pertinet ad ſolemnem ritum & formam præſcriptam in recitandis horis, ſed per interruptionem tollitur illa vnitas,vel multum minuitur,tum etiam, quia eſt indecens,& irreuerentia, inceptum ſermonem,cum aliqo,abſque cauſa interrumpere, ergo multo magis cum Deo, quod vero ſolum ſit veniale , probatur,quia remanet

ſubſtan-

ſubſtantia horarum, ergo non eſt materia grauis ſufficiens ad peccatum mortale,ita Nauarr.cap.16. de oratione num. 64.& 75.Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83.art.12.dub. 6.fin. Ioannes Azorius par.1.lib.10.cap.8.quæſt.6. P.Suarius tom. 2.de religione lib.4.de horis canon.cap.24. num. 10. Rodriquez par.1.ſummæ cap.143.concluſ.3. P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.10.num.57.vbi dicit,eſſe ſolum peccatum veniale,etiam ſi interruptio ſine cauſa facta duret per vnam, aut duas horas.P.Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib. 7.cap.2.dub.19.num.3.dicit,*quando interruptio non eſt ad longum tempus, peccabit venialiter.* P.Filliucius tom. 2.tract.23. cap.7.quæſt.7.dicto 2.num. 239. Bonacina tom.1.de officio diſp.1.quæſt.3.puncto 2.§.1.num.30.

6 Quæres,an interruptio diuini officij poſſit eſſe tãta, vt perueniat ad peccatum mortale? Reſpondeo, in qualibet interruptione diuini officij duo poſſe conſiderari, primum temporis moram,qua ceſſatur à recitatione diuini officij.Secundum actionem, quæ interponitur, ſi igitur loquamur de interruptione reſpectu temporis moræ;ſunt duæ ſententiæ.Prima affirmat,interrumpere diuinum officium, etiam per longum tempus,etiam ſine cauſa,non eſſe peccatum mortale,ſed ſolum veniale,quia ſinguli pſalmi, imò ſinguli pene verſiculi per ſe ſuum habent pondus, & completam ſignificationem, ſuntque per ſe,vel precatio quædam,vel laudatio, vel ſententia,non habens neceſſariam,cum alijs cõnexionem, ita docet Aragonia 2.2.quæſt.83.art.12.dub.6.fin.P.Leonardus Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubio 10.num.57. P. Filliucius loco citato Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1. quæſt.3.puncto 2.§.1.num.28.

7 Secunda ſententia affirmat,interrumpere diuinum officium per temporis moram,ſic longam,vt moraliter cenſeatur horæ recitationem facere ſic diſcontinuam, vt merito dicta,& dicenda non faciant quid vnum;eſſe peccatum mortale. Ratio eſt,quia tunc non recitaretur integra hora,ſed pars notabilis omitteretur,cum non poſſint illæ partes moraliter continuari,ita docet Nauarrus in cap.16. de oratione num.75. fin.P.Ioannes Azorius par.1.lib.10.cap.8.quæſt.4.vbi ait.*Raro poſſe iuſtam cauſam occurrere interrumpendi horas breues, puta tertiam,ſextam,nonam, Et ſi iuſta cauſa ſubſit, dum quis horam recitat,poteſt vnum pſalmum inceptum interrumpere per*

vnum quadrantem horæ, aut eo amplius. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 24. num. 10. dicit, prudentis arbitrio penſandā eſſe temporis moram, an ſit notabilis, habita proportione ad horam, quæ dicitur, & ad partem officij, in qua fit interruptio. P. Reginaldus lib. 18 cap. 12. ſect. 4. num. 162. documento primo fin. P. Sanchez tom. 2. conſilior. moral. lib. 7. cap. 2. dubio 19. num. 3. dicit, eſſe peccatum veniale, *quando interruptio non eſt ad longum tempus*, ſignificans, eſſe mortale, ſi ſit ad longum tempus, hæc ſententia mihi videtur probabilior, nam quando, tam longa eſt temporis mora, vt prudentis arbitrio, non cenſeatur moraliter continuari hora, vel pſalmus, puto interruptionem fieri, cū peccato mortali, ſi fiat in parte norabili.

8 Si vero loquamur de interruptione, reſpectu actionis, quæ interponitur, Reſpondeo, talem interruptionem fieri poſſe, cum peccato veniali, vel cum mortali, ex qualitate enim actionis, quæ interponitur, pendet maior, vel minor quantitas culpæ, ſi enim interponantur verba non neceſſaria, nec valde vtilia, ſed otioſa, vana, riſus, ioci, & ſimilia ad modicum tempus, erit ſaltem duplex peccatum veniale, nimirum, officium diuinum ſine legitima cauſa interrumpendo, & otioſa verba intermiſcendo, ratio eſt, quia ex natura rei, eſt indecens interrumpere incæptam precem cum Deo, propter verba inutilia, & otioſa: ſi vero interponantur verba turpia, & indecētia, tam grauis poterit eſſe culpa, vt ſit peccatum mortale, contra religionem, propter irreuerentiam in Deum, quamuis poſſit hoc aliquando non eſſe peccatum mortale, contra præceptum recitandi, vt ſi quis ſtatim poſt illam actionem moraliter peccaminoſam, eadem hora, abſoluat officium interruptum, & idem dicendum eſt de illis, qui licet ipſi non loquantur, præbent tamen aures loquentibus, & de actionibus impertinentibus, vel turpibus, idem etiam de actionibus inutilibus, vel non neceſſariis, quæ poterant in finem horæ differri, in hac concluſione conueniunt Nauarr. cap. 16. de oratione num. 75. P. Azorius par. 1. lib. 10. cap. 3. quæſt. 6. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 24. num. 11. P. Comitulus lib. 1. reſponſ. moral. quæſt. 66. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 4. num. 162. documento 1. final. P. Layman tom. 2. Theologiæ moralis lib. 4 tractat. 1. cap. 5. num. 7.

9 Quæ-

9 Quæres,an quando quis,ſine iuſta, & legitima cauſa diuinū officium per longum tempus interrumpit, teneatur dicta repetere,an vero poſſit illud, ſine peccato mortali continuare? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima affirmat, teneri prædictum officium ab initio repetere, ſi vult peccatū mortale euadere, ratio eſt, quia vnitas vniuſcuiuſque horæ pertinet ad ſolemnem ritum,& formam præſcriptam in horis recitandis, ſed per prædictam interruptionem, hæc vnitas tollitur,nam moraliter non videtur continuari,quod dictum eſt prius,cum eo,quod poſt octo, vel decem horas dicitur,ac proinde pſalmi mane recitati,cum illis, qui veſperi,vel ſero recitantur,non efficiunt vnam orationem,nec vnum officium diuinum,hanc ſententiam docet Nauarrus cap.16.de oratione num.75.fin.Medina Codice de oratione quæſt.16.§.3.fin. Squillans de obligatione cleric.par.1.dub. 15.num. 48. Molfeſius in ſumma tom.1.tract.5.cap. 2.num.38. Ragucius de officio canonicorum in choro quæſt.14.num.9.Homobonus de exam.eccleſ.par.1.tract.4. cap.4. quæſt.30.Carolus Macignus de horis canonicis cap.87.num.12. P.Ioannes Azorius par.1.lib.10.cap.8.quæſt.5.verſ.ſed dubiæ.P. Paulus Comitulus lib.1.reſponſ.moral.quæſt.66.num.2. P.Reginald. lib.18. cap.12.ſect.4.num.162 documento 1.fin.

10 Secunda ſententia docet, quamuis interruptio ſit per longū tempus,& ſine iuſta cauſa,non eſſe peccatum mortale, non repetere recitata, nec ab initio incipere, ratio eſt,quia tunc etiam præceptum impletur,quoad ſubſtantiam, licet in modo accidentali peccetur venialiter: ita Theodorus Peltanus lib.3.de bonis operibus cap.6.aſſertione 4. fin.Marcellus Frācolinus tract. de tempore horarum canonicarum cap.27.nu. 9.Lælius Zeccus in ſumma cap.83.de officio diuino num.10. Fernandez in exam.Theolog.par.3.cap.13.§.7.num.5 Petrus de Aragonia 2.2.quæſt.83 art.12.dub. 6. fin. Rodriquez par. 1.ſummæ cap.143.concluſ.3.Vega in ſumma tom 1.cap.128. caſu 21.Ledeſma in ſumma par. 2.tract. 9.cap. 1.fol.522.Zanardus in directorio par.1. cap.23. in 3. præcepto fol.614. Villalobos in ſumma tom.1.tract. 24. dub.11 .num.4.P.Leſſius lib.2 de iuſtitia cap 37. dubitat. 10. num.57.P. Vaſquez opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art.3.dub.6.num.112. P. Sanch. tom.2.conſil.moral.lib 7.cap.2.dub.19.num 5. P.Layman tom. 2.Theologiæ moral.lib.4.tract.1.cap.5.num.7.§.ſed cō-

Digitized by Google

troverſia. Barboſa in collect.tom.1.lib.3.tit. 41. cap.9.num. 17.Naldus in ſumma,verbo,officium diuinum num.6. Bonacina tom.1.tract.de officijs diſp.1.quæſt.3.puncto 2.§.1.num. 28.Diana par.2.tract.12.de horis canon.reſolut.4.

11 Pro ſolutione præſentis dubij,dico, primam ſententiam eſſe valde probabilem,& magis tutam, & ideo aliqui doctores ſecundæ ſententiæ dicunt, conſultum eſſe, ſi commode fieri poſſit, repetitionem facere ab initio, ſaltem nocturni, vel pſalmi,ſi interruptio fuit magna,licet iuſta,ita P. Layman tom.2 Theologiæ moralis lib.4 tract 1.cap.5.nu.7.& P. Sanchez tom.2.conſiliorum moral.lib.7.cap.2.dub.19.num.5 ait, ad vitandum veniale,melius eſſet repetere. Secundã vero ſẽtentiã eſſe probabiliorem, & etiam tutam in praxi,& ratio eſt,quia ſupra dubio præcedenti num.14.cum communi ſententia docuimus,illum,qui ex obliuione omiſit aliquam partem horæ,non teneri totam repetere,ſed ſolum partem omiſſam,quando,intra eundem diem recordatur,ergo continuatio non eſt de eſſentia, alias eſſet tota hora repetenda, & Nauarrus,qui ſequitur primam ſententiam, tamen in cap.16.de oratione num.70.ait, *non tamen auderem damnare illum,qui, relicta hora incæpta,ſtudij tunc temporis neceſſarij gratia,ſtatim eo finito,continuaret cæptam,& non à capite repetere*, & addit, *quin,& ipſe non ſemel,recitando ſolus,et non aſſequendo ſatis intellectum alicuius loci ſcripturæ occurrentis ſubſtiti, vt doctores in eum comminiſcentes conſulerem,quibus conſultis,ſine iteratione recitatorum,ab eo loco horam cæptam, abſque vllo conſcientiæ ſcrupulo ſum perſequutus*. & P. Comitulus lib.1.reſp. moral.quæſt.66.num.2. ſequitur ſententiam Nauarri.

12 Quæres,an idem dicendum ſit,quando officium diuinum iuſta de cauſa fuit interruptum? Reſpondeo multo minus eſſe repetendum,quia præceptum recitandi officium ſeruatur, quoad ſubſtantiam,& cauſa iuſta inducit quandam neceſſitatem moralem,& ideo facit,vt interruptio non cenſeatur moralis,ac proinde nec voluntaria, & libera, & propterea Nauarrus concedit longiorem moram interruptioni, cum iuſta cauſa,nam cap.16.de oratione num.70.concedit,vt quis poſſit conſulere doctores ad intelligendum aliquem locum ſcripturæ in officio occurrentis, vt præcedenti num. dictum eſt, & num.71.ait,*nec reprehenſione dignum iudicarem eum, qui integram concionem,aut miſſam interponeret*, eum ſequitur P.Io:

Azor-

Azorius par.1.lib.10.cap.8.quæſt. 9. vbi ait, *officium diuinum captum, & iuſta de cauſa interruptum, non eſſe repetendum.* Aragonius, & P.Leſſius locis ſupra num.10.citatis, dicunt, numquam eſſe repetendum, quomodocunque ſit interruptum, etiã per longum tempus.

13 Quæres, an ille, qui diuinũ officium interrumpit per riſum, iocos, & ſermonem inhoneſtum, vel per alias malas actiones, teneatur illud repetere, ſi fuit per paruum tempus interruptum? Reſpondeo negatiue, ratio eſt, quia interpoſitio, ex eo ſolo, quod ſit mala, neminem obligat ad repetendum ab initio, quod antea rite erat recitatum; & ratio à priori eſt, quia parum temporis, vel alterius actionis, etiam impertinentis, & non neceſſariæ interpoſitum alicui actui, non reddit illum moraliter non continuum, quia in moralibus parum, pro nihilo reputatur, ita expreſſe docet Nauarrus cap. 16. de oratione num.75.quem ſequitur P.Azorius par. 1 lib. 10. cap.8. quæſt. 6. denique in omnibus interruptionibus diuini officij hæc generalis regula ſtatuenda eſt, ſiue bona, ſiue mala ſit actio, quæ interponitur, parum referre ad hoc, vt poſſit, ſine peccato continuari, vel non continuari diuinum officium interruptum, quia continuatio pendet ex mora temporis maiori, vel minori, nam poteſt aliquando aliquod peccatum interponi, etiam ſi ſit mortale, & grauiſſimum, & tamen ſi per breue tempus interrumperet diuinum officium, poſſet, ſine peccato continuari, & impleri præceptum illud recitandi, quia illa eſt malitia diuerſæ rationis, aliquando vero poteſt per longum tempus interponi opus bonum, & tamen, iuxta primam ſententiam, non poteſt continuari, quia moraliter, quod per longum tempus eſt interruptum, non cenſetur intermiſſum, ſed finitum, ac proinde, non cenſetur continuari, vt docent Medina Codice de oratione quæſt.16.prope finem, Nauarr. cap.16.de oratione num.75.& P. Azorius par.1. lib. 10.cap.8.quæſt.5.fin.hæc regula colligitur ex doctrina P.Suarij tom. 2. de religione lib.4. de horis canonicis cap.24. num.11.

14 Quæres, an ille, qui diuinum officium interrumpit animo, & voluntate non continuandi reliquum, quod ſupereſt, ſed repetendi, quod antea recitauerat, ſatisfaciat ſuæ obligationi, ſi poſtea continuet, & nõ repetat recitata? Reſpondeo, circa hoc dubium tres eſſe ſententias. Prima affirmat prædictũ

non

non ſatisfacere,ratio eſt,quia actus, vltra intentionem agentis non ſe extendit,ſed prædictus habuit intentionem repetẽdi recitata,ergo,ſi ea non repetit,non ſatisfacit : ita Nauarr. cap.16.de oratione num.73.& 74.Medina Codice de oratione quæſt.16.verſ.de tertio,P.Comitulus lib.1.reſponſ.moral. quæſt.66.fin.

15 Secunda ſententia,docet prædictum ſatisfacere,quia poteſt voluntatem mutare,& ratum habere,id, quod recitauit animo,& voluntate repetendi,ac proinde, poſſe cæptam horam proſequi,& ratio eſt,quia vtraque pars dicta eſt, cum intentione ſufficienti adimplendi præceptum , & non eſt neceſſaria continuatio,ergo ſufficienter adimpletur, hanc ſententiã ſequitur P.Leonardus Leſſius lib.2.de iuſtitia cap. 37. dubit. 10.num.59.P.Thomas Sanchez tom.2.conſiliorum moral.lib. 7.cap.2.dubio 19. num.6.

16 Tertia ſententia , diſtinguendo conciliat vtramque ſententiam,nam ſi prædictus,cum ab initio cæpit officium recitare, habuit propoſitum, & voluntatem totum repetendi , tenebitur illud repetere,vt docet prima ſententia,ſi vero initio non habuit propoſitum,& voluntatem totum iterandi , ſed reliquum continuandi,ſed poſtea voluntatem mutauit, quia ſtatuit repetere.quod iam antea rite recitauerat, non tenebitur repetere,ſed licite poterit continuare , vt docet ſecunda ſententia,quia licet ei ab ea voluntate recedere , & priſtinam reuocare,ita docet Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canonicarum cap.27.num.11.& 12.P,Ioannes Azorius par.1.lib.10.cap.8.quæſt.7.P.Reginaldus lib. 18. cap.12. ſect 4.num.163.documento 2. Mihi ſecunda ſententia videtur probabilior, tuta in praxi , & vera . Tertia etiam probabilis.

17 Quæres,an idem dicendum ſit de interruptione,quæ ſit in alijs orationibus vocalibus? Reſpondeo affirmatiue,vnde, qui ratione voti , vel pœnitentiæ à Confeſſario iniunctæ,vel Regulæ Monaſticæ,aut indulgentiæ lucrandæ,tenentur dicere Coronam,Roſarium,ſeptem pſalmos,vel aliquot Pater noſter,& ſimilia,poſſunt iuſtis de cauſis,ſine vllo peccato illa interrumpere . Quare , qui tenetur quotidie recitare ſeptem pſalmos,poſſet illos à mane, vſque ad veſperam ſeptem vicibus recitare, ſic etiam Coronam Beatæ Virginis ſex vicibus, & tertiam partem Roſarij quinque vicibus,dicendo ſingulis vici-

vicibus vnam decadem,continentem, vnum Pater noſter, & decem Aue Maria,quia vnaquæque decas diſtincta eſt ab alia decade,ſicut vna hora canonica ab alia,& ſi hoc modo recitetur Corona commodius,& deuotius recitabitur: eadem ratione,qui tenetur quinque eccleſias, vel altaria viſitare ad lucrandas indulgentias, poterit quinque vicibus interruptis viſitare: hanc ſententiã docet,& bene probat Nauarrus cap. 10.de oratione à num. 38. vſque ad 43. quem ſequuntur P. Azorius par.1.lib.10.cap.8.quæſt.8.P.Suarius tom. 2. de religione lib.3.de oratione cap.9.num.15. P. Sanchez in ſumma tom.1.lib.4.cap.11.num.39.& tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.19.num.5.& 7. P.Reginaldus lib 18.cap.12. ſect.4 num.165.documento 4.Bonacina tom.1.tract.de offic. diſputatione 1. quæſt. 3. puncto 2.§.1.num.30.verſ.ſecus, & alij.

CAPVT VIII.

De integritate, neceſſario requiſita in priuata diuini officij recitatione?

PRIMVM DVBIVM.

An omnes,qui tenentur diuinum officium recitare, teneantur illud ex præcepto integre perſoluere?

1 RESpondeo affirmatiue,ratio eſt, quia hoc præceptum obligat ad recitandum totam integram illam precationem, ſicut præceptum audiendi Miſſam, qui enim tenentur Miſſam audire,tenentur integram illam audire;habemus hoc præceptum expreſſum ex Concilio Agathenſi, quod refertur in cap.1.de celebratione Miſſarum,vbi dicitur,*Presbyter mane matutinali officio expleto,penſum ſeruitutis ſuæ,videlicet primam,tertiam,ſextam,nonam,veſperamque perſoluat*,& in fine capitis dicitur. *Matutini,primæ,tertiæ. ſextę,nonæ,veſperę,& completorij tempore, noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus*,& Innocentius III.in Concilio *Lateranenſi*, & refertur. cap.dolentes eodem tit.ait, *Diſtricte præcipientes in virtute obedientiæ,vt diuinum officium nocturnum pariter,& diurnum, quantum eis Deus dederit,ſtudioſe celebrent pariter, & deuote.*

idem

idem etiam præcepit Clemens V. in Concilio Viennenſi,vt habetur in Clementina prima eodem tit.vbi ait, *debite celebretur diuinum diurnum,& nocturnum officium*, ex quibus iuribus manifeſte apparet,præceptum eſſe datum de toto,& integro officio diuino, tam diurno, quam nocturno,& in hoc omnes doctores coneniunt.

2 Quæres,an ille, qui priuatim recitat diuinum officium,teneatur ſuo ore totum illud proferre, an vero cenſeatur illud integre recitare,& ſatisfacere obligationi,ſi illud, cum ſocio recitet,partim dicendo,partim audiendo? Reſpondeo, liberum eſſe vnicuique vtroque modo officium recitare, & ideo ſiue ſolus,ſiue cum ſocio illud recitet,ſemper obligationi ſatisfacere,ratio eſt,quia cum eccleſia introduxerit vſum alternatim recitandi in choro,& oratio priuata ſit ſubrogata,loco publicæ,pro his,qui publicæ non interſunt,videtur idem recitandi modus conceſſus in oratione priuata, & ita habet conſuetudo,& praxis vniuerſalis eccleſiæ. Vnde Concilium Baſilienſe ſeſſ.21.§.4.tit. quomodo horæ canonicæ dicendæ ſint extra chorum,dicit,*ſiue ſoli,ſiue aſſociati diurnum,nocturnumque officium reuerenter, verbiſque diſtinctis peragant*. Neque is,qui hoc modo recitat dicetur omittere partem, quam ſocius recitat,ſed moraliter cenſetur totum recitare,dummodo partem illam audiat, quia communione ſocij pars illius fit ſua,ita docent Paludanus in 4.diſt.45. quæſt.2. art.2.concluſione 2. Maior lib. 12 quæſt.6. Henricus quodlibeto 29. quæſt.30.S.Anton.2.par.tit.9.cap.12.§. 3. negligentia 1.fin. Syl.verbo horæ quæſt.7.fin.Nauarrus cap.10.de oratione nu. 16.17.& 19.P.Azorius par.1.lib.10.cap.7.quæſt.5. P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canon.cap. 25. num.1.P. Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubitat.9.num.52.P. Sanchez in ſumma tom.1.lib.4.cap.11.num.37.& 38. & tom.2 conſil. moralium lib.7.cap.2.dubio 13.num.1. P.Reginaldus lib.18. cap.12.ſect.3.num.158.documento 5.P.Filliucius to. 2,tract. 23.cap.7.quæſt.8.num.240.Bonacina tom.1.tract. de officio diſp.1.quæſt.3.puncto 2.num.5.

3 Quæres,an licita ſit prædicta alternatio dicentis,& audientis in recitatione aliarum precum dicendarum ex obligatione,v.g.pſalmorum pœnitentialium,ex voto,vel ex impoſitione confeſſarij dicendorum, aut officij defunctorum ex libera promiſſione,vel ex ordinatione defuncti,& ſimilium? & an

eodem

eodem modo recitari poſſit, cum ſocio Corona, aut Roſariũ Beatæ Virginis, ex voto, vel mandato confeſſarij, vel ſuperioris? Reſpondeo affirmatiue, ratio eſt, quia ſicut eccleſia vtile iudicauit horas canonicas alternatim recitare, quia hoc modo, vt plurimum attentius, & deuotius dicũtur, ita poſſumus interpretari, idem velle, vt fiat in alijs precibus, nam prædicta ratio, tam militat in recitatione horarum canonicarum, quã in alijs precibus, quare prædictus modus, alternatim recitandi, licite adhiberi poteſt in omnibus, in quibus, vel plurimi ſunt verſiculi, vel eadem ſæpiſſime repetuntur, etiamſi ex voto, vel ex pœnitentia confeſſarij ſint recitandæ, niſi aliud expreſſe ſit iniunctum, & hoc locum etiam habet, cum plures ſunt, quorum ſinguli tenentur ad integram recitationem, ita docet Paludanus in 4.diſt.45.quæſt.2.art.2.concluſ.2.Nauarrus cap.10.de oratione num.19. & ſequentibus, P.Emanuel *Sà*, verbo horæ nu.13.in libris correctis num.12. P.Azorius par.1.lib.10.cap.7.quæſt.10.P.Suarius tom.2.de religione lib.3.de oratione cap.9.num.14.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.9.num.52.verſ.hic tamen, P.Sanchez tom.2.cõſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.13.num. 1.P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.3.num.159.dubio 4.& 5.P. Paulus Layman tom.2.Theolog.moral.lib.4.tract.1.cap. 5. nnm. 8.§.adde 3. Naldus in ſumma verbo, officium diuinum, nu.9. Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.3. puncto 2.num.7.

4 Quæres, an ſi quis recitet diuinum officium, cum ſocio, qui non tenetur illud recitare, ſatisfaciat obligationi ſuæ? *R*eſpõdeo affirmatiue, ratio eſt, tum quia ſic habet conſuetudo, tum etiam, quia id poteſt fieri in choro, iuxta cap.1.de celebratione Miſſarum, vbi à ſcholaribus permittitur recitari, & ratio à priori eſt, quia, vt quis ſatisfaciat ſuæ obligationi, parum refert, an ſocius ex obligatione recitet; dummodo bene pronunciet, & poſſit ipſum audire, nam cum ipſo recitans, perinde, ac cum alio obligato, poteſt recitare partim dicendo, partim audiendo omnia. Neque ſocius tenetur attendere his, quæ recitat; quia neque ipſe ſe obligat, quaſi ex voto ad orãdum, neque ab eccleſia talis ei obligatio imponitur neque ex natura rei ſequitur, propter cooperationem cum alio, qui obligatur; nam alius ſatisfacit, partim dicendo, partim audiẽdo; quare ſocius, qui liber eſt ab obligatione, non tenetur attendere ad ea, quæ ipſe dicit, neque audire, quæ dicit alius;

ſed ſolum ita diſtincte, & bene legere, vt alius poſſit audire, & ideo, ſi nolit orare, ſed tantum illud legere, neque peccabit venialiter, non attendendo, ita docet P. Ioannes Azorius par. 1. lib. 10. cap. 7. quæſt. 6. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 7. num. 5. cap. 12. num. 6. & cap. 25. num. 2. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 3. nu. 158. dubio 1. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 8. P. Filliucius tom. 2. tractat. 23. cap. 7. quæſt. 8. num. 241. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 3. puncto 2. num. 6.

5 Quæres, an ſi quis priuatim recitet, cum ſocio, qui non tenetur recitare officium, ſatisfaciat ſuæ obligationi, ſi partem ſuam, ita ſubmiſſe proferat, vt non poſſit audiri à ſocio, ipſe tamen attente audiat partem illius? Reſpondeo affirmatiue. ratio eſt, quia prædictus vere dicit partem ſuam, & partem alterius audit, quod vero ſocius non audiat, contra nullum præceptum eſt, cum ſupponamus illum non teneri ad recitãdum officium, ita P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon cap. 7. num. 5. & cap. 12. num. 6. argumento 3. vbi hoc etiam probat, quia viri pij, & timorati ſæpe, ita recitant, vel vt minus fatigentur, vel quia, ita magis ad deuotionem prouocantur; nec eſt contra hoc id, quod dicit P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 6. dubio 5. propoſitione 4. vbi dicit, *Recitantem, cum ſocio debere ab eo audiri*, quia loquitur de ſocio obligato ad recitandum officium.

6 Quæres, an peccent mortaliter, qui ita, cum ſocijs feſtinanter recitant diuinum officium, vt non dum expletis verſibus à ſocijs, incipiant recitare verſus ſequentes? Reſpondeo affirmatiue, ſi id fiat in omnibus verſibus, vel in notabili quantitate, ratio eſt, quia nec ipſi ſociorum partem integram officij audire poſſunt, nec ſocij partem ipſorum, ita Nauarrus cap. 13. de oratione num. 37. fin. vbi ait, magnum recitantium abuſum eſſe, & cap. 16. num. 25. dicit, grauiter peccare, & in Manuali cap. 25. num. 98. dicit, eſſe graue peccatum. Cardinalis Toletus in ſumma lib. 2. cap. 13. num. 6. verſ. prima attentio, vbi ait, non implere præceptum. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 3. puncto 2. num. 3. dicit, non ſatisfacere obligationi.

7 Quæres, an illi, qui cum prædictis recitant, peccent mortaliter, & an famuli, & domeſtici, qui tenentur diuinum officiũ recitare, ſi illud recitent, cum ſuis dominis, vel Prælatis, qui

ſæpe

Digitized by Google

ſæpe ſyncopant,vel non bene pronunciant verba,vel incipiũt verſum,non dum priori abſoluto,ſi ſit notabilis confuſio? Reſpondeo peccare mortaliter,ſi non habeant propoſitum illud repetendi,ſi autem repetant,non peccare,ratio eſt, quia præceptum eccleſiaſticum eſt non ſolum de recitando officio,ſed etiam de modo illud recitandi in cap.dolentes.de celebratione Miſſarum.*diſtricte præcipitur in virtute obedientiæ , vt diuinum officium nocturnum , pariter , & diurnum,quantum Deus dederit,ſtudioſe celebrent, pariter,et deuote* , vbi illa aduerbia. *ſtudioſe,et deuote*,modum declarant, vt ibi bene notat Gloſſa, nam ſtudioſe pertinet ad officium oris, quo debent horæ canonicæ pronunciari,ita docet Paludanus in 4.diſt. 15.quæſt. 5.art.2.concluſ.5.vbi ait.*oratio debet eſſe integra,vt nihil de ea furetur,ſyncopando,omittendo, nimis feſtinando . vnde tenetur redicere,quinotabiliter male dixit* . Idem docent Sanctus Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.5.fin.Angel. verbo , hora.num. 18.fin.Syiu.ibi quæſt.12.dicto 4.qui addunt; debet redicere, ſi vult euadere mortale , expreſſe Nauarrus in Manuali cap. 25.num.98.& 99.Cardinalis Toletus lib.2.cap. 13. nu.6.verſ. prima attentio.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib. 7.cap.2.dubio 17.num.1.& 2.P.Reginal.lib.18.cap.11.ſect.3. num.146.

8 Quæres,an ſurdus,ſi rcitet diuinũ officiũ,cum ſocio ſatisfaciat obligationi? Reſpondeo negatiue,ratio eſt , quia nequit audire partem,qum dicit ſocius,ac proinde non recitat integrum officium , ita Nauarrus cap. 19. de oratione num.80. concluſione 8.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7. cap.2.dub.13.num.2.ſi vero recitet ſubmiſſe partem, quam ſocius recitat , ſatisfaceret, quia tunc integrum officium recitaret .

19 Quæres,an poſſit diuinum officiũ à tribus ſimul,quatuor, vel pluribus recitari? Reſpondeo affirmatiue, dummodo tamen duo tantum chori conſtituantur,ita vt ſemper vnus chorus dicat,& alter audiat,ſiue bini ex vna parte,& bini ex altera,ſiue vnus ex vna parte,& bini , vel plures ex altera , itaut alternatim dicant,& tunc ſatis erit, ſi vnuſquiſque , dicto ſuo verſu,percipere poſſit verſum alterius chori,ſiue ab vno tantum , ſiue à pluribus ſimul illum audiat , ſi vero fierent tres chori,aut quatuor , non ſatisfacerent, quia tunc ſinguli dicerent ſolum tertiam,aut quartam partem officij,quod eſt contra

tra vſum eccleſiæ : ſed hoc ſolum habet locum in pſalmis,& hymnis,nam in capitulis,lectionibus, & orationibus ſatis eſt vt vno dicente,cæteri audiant, nam ita ſit in choro,& ſic habet vniuerſalis conſuetudo , ſi enim plures ſimul lectionem legerent,confuſionem parerent,ita Sylu.verbo horæ quæſt.7. fin.Nauarr.cap.10.de oratione num.16.P.Azorius par.1.lib. 10.cap.7.quæſt.7.& 8.P.Suarius tom. 2. de religione lib.4.de horis can.cap.25.num.3.P. Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.3. num.158.dub.1.fin.& 2.P.Layman tom.2.Theologiæ moral. lib.4.tract.1.cap.5.num.8.P.Filliucius tom. 2. tract.23.cap.7. quæſt.8.num.242.Bonacina tom. 1. tract.de officio diſp.1.q. 3.puncto 2.num.10.

10 Quæres,an quando duo, vel tres ſimul recitant, ſit neceſſarium,vt lectiones alternatim dicant,vel ſi ſint plures,vt ſinguli ſuo ordine lectionem dicant,an vero poſſit vnus omnes dicere,cæteris audientibus? Reſpondeo communem vſum eſſe, vt ſinguli dicant ſuam lectionem,.quia hoc videtur magis vrbanum, non tamen eſſe neceſſarium , ſed poſſe vnum, omnes dicere,cæteris audientibus,ratio eſt,quia in choro fere omnes,audiendo omnes lectiones,licet nullā dicant,ſatisfaciunt. ergo ad integritatem officij , quod ſpectat ad lectiones,ſatis eſt audire,imo in ipſo choro poſſet vnus ſolus omnes,vel plures lectiones dicere , ſi id magis placeret audientibus,ergo idem poterit fieri in priuata recitatione,ſi commodius ſit,ita Nauarrus cap.10. de oratione num.16. P. Ioannes Azorius par.1.lib.10.cap.7 quæſt.8.P. Suarius tom. 2. de religione lib.4.de horis canon.cap.2. num.4.P.Reginaldus lib.18.cap. 12.ſect.3.num.158.dub.3.P.Filliucius tom.2. tract.23.cap.7. quæſt.8.dicto 1.num. 241. Bonacina tom. 1. tract.de officio diſp.1.quæſt.3.puncto 2.num. 11. Diana par.2.tract.12.de hor.canon.reſolut.12.

11 Quæres,an antiphonæ , quando integræ dicuntur in fine pſalmi,vel etiam in principio,vt ſit in duplicibus,debeant ab omnibus ſimul recitari,vt ſit in choro? Reſpondeo , Summā Roſellam, vt refert Sylu. verb. horæ. quæſt.7.affirmare antiphonas ab omnibus ſimul dicendas eſſe, quia ita habet vſus chori,reſponſoria vero ſatis eſſe audire, quia in choro ſolent vt plurimum à cantoribus cantari,ſed quamuis ita fieri poſſit,non eſt tamen neceſſarium , quia in priuata recitatione communior vſus eſt,vt vnus dicat totam antiphonam , & alter in-

ter incipiat pſalmum,& in fine pſalmi vnus repetat antiphonam,& alter dicat aliam antiphonam, quando duplicantur, itaut antiphonæ ſuppleant vicem verſuum, & alternatim,ſeu ſucceſſiue,dicantur, & hic modus, cum proportione ſeruatur in reſponſorijs,& alijs,quæ alta voce recitantur, non vero in ijs,quæ ſecretè,vt Pater noſter,Aue Maria,Credo, Salue Regina,& ſimilibus,quia tunc non poteſt vnus ab alio audire,& ideo neceſſe eſt, vt omnes dicant. Hæc concluſio colligitur ex Sylu.vebo horæ quæſt.7. Nauarro cap.10. de oratione num.16.& 17.P.Azorio par.1.lib.10.cap.7. quæſt.8.P. Suario tom.2.de religione lib.4.de horis canon.cap.25.num. 5.P.Reginaldo lib.18.cap.12.ſect.3.num.158.dub.3.P.Filliucio tom.2. tract. 23. cap.7.quæſt.8.num. 241.Bonacina loco citato.

DVBIVM SECVNDVM.

Quodnam peccatum ſit violare hoc præceptum de integritate diuini officij?

1 RESpondeo,circa hoc dubium fuiſſe errorem aliquorum affirmantium omittere integrum officium diuinum vnius diei, vel aliquam horam ex negligentia, non eſſe peccatum mortale, ſed tunc tantum, quando ex faſtidio diuini cultus,vel ex contemptu, aut ex conſuetudine fit, ita docuit Riccardus Anglicus in quodlibeto, vt refert Angelus,verbo, hora.num. 10. & Sylueſter ibi quæſt.12. dicto 5.hoc videtur Angelus ibi aliquo modo probare, quia dicit, *hæc opinio,eſt humanior,ſed contraria videtur tutior*: ſed re vera hodie prædicta opinio eſt practice improbabilis,& temeraria,vt bene dicit P.Snarius loco infra citando,quia eſt,cõtra omnes doctores, & ſine vllo fundamento.Vera ſententia communis docet, non ſolum omittere integrum officium ex negligentia, ſed etiam quamlibet horam,aut partem notabilem, eſſe peccatum mortale, quia trãſgreditur præceptum eccleſiæ in materia graui. Pro reſolutione igitur dubij.

2 Dico primo, voluntariè omittere integrum officium diuinum vnius diei,ſiue ex tædio diuini cultus,aut contemptu,ſiue ex negligentia,aut conſuetudine, ſi ſine legitima excuſatione fiat,eſſe ex ſuo genere peccatum mortale,ratio eſt,quia hoc

hoc præceptum obligat, ſub peccato mortali, cum ſit de virtute Religionis,& reſpiciat diuinum cultum, & totius eccleſiæ vtilitatem, & in cap.dolentes de celebratione Miſſarum præcipitur hoc in virtute obedientiæ. Secundo,quia materia integra vnius officij totius diei naturalis, eſt valde grauis,vt docent communiter doctores, quare ſicut omittere in die feſto integram miſſam,vel frangere ieiunium præceptum vnius diei ex ſuo genere eſt peccatum mortale, iuxta communem eccleſiæ conſenſum, ita eadem ratione omiſſio totius officij vnius diei erit peccatum mortale. ita ſentiunt omnes doctores.Henricus de Gandauo in quodlibeto 29.quæſt.3. Cardinalis Turrecremata diſt.91.§.1.num.5. Paludanus in 4.diſt. 15.quæſt.5.art.2.concluſ.5.*Sanctus* Antoninus 3.par. tit. 13. cap 4.§.5.Sylues:verbo horæ quæſt.12.dicto 5.Tabiena dicto 18.num.19.Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt.5. art.6.concluſ.4. Nauarr.cap.7.de oratione num.5.& in Manuali cap. 25. nu. 97.Viguerius.cap.5.§.5.verſ.9.Metina lib.1.Inſtruct. cap.14. num.11.Palacios 4.diſt.15.diſp.9.Aragonius 2. 2. quæſt.83. art.12.dub.6.concluſ.2.fin. Cardinalis Toletus in ſumma lib. 2.cap.13.in principio,P.Emanuel Sà verbo. horæ.num 14.P. Ioannes Azorius tom.1.lib.10 cap.7.quæſt. 1. P.*L*eonardus Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap.37.dubit.9. num. 52. P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap. 25.num.12. & 13.P.Reginaldus lib.18. cap.12.ſect.3.num.156. documẽto 1.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moral.lib.7.cap.2.dub.11 concluſione 1.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.7.quæſt. 10.nu. 245.P.*L*ayman tom.2.lib.4 tract.1.cap.4.num 5. fin. Bonacina tom.1 tract.de officio diſput. 1. quæſt.5. puncto 1.num.1. Nicolaus de Floue in tractat.ſacerdotali tit de horis canonicis quæſt.6.

3 Dico ſecundò,omittere voluntarie, aut ex craſſa, & culpabili negligentia partem notabilem vnius horæ,eſſe peccatum mortale,ratio eſt,quia pars notabilis eſt materia grauis,ergo eius omiſſio eſt peccatum mortale, nam hac ratione non ſolum eſt peccatum mortale, omittere in die feſto totam miſſam,ſed etiam partem eius notabilem, iuxta cap.miſſas,2.de conſecrat.diſt.1. ita Caietanus 2. 2.quæſt.83.art.13.fin.& Ledeſma 2.4.quæſt.16.art.6.dub.4.qui dicunt, eum,qui voluntarie euagatur in parte notabili horæ,peccare mortaliter,ſicut ſi illam omitteret. Nauarr.cap.5.de oratione num.41.fin.

& cap.

& cap.7.num.5.& in Manuali cap. 25. num.97.& 98.Aragonius 2.2.quæſt.83.art.12.dub.6.concluſ.2. P. Azorius tom.1. lib.10.cap.7.quæſt.3. P.Emanuel *Sà* verbo, horæ num.14.P. Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis canonicis cap.25. num.14.P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect. 3. num.156.documento 1,P.Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib.7.cap. 2.concluſione 2.num.3.P.Layman tom.2.lib.4.tractat. 1. cap. 4.num.5.fin.Bonacina tom.1.tractat.de officio diſput.1.quæſ. 5.puncto 1.num.1.

4 Dico tertiò,illum, qui ſecluſo contemptu ex negligentia omittit partem paruam vnius horæ,ſolum peccare venialiter ex læuitate materiæ, nam hoc eſt commune omnibus peccatis,quæ ex quantitate materiæ augumentum,aut diminutionem recipiunt,hanc concluſionem fatentur omnes doctores ſuprajcitati,expreſſe Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5.art.2.cõcluſione 5.fin.S.Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.5.fin Angel. verbo hora num.18.fin.Nauarr.in Manuali cap.25. num. 98. P.*S*uarius num.14.fin.& P. Sanchez loco citato concluſione 2.num.3.& aperte deducitur ex eorum doctrina à contrario ſenſu,nam ſi eſt peccatum mortale, omittere partem notabilem,ergo omittere non notabilem, ſed leuem,erit peccatum veniale.talis eſt omiſſio vnius dictionis, verſus,aut pſalmi, etiam ſine animo repetendi.

5 Quæres,quænam pars diuini officij cenſenda ſit,ita notabilis,vt eius omiſſio ſit peccatum mortale? Reſpondeo, circa hoc dubium vnum eſſe certum, alterum vero dubium, certũ eſſe,ab omnibus fere doctoribus receptum,quamlibet horam etiam minimam diuini officij eſſe partem notabilem, nimirum primam,tertiam,ſextam,nonam,completorium,ac proindeſomiſſionem cuiuſcumque illarum,eſſe peccatum mortale,ratio eſt, quia talis omiſſio,eſt notabilis mutilatio, & deformitas diuini offici. Secundo,quia quælibet hora eſt materia ſufficiens,ſi ſola præciperetur, vt ſub peccato mortali imponeretur, ſed nunc ita ſingulæ horæ præcipiuntur, ac ſi vnaquæque ſola,& per ſe præciperetur,ergo vniuſcuiuſque omiſſio,eſt peccatum mortale, ita expreſſe docet *S*.Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.5.*S*ylu.verbo, hora. quæſt.12.dicto 5.Tabiena ibi dicto 18.num.19.Sotus lib. 10 de iuſtitia quæſtione 5.art. 6.concluſione 4. Nicolaus de Ploue in tract.ſacerdotali tit.de horis canon.quæſt.8.Nauarr. cad.7. de oratione

tione num.5.P.Ioannes Azorius tom.1.lib. 10.cap.7.quæſt.2. P.Leonardus Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.9. nu.52. P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canon. cap.25. num.15.P.Sanchez lib.1.ſummæ cap.4.num.18. P.Reginald. lib.18.cap.12.ſect.3.num.144.& ex reliquis.

6 Dubium vero,& controuerſum eſt, an pars notabilis cuiuſcumque horæ minimæ,puta tertiæ, ſextæ, ſit grauis materia, & per conſequens eius omiſſio ſit peccatum mortale, nam aliqui dicunt, tertiam partem eſſe materiam grauem, aliqui medietatem,alij vero dicunt, quando totum eſt magnum, nõ ſolum tertiam partem eſſe notabilem, ſed etiam minorem, ſcilicet quartam,& ſextam partem; quare in matutino nouẽ lectionum, non ſolum eſſe peccatum mortale omittere tres pſalmos,& tres lectiones,quæ eſt tertia pars, ſed etiam omittere ſolum tres pſalmos,vel tres lectiones,quæ eſt ſexta pars, ſed quia hæ ſententiæ diffusè tractatæ, & examinatæ ſunt ſupra,in materia mutilationis officij diuini, quæ fit in choro, ideo hic nihil eſt addendum.

DVBIVM TERTIVM.

An ille, qui eodem die omittit omnes ſeptem horas canonicas committat ſeptem peccata mortalia, an vero vnum ſolum?

1 Reſpondeo, hoc dubium duobus modis intelligi poſſe. Primo de actu interno, quo quis deliberat omittere eo die omnes horas canonicas,vel aliquas illarum. Secundo de actu externo,& conſumato,quo quis elapſo toto die naturali, voluntarie omiſit omnes horas,vel aliquas illarum, ſi primo modo accipiatur,ſcilicet,de actu interno; dico,communem eſſe doctorum ſententiam, prædictum toties peccare mortaliter,quoties in die proponit omittere omnes horas, aut aliquam earum, licet poſtea,mutans ſententiam, intra tempus debitum eas recitet; ſicut poteſt quis ſæpius peccare in die feſto,repetendo internum actum voluntatis nolentis miſſam audire: hoc autem intelligitur, quando talis actus internus voluntatis non continuatur,ſed diſtinctis temporibus cum interruptione morali de nouo repetitur,ratio eſt,quia in re graui deliberat tranſgredi præceptum,ita Sylu. verbo, horæ

quæſt.

quæſt.12.num.16.Nauarrus cap.7. de oratione num.6. fin.& cap.10.num.49.dicto 3.P.Ioannes Azorius tom.1.lib.10.cap. 7.quæſt.4.verſ.animaduertendum. P.Valentia tom.3.diſp.6. quæſt.2.puncto 10. §.circa octauum verſ.dixi autem. P. Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canonicis cap.25.nu. 17.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.17.cap.2.dubio 12.num.4. concluſione 2.P.Reginaldus lib. 18. cap.12. ſect.3.num.127. documento 3. Rodriquez par. 1.ſumm.cap. 141.num.16.

2 Si loquamur de actu externo,& conſumato, controuerſia eſt inter doctores,ſunt enim hac de re duæ ſententiæ. Prima docet,omittere ſeptem horas canonicas vnius diei, eſſe ſeptẽ peccata mortalia, ſicut ſi in ſeptem diebus omitterentur ſingulæ horæ,ratio eſt, quia ſingulæ horæ ſunt diſtinctæ orationes,& diſtincta officia diſtinctis temporibus perſoluenda,ad quorum ſingula obligamur,ſub peccato mortali, ergo ſingulorum omiſſio eſt peccatum mortale diſtinctum,ſicut,ſi quis frangeret ieiunia quadrageſimæ,tot peccata mortalia committeret,quot ſunt dies ieiuniorum;ſic etiam,quia ſepties in die orare tenetur, qui obligatus eſt ad recitadum diuinum officium,ſepties in die mortaliter peccat,omittendo ſeptem horas; præterea recitatio ſingularum horarum eſt impletio præcepti,ſaltem virtute diſtincti, nam præceptum de ſeptem horis canonicis recitandis continet ſeptem præcepta,ſaltem implicite. Hanc ſententiam ſequutus eſt Tabiena, verbo,horæ canonicæ dicto 18.num.19.vbi cum retuliſſet duas ſententias,ſecundam,quæ docet eſſe ſeptem peccata,dicit, eſſe magis rationabilem,eum ſequuntur Fuſcus lib.1. de viſitatione cap.20.num.19.P.Leonardus Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37. dubit.9.num.53.

3 Secunda ſententia communis docet,omittere vno die ſeptẽ horas canonicas eſſe vuum ſolum peccatum mortale. Ratio eſt, quia vnum eſt præceptum de toto officio vnius diei,& omnes horæ ſunt partes vnius officij, tamquam vnius actionis moralis integræ,& ideo omiſſio illius totius,vna eſt integra,ac proinde vnum peccatum mortale,ita S. Antoninus 2. par.tit.9 cap.12.§.3.fin.& 3.par.tit.13.cap.4.§.5.initio. Sylu. verbo,horæ.quæſt. 12. dicto 6. vbi pro hac ſententia refert Roſellam,ſupplementum,& Piſanellam, Nicolaus de Ploue in tractat.ſacerdotali tit. de horis canonicis quæſt.8.Nauarr.

cap.7.de oratione num. 6. vbi citat Archidiaconum in cap. Eleutherius.91.diſt.Gerardum Carthuſianum,& alios. *Flaminius* Pariſius lib.1.de reſignatione beneficiorum quæſt.9.nu. 8.Viguerius cap.5.§.5.verſ. 4.medio; Vega in ſumma par.1. cap.128.caſu 3. Rodriquez par.1. ſumm. cap.141.num.16. Graſſijs par.1.lib.2.cap.51.num.14. Molfeſius in ſumma to. 1.tract.5.num.9. Naldus in ſumma verbo officium diuinum. num.10.Garzia tom.1.de beneficijs par.3.cap.1. dub.8.num. 132.Miranda tom. 1. Manualis Prælatorum Regular. quæſt. 37.art.15.concluſ.vnica,Portellus in dubijs regul. verb. horæ canonicæ num.5.P.Emanuel *Sà* verbo,horæ. num.14. P. Valentia tom.3.diſp.6.quæſt.2.puncto 10.§.circa octauum.verſ. dixi autem.P.Ioãnes Azorius tom.1.lib.10.cap.7. quæſt.4.P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap. 25. num.18.P.Vaſpuez opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art.2.dub.5. num.71.P.*Sanchez* tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2. dub.12.concluſione 1.num.2.P.Reginaldus lib.18.cap.11.ſect. 3.num.145.& cap.12.ſect.3.num.156.documento 2. P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.7.quæſt.11.num.248. Bonacina tom. 1.tract.de officio diſput.1.quæſt.5.puncto 1.num.8. Diana par.2. tract. 12. de horis canonicis reſolutione 5. pro ſolutione.

4 Dico primo,ſecundam ſententiam eſſe probabiliorem,& veriorem,ratio eſt, quia vnum eſt præceptum de recitando officio, ſed omnes ſeptem horæ conſtituunt vnum integrum officium,ergo omiſſio omnium horarum vnum eſt peccatum mortale,& quamuis omittens vnamquamque earum peccet mortaliter,id tamen non euenit,quia vnaquæque habeat ſuũ præceptum,ſed quia, vnaquaque omiſſa, non integre recitatur officium, quod vnico præcepto iubetur, Ex his patet reſponſio ad primam rationem primæ ſententiæ, exemplum vero de ieiunio facit pro nobis,quia ſicut pluries comedere eadem die ieiunij, eſt vnum peccatum, ita plures horas eodẽ die omittere. Ad ſecundam rationem reſpondeo, negando eſſe ſeptem præcepta,nec explicite,nec implicite, ſed vnum tantum,quo tenemur ad totum officium integre recitandum & conſequenter ad omnes partes,quæ ſunt ſeptem horæ. Dices ille,qui omittit duas horas duorum dierum v.g. horam tertiam diei Lunæ, & horam ſextam diei Martis, committit duo diſtincta peccata mortalia, ergo etiam qui omittit duas

horas

Digitized by Google

horas eiuſdem diei? Reſpondeo negando conſequentiam, ratio eſt, quia ex horis diuerſorum dierum non componitur vnum officium, nec poteſt vnum, cum altero moraliter continuari, & ideo intra eumdem diem poteſt impleri obligatio recitandi quamcumque horam illius diei, non vero in altero die.

5 Dico ſecundo, quoad effectus morales parum referre, an primam, vel ſecundam ſequamur ſententiam, nam corã Deo cæteris paribus ex parte voluntatis non minus peccat, nec minorem pœnam meretur, qui ſeptem horas omiſit, ſiue dicatur commiſiſſe vnum peccatum mortale, ſiue ſeptem, & licet omiſſio ſeptem horarum canonicarum, ſit vnum peccatum mortale, & omiſſio vnius horæ, ſit etiam vnum peccatum mortale; omnes tamen doctores ſecundæ ſententiæ dicunt, peccatum tanto eſſe grauius, quanto plures partes officij diuini omittuntur, & ideo ſemper eſſe in confeſſione aperiendas.

6 Quæres, an ille, qui omiſit vno die omnes horas canonicas, vel aliquas illarum, teneatur in confeſſione id, quod omiſit aperire, an vero ſufficiat dicere ſe commiſiſſe peccatum mortale, contra præceptum recitandi diuinum officium? Reſpõdeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias.

Prima docet, ſatis eſſe, ſi prædictus ſe accuſet commiſiſſe peccatum mortale in recitatione diuini officij. Ratio eſt, quia, cum omiſſio omnium horarum, iuxta communem, & probabiliorem ſententiam ſit vnum tantum peccatum mortale, & ſecundum ſententiam illorum, qui dicunt ſolum circumſtantias mutantes ſpeciem, eſſe confitendas, cum omiſſio duarum, vel trium horarum non mutet ſpeciem, conſequenter dicendum eſt, non eſſe in confeſſione aperiendas, ita Squillans par. 1. de obligat. cler. dub 32. num. 70 quem ſequitur Diana par. 2. tract. 12. de horis canonicis reſolutione 5. fin. & reſolutione 23.

7 Secunda ſententia docet, illum, qui vno die omiſit ſeptem horas canonicas, non ſatisfacere obligationi ſuæ, ſi in confeſſione ſolum dicat ſe peccaſſe mortaliter, circa præcrptum recitandi officium diuinum, ſed teneri explicare quantitatẽ omiſſam officij, & numerum horarum, ratio eſt, quia licet horarum omiſſiones non mutent ſpeciem, ſunt tamen circumſtantiæ notabiliter aggrauantes. hanc ſententiam ſequitur

Tabiena verbo, horæ. dicto 18 num. 19. Nauarrus cap. 7. de oratione num. 8. & 9. Rodriquez par. 1 ſumm. cap. 141. num. 16. Graſſijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 51. num. 14. Bellochius in praxi de caſibus reſeruatis par. 2. quæſt. 15 num. 74. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3 cap. 1. num. 142. P. Henriquez lib. 5. cap. 7. num. 6. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap. 25. num. 18. P. *Leſſius* lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. num. 53. argumento 3. fin. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dubio 12. num. 3. & 5. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 3. num. 156. documento 2. verſ. vbi aduerte. P. *F*illiucius tom. 2. tract. 23. cap. 7. quæſt. 11. dicto 2. num. 248. Bonacina de ſacramentis diſp. 5. ſect. 2. puncto 2. §. 3 num. 7. de matrimonio quæſt. 4. puncto vltimo num. 30. & de horis canonicis diſp. 1. quæſt. 5. puncto 1. num. 5. & 9. hæc ſententia eſt probabilior.

8 Quæres, an, qui omittit eodem die diuerſas horas, temporibus interruptis, non continuis, committat diuerſa peccata mortalia, ideſt tot, quot horas omittit. v. g. ſi quis omittat Primam, deinde recitet tertiam, & omittat ſextam, & completorium, an committat tria peccata mortalia? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias.

Prima docet, eſſe tria peccata mortalia, ratio eſt, quia ſunt tres omiſſiones diſtinctæ, & tres actus diſtincti phyſici, & moraliter, ita docet S. Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 5. in principio, vbi cum dixiſſet, *ſi quis dimittat omnes horas vnius diei, non committit ſeptem peccata mortalia, ſed vnum*. ſubdit, *ſi autem dimiſit aliquas horas, puta primam, nonam, & completoriũ, tria peccata mortalia commiſit*, quæ verba referens *S*ylu. verb. horæ quæſt. 12. dicto 6. fin. ait, *quod videtur velle dicere ratione diſcontinuationis*. eamdem ſententiam ſequitur P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 7. quæſt. 4. verſ. animaduertendum. vbi addit. *cum communis opinio docet, in ſeptem horarum officio omittendo, vnum tantum peccatum admitti, locum habet in eo, qui vna voluntate ſimplici omnes ſeptem horas, ſcienter prætermittit*.

9 Secunda ſententia, diſtinguit actum interuum voluntatis, quo quis deliberat omnes horas, aut aliquam omittere, quem vocat peccatum commiſſionis, ab actu externo conſummato, quo omittitur recitatio horarum, intra tempus debitum, & hunc vocat peccatum omiſſionis, & dicit, primum peccatum

commiſ-

Digitized by Google

commiſſionis poſſe multiplicari per moralem interruptionem, & multiplicationem internorum actuum, non ſolum, circa diuerſas horas,ſed etiam circa vnam, & eamdem, quoties quis eadē die deliberat omnes horas,aut aliquā nō recitare:peccatum vero omiſſionis vnum eſſe,quod tunc cōſummatur,eum dies naturalis elabitur ; quia deinde non poſſunt amplius recitari . vnde qui deliberat hodie non recitare aliquam horam,& poſtea recolens, & potens illam recitare,intra eumdem diem,illam non recitat,committit duo peccata, alterum commiſſionis,dum id deliberauit , alterum vero omiſſionis,dum ſciens,& potens omiſit,ita docet Sylu. verbo, horæ quæſt.12.num.16.verſ.ego autem.Nauarr.cap.7 de oratione num.6.fin.& cap.10.num.49.dicto 3. P.Suarius tom.2. de religione lib.4.de horis canonicis cap. 25.num. 20. P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap. 2. dub.12.concluſione 3.num.6.P.Filliucius tom.2.tract 23.cap. 7.quæſt.11. num.249.Pro ſolutione igitur dubij ,

10 Dico primo , ſemper omiſſionem ſeptem horarum canonicarum vnius diei vnum peccatum eſſe,ſiue omnes ſimul, ſiue aliquæ earum,quaſi diſcretæ,& diſtantes,inter ſe omittantur, ratio eſt,quia licet illæ partes officij, ſeu horæ omiſſæ ſint ſecundum ſe diſtinctæ,& diſcretæ,ideſt,non immediate ſibi ſuccedentes ex vi inſtitutionis , quia v.g. eſt omiſſa prima, ſexta,& completorium , tamen omiſſio in re fit continuato tempore,& per modum vnius tranſgreſſionis,quia licet peccatum commiſſionis conſummetur ſtatim, ac quis deliberat actu interno voluntatis non recitare horas, peccatum tamen omiſſionis externum,non conſummatur, niſi in fine diei naturalis,quando non poſſunt amplius recitari , quare nulla hora ſimpliciter omittitur omiſſione externa,eo quod non dicatur ſuo tempore,etiam animo numquam illam dicendi, vel etiamſi aliæ poſteriores recitentur, quia quamdiu durat dies naturalis, eſt tempus habile ad implendam ſubſtantiam præcepti, quoad actum externum,& ſi mutet voluntatem,& intra illum diem recitet horam omiſſam,non poteſt dici, illā omiſiſſe & ideo ſolum committet peccatum commiſſionis, non autem omiſſionis , quia per priorem omiſſionem,non omiſit illam ſimpliciter,ſed in propoſito,non complete in re, ſed ſolum pro tunc,quare in fine diei naturalis ,quia poſſunt illæ tres horæ omiſſæ recitari immediate vna,poſt aliam,poſita re-

ſita recitatione aliarum horarum, & ſic impleri præceptum; ſi tunc non recitentur, conſummetur omiſſio illarum trium horarum, quaſi continue, & per modum vnius tranſgreſſionis, complete reipſa, & ideo vnum ſolum erit peccatum omiſſionis omnium illarum trium horarum. in hoc conueniunt omnes doctores ſecundæ ſententiæ.

11 Quæres, an ille, qui omiſit omnes horas canonicas, vel vnam, aut partem notabilem illarum, & eodem die ante mediam noctem recordatur illius omiſſionis, teneatur ſupplere quod omiſit? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima docet, quod lapſa tanta parte diei, vltra quam horæ matutinæ recitari non ſolent, illum, qui eas omiſit non teneri eas recitari magis, quam ſi totus dies lapſus eſſet, ita docet Cardinalis Turrecremata in cap. presbyter 91. diſt. art. 5. & Alexandrinus ibidem num. 5. ſed hæc ſententia, licet in publica chori recitatione vera ſit, propter indecentiam, nam, vt ait S. Thomas quodlibeto 3. art. 29. & Paludanus in 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 2. concluſione 5. indecens eſſet dicere hora completorij, Iam lucis orto ſydere: in priuata tamen recitatione falſa eſt, eamque docte confutat Nauarrus cap. 10. de oratione num. 50. Ratio eſt, quia præceptum recitandi diuinum officium poteſt, quoad ſubſtantiam impleri, dum durat dies naturalis, qui durat vſque ad mediam noctem, nec in priuata recitatione poteſt eſſe ſcandalum, neque indecentia, quia, vt bene docet Gabriel lect. 18. in Canone Miſſæ col. 4. & Nauarr. loco citato, verba illa, Iam lucis orto ſydere, non referuntur ad tempus, quo dicuntur, ſed ad tempus, quo iuſta ratione recitanda eſſent, ſicut eccleſia ſingulis annis in feſto Natalis Domini dicit, hodie natus eſt ſaluator mundi.

12 Secunda ſententia communis, & vera docet, illum, qui omiſit horas, vel partem notabilem illarum, ſiue per contemptũ, ſiue per obliuionem, vel inaduertentiam, ſi eodem die, ante mediam noctem recordetur illius omiſſionis, teneri implere quod omiſit, ratio eſt, quia tempus habile ad recitandum diuinum officiũ durat, vſq; ad mediã noctẽ, ergo ſemper intra prædictum tempus tenetur ſupplere, quod omiſit, & toties peccat mortaliter, quoties proponit id non facere, vt ſupra probatum eſt, ita S. Antoninus tertia par. tit. 13. cap. 4. §. 5. Angelus verbo hora num. 8. Sylueſt. ibi quæſt. 13. num. 17. dicto 1. Tabiena dicto 22. num. 23. Nauarr. cap. 10. de oratione

num.

Digitized by Google

num.49.& 50.P.Gregorius de Valentia tom. 3. diſp. 6.quæſt. 2.puncto 10.§.circa octauum.verſ. dixi autem. P.Suarius to. 2.de religione lib.4.de horis canonicis,cap.27. num.6.P.Filliucius tom. 2. tractatu 23. cap. 8. quæſtione 7. dicto 3. num.268.

13 Dico ſecundò,illum, qui vno die omnes ſeptem horas,aut vnam,vel partem notabilem omiſit quacumque ex cauſa,non teneri,elapſo illo die,recitare idipſum,quod omiſit, ratio eſt, quia præceptum hoc recitandi diuinum officium, eſt annexum diei,ſicut præceptum ieiunandi, & ideo elapſo die,non poteſt impleri. hæc eſt communis doctorum ſententia;ita Innocentius cap.1.de celebratione Miſſarum,Ancharanus ibi num.20.Cardinalis Turrecremata, Alexandrinus, & Archidiaconus in cap.presbyter 91.diſt. S.Thomas quodlibeto 3. art.29.Maior in 4.diſt.12.quæſt.6.Sylu.verbo horæ quæſt.12. dicto 3.& quæſt.13.num.17. dicto 1. Tabiena dicto 22.num. 23.Nauarr.cap.10.de oratione num. 52.P.Emanuel Sà verb. horæ num.17. P.Valentia tom.3.diſp.6.quæſt.2 puncto 10.§. circa octauum.concluſ.1.P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canonicis cap.27.num. 5. concluſ.1. P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.8.num.180.P.Filliucius tom.2.tract.23.ca. 8.quæſt.7.dicto 2.num.267.

14 Quæres, an Confeſſarius teneatur de neceſſitate pœnitentiam imponere illi,qui diuinum officium omiſit, vt dicat totum,quod omiſit? Reſpondeo negatiue,ſed poteſt illi imponere ſeptem pſalmos,pſalterium,coronam, vel quodcumque opus bonum pro ſuo arbitrio, cum pœnitentiæ ſint arbitrariæ, & nulla ſit lex,quæ ad hoc obliget,& ratio à priori eſt, quia talis pœnitentia illi imponitur pro culpa, & non ad reſtituendum officium omiſſum;nam cum ſit elapſum tempus habile,non poteſt amplius ſuppleri: eſt communis ſententia; ita expreſſe docet Innocentius in cap.1.de celebratione miſſarum,quem refert,& ſequitur Panormit.ibi num.9.Sanctus Thomas quodlibeto 3.art.29.Paludanus 4. diſt 15. quæſt.5. art.2. concluſ.5. Sanctus Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.6. Angelus verb.hora num.8.Sylu.ibi quæſt.13. Tabiena dicto 17.num.18. Armilla num. 14. Nicolaus de Ploue in tractat ſacerdotali tit.de horis canonicis quæſt.6.fin. Nauarrus cap. 10.de oratione num,53.& 54.P. Suarius tom.2. de religione. lib.4.de horis canonicis cap.27. num. 5. P. Filliucius tom.2. tract.

tract. 23.cap.8.quæſt.7.dicto 2.num.267.Bonacina to.1. tract. de officio diſp.1.quæſt.5.puncto 2.num.6.

15 Dico tertiò, ſi feratur excommunicatio, contra eos,qui ex negligentia omittunt diuinum officium, eam non incurri ſtatim,ac quis omittit illud recitare tempore debito, ſed in fine diei naturalis,ideſt poſt mediam noctem,quia tunc omiſſio in re ita perfecte facta eſt, vt non poſſit iam non eſſe,vel fuiſſe v.g.qui toto mane non recitauit matutinum, animo nõ recitandi illud eo die;non dum re ipſa illud omiſit, quia ſi mutet propoſitum,& à prandio illud recitet, verum eſt dicere, reipſa illud non omiſiſſe, & ideo non incurret cenſuras latas,contra omittentes, & idem dici poteſt de omnibus horis diei,vſque ad vltimam,in vltima vero conſummatur omiſſio omnium horarum per modum vnius, & ideo vnũ eſt peccatum,quod non eſt perfecte conſummatum,donec præteritum ſit tempus omnium horarum,quare ſi lata ſit excommunicatio,contra omittentes officium diuinum,ſi quis,antequã elabatur media nox,diceret vnam horam, non eſſet excommunicatus,quia non eſſet peccatum perfecte conſummatum, nam cum pœnæ ſint reſtringendæ, prædicta excommunicatio debet reſtringi ad conſummatam, & integram culpam, ſi vero excommunicatio lata eſſet contra omnes peccantes mortaliter,contra hoc præceptum, tunc eſſet excommunicatus,etiam ſi in fine diei vna tantum hora, aut pars notabilis officij omiſſa eſſet,& qui vno die omnes ſeptem horas canonicas omitteret, vnam tantum excommunicationem incurreret,quia vnum tantum peccatum mortale committeret,qui vero duobus diebus duas tantum horas omitteret, duas incurreret excommunicationes, quia bis, & duplici peccato mortali illas incurreret, nam omiſſio vnius diei nullo modo continuatur,cum omiſſione alterius diei, hæc inferuntur ex ijs,quæ dicunt doctores ſupra num.3. citati pro ſecunda ſententia,præſertim P.Suarius tom.2 de religione lib.4.de horis canonicis cap.25.num.19.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.7.num.239 Bonacina tom.1.tract.de officio diſput.1.quæſt.5.puncto 1.nu.10.

16 Quæres,an omittere horas canonicas,vel aliquam illarum, aut partem notabilem,per obliuionem, ignorantiam,vel incogitantiam,ſit peccatum mortale? Reſpondeo, ſecundum communem doctorum ſententiam, ſolum eſſe peccatum veniale

veniale,eo leuius,vel grauius, quo obliuio, ignorantia, & incogitantia eſt magis, vel minus culpabilis, quod ſi nulla ſit culpa,nulla etiam erit in omiſſione. ita *S.* Antoninus 3.par. tit.13.cap.4.§.4.Sylu.verbo,horæ.quæſt.13.dicto 1. Tabiena dicto 22.num.23.Nauarrus in Manuali cap.25.num.99.& ca. 10.de oratione num.48.quæſt.6.P.*S*anchez tom.2. conſilior. moral.lib.7.cap.2.dubio 11.concluſ.3.num.4.

17 Quæres,an ille, qui omiſit horas,vel partem notabilem illarum excuſetur à peccato, ſi ſuppleat, quod omiſit? Reſpondeo,quoniam omiſſio ex culpabili,& craſſa negligentia ſemper eſt peccatum mortale;& ex contemptu, ſemper etiam eſt mortale,etiam ſi pars omiſſa non ſit notabilis,vt docent communiter doctores, præſertim ſupra citati dubio præcedenti dicto 1.& 2.expreſſe Nicolaus de Ploue tract. ſacerdotali tit. de horis canon.quæſt.6.Nauarr.cap.10. de oratione quæſt.4. num.43.& quæſt. 6. num.48. P.Sanchez tom.2.conſil.moral. lib.7.cap.2.dub.11.concluſ.1.& 2.quando vero ex obliuione vel inaduertentia eſt veniale, vt præcedenti num.dictum eſt; ideo,non omnes,qui omiſſa ſupplent eodem modo à peccato excuſantur,nam qui ſupplet horam, vel partem notabilem per obliuionem,vel ignorantiam omiſſam,excuſatur à peccato mortali,quod committeret, niſi illam ſuppleret, non vero à peccato veniali,quod omittendo commiſerat;qui vero ſupplet horam,vel partem notabilem,ex culpabili negligentia, vel contemptu omiſſam,licet excuſetur à nouo peccato mortali,quod committeret,niſi illam ſuppleret tempore habili,nõ tamen excuſatur à peccato mortali,quod commiſit illam horam,vel partem notabilem omittendo;quod ſi ex contemptu omiſiſſet partem minimam, ſupplendo illam,non excuſatur à peccato mortali,quod commiſit illam omittendo,ſed tantũ à veniali,quod de nouo committeret,ſi non ſuppleret,partem illam minimam omiſſam.ratio eſt,quia omnis omiſſio, ſiue partis notabilis, ſiue minimæ ex contemptu, eſt peccatum mortale.hæc patent ex dictis, & bene probat Nauarr. cap.10. de oratione num.49.

18 Quæres,an ille,qui ratione ordinis ſacri,& beneficij tenetur recitare diuinum officium,committat duo peccata mortalia, ſi illud omittat? *R*eſpondeo,circa hoc dubium, duas eſſe ſententias.

Prima docet prædictum committere vnum tantum pecca-

Digitized by Google

tum mortale,quia tam ratione ordinis ſacri, quam ratione beneficij peccat,contra ſolam virtutem Religionis,ac proinde vnum tantum peccatum committit, cum vnam tantum violet virtutem,ita docet P.Henriquez lib. 5. cap. 5. num.6. littera Q.P.Ioannes Azorius tom.1.lib.4.cap.2.quæſt.6.P.Io: Salas 1.2.tom.2.tract.13.diſp.3.ſection.2.num.17.fin.Hc...obonus in exam.eccleſ.par.1.tract.4.cap.5.quæſt.42. Garzia tom.1.de beneficijs par 3.cap.1.num.125.Diana par.2. tract. 12.de horis canonicis reſol.22.

19 Secunda ſententia docet, prædictum committere duo peccata mortalia. Ratio eſt,quia violat duplicem virtutem,ſpecie diſtinctam,ſcilicet religionem,ratione ordinis ſacri, & iuſtitiam ratione beneficij, ita P. Sanchez lib.9.de matrimonio diſp.15.num.6.& in ſumma lib.1.cap.14.num. 9. P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap. 18. num.5. P.Fagundez tract.2.de præceptis eccleſiæ lib.4. cap. 5.nu.23. P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.4.num.4.fin. Carolus Maeigni de horis canonicis cap.10. num. 5. & cap.25.num.10. Squillans de obligat.cler.par.1.dub.34.num. 71. Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.5. puncto 1. num.4.hanc ſententiam putat probabilem. Diana reſolutione 22.citata. Pro ſolutione huius dubij,

20 Dico,ſecundam ſententiam eſſe probabiliorem, & omnino ſequendam in praxi. Ratio eſt, quia probabilius eſt beneficiatum teneri ad recitandum diuinum officium ex iuſtitia, quia beneficium datur propter officium,iuxta cap.vlt.de reſcriptis in 6.& cap.cum ſecundum.de præb. & declarauit expreſſe Concilium Lateranenſe ſub Leone X. ſeſſ.9. in bulla reformationis Curiæ §.ſtatuimus.vbi poſtquam ſtatuit,vt beneficiati non recitantes officium, priuentur fructibus,vel ſi contumaces ſint, poſt legitimam admonitionem, etiam ipſis beneficijs priuentur, rationem ſubdit. *cum propter officium detur beneficium*,ergo intelligit, & declarat propter hoc officium recitandi,dari omne beneficium, nam de omnibus loquitur,vt conſtat ex principio illius ſtatuti,dum ait. *ordinamus,vt quilibet habens beneficium,cum cura.vel ſine cura,& c.* & docet Cardinalis S.Xiſti 91.diſt.§.1.quæſt.5. & S. Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.5.Nauarr.cap.7.de oratione num.3. P.Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 18.num.4.Hoc poſito beneficiatus in ſacris conſtitutus,non reci-

Digitized by Google

recitans officium violat duas virtutes, ac proinde committit duo peccata mortalia, & in hoc caſu ſequuntur ſecundam ſententiam, præter illos ibi citatos, P. Gabriel Vaſquez tom. 1. in primam ſecundæ quæſt. 72. art. 6. cap. 3. num. 9. & 10. Clauis Regia tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 14. & 15.

DVBIVM QVARTVM.

An omnis diminutio, aut mutilatio verborum, aut ſyllabarum, ſit peccatum contra præceptum integrè recitandi diuinum officium: & quodnam peccatum ſit?

1 RESpondeo, & dico primo, in iure multa diſtinctè præcipi, quæ pertinent ad integritatem diuini officij, & ad modum integrè illud recitandi, quæ ſaltem virtute continētur, in hoc præcepto; nam in cap. dolentes. de celebratione Miſſarum reprehenduntur aliqui Clerici, eo quod transcurrant continua ſyncopa matutinum: & Clementina 1. eodem tit. reprehenduntur, quia horas canonicas dicūt, ſeu pſallunt, tranſcurrēdo, ſyncopando, extranea, & plerumque vana, profana, & inhoneſta intermiſcendo colloquia: & licet in prædictis capitibus ſermo ſit de publica chori recitatione, vt patet ex verbis ſequentibus dictæ Clementinæ primæ, vbi dicitur, tarde ad chorum conueniendo, ſeu eccleſiam ipſam abſque rationabili cauſa, ante finem officij exeundo &c. tamen idem intelligitur prohibitum in recitatione priuata quæ fit loco publicæ; vnde Concilium Baſilienſe ſeſſ. 21. §. 4. tit. quomodo horæ canonicæ, extra chorum dicendæ ſint, admonet, *vt non in gutture, neque inter dentes, ſeu deglutiendo, aut ſyncopando dictiones, vel colloquia, aut riſus intermiſcendo, ſed ſiue ſoli, ſiue aſſociati, diurnum, nocturnumque officium reuerenter, verbiſque diſtinctis peragant* ſimilia præcipiuntur in Concilio Aquiſgranenſi, ſub Ludouico cap. 131. & S. Bernardus ſermone 47. in cantica prædictos defectus reprehēdit, dicens, *non præſcindentes verba dimidia, non integra tranſilientes*, ad hos defectus reducitur nimia celeritas in dicendo, qua impeditur attentio.

2 Dico ſecundo, prædictos defectus committere in priuata recitatione officij diuini, præſertim verba mutila, & decurtata ſcienter proferre, ſecluſo ſcandalo, & contemptu regulariter

non eſſe peccatum mortale,ſed tantum veniale,ratio eſt,quia tunc non ſit propria mutilatio in verſibus,aut verbis, ſed aliqua ſolum corruptio in deſinentijs ſyllabarum, potius quam in omiſſione earũ , & ideo tota oratio eſt integra,quoad ſubſtantiam, & modus ille non mutat ſignificationem verborum, nec impedit, vt intelligatur, quid per illa ſignificetur. quare, cum tali defectu impletur præceptum . ſi vero prædictus defectus fieret vitio linguæ , vel conſuetudine quadam ingenita,& quodammodo in naturam conuerſa, nullum eſſet peccatum,quia eſſet omnino inuoluntarius,ita docet P.Ioannes Azorius tom.1.lib.10.cap.7. quæſt. 11.& P.Suarius tom. 2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.25.num. 6.P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.3.num.160.documento ſexto fin. P.Filliucius tom. 2. tractat. 23. capit.7.quæſtione 8.dicto 2. num.242.

3 Quæres,an ille,qui in recitandis horis canonicis verba ſciẽter diminuit,ſyllabis abſciſſis,& amputatis , teneatur eas repetere? Reſpondeo , circa hoc duas eſſe ſententias. Prima affirmat,ratio eſt , quia facit , contra præceptum eccleſiæ cap. dolentes,& Clementina 1. de celebratione Miſſarum;& concilia ſupra num.1.citata, ita Nauarrus cap. 10. de oratione num.9.& 10.verſ.6.ſequitur,vbi ait, *non ſatisfacere præcepto recitandi horas eos,qui dum cantant,aut recitant, omittunt tantam partem verſuum pſalmorum,vel deglutiendo , corrumpendo,& ſyncopando verba,ſyllabas,vel litteras , ita quod ex ita omiſsis,& corruptis fieret notabilis pars horæ*. ratio ipſius eſt, quia illi,qui id agunt, omittunt partem notabilem horarum, & conſequenter non recitant eas integras, & tranſgrediuntur præceptum prædictum eccleſiæ,eum ſequitur P. Reginal. lib.18.cap.12.ſect.3.num.160.documento 6.Bonacina tom.1. tract.de offic.diſp.1.quæſt.3.puncto 2.num.2.

4 Secunda ſententia negat,eſſe repetendas.Ratio eſt, quia,licet id ſcienter facere,ſit peccatum veniale,ſecluſo ſcandalo,& contemptu; ſubſtantia tamen præcepti impletur, & probant à ſimili,nam in cap.retulerunt.de conſecrat.diſt. 4. interrogatus Pontifex,an ſacerdos, qui neſciens latinam linguam, dum baptizaret, dixit , ego te baptizo in nomine Patria,& filia,& ſpiritua ſancta, ratum , & firmum baptiſmum contuliſſet? reſpondeo,ſi ſolus fuit linguæ lapſus,& error,valuiſſe ſacramentum, ergo multo magis horæ canonicæ ratæ erunt,

& fir-

Digitized by Google

& firmæ, mutatis ſyllabis, ita docet P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 7. quæſt. 11. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 25. num. 6. P. Filliucius loco cit.

5 Ego vero dicerem, ſi tanta fieret verborum, aut ſyllabarum mutilatio, vt ſignificatio verborum impediatur, & id fieret in ſingulis fere verſibus, præſertim ſi verba integra, ob nimiã celeritatem in dicendo omitterentur, veram eſſe primam ſententiam; ſi vero tantum fieret aliqualis mutatio in litteris, vel ſyllabis, ita tamen, vt bene intelligatur, quid per illa verba ſignificetur, qualis erat illa mutatio prædicta in forma baptiſmi, quæ non tollebat ſignificationem verborum, tunc veram eſſe ſecundam ſententiam, & ita cenſet etiam P. Reginaldus in documento 6. citato fin.

6 Quæres, an in caſu prædicto, ſi non repetantur horæ, ſint ſaltem repetenda verba, vel dictiones omiſſæ, vel malè pronunciatæ. Ad hoc dubium reſpondet Nauarrus cap. 10. de oratione num. 70. verſ. ſecundo, vbi ait, *ſi omiſſa fuerint pauca, et minima, non ſunt neceſſario ſupplenda, ſi autem fuerint tot, vel tanta, quæ faciant partem notabilem, videntur ſupplenda ſub pœna peccati mortalis, et ſi non fuerint tot, vel tanta, quæ conſtituant partem notabilem, ſunt tamen aliquantulæ quantitatis, tenebuntur ſupplere, ſub pœna venialis*. hæc ſententia intelligẽda eſt, quando prædictæ omiſſiones facile poſſunt ſuppleri, quia ſimul ſunt, nam ſi quis omittat aliqua verba, aut verſiculos diuerſorum pſalmorum, quorum ſingula per ſe non conſtituunt partem notabilem, omnia vero coniuncta illam conſtituerent, tunc ſatis eſſet ſupplere aliquid eis æquiualens, dicendo vnum, duos, vel plures pſalmos, qui tot verba, & verſiculos contineant, quot ipſe omiſit, quia eſſet magna confuſio, ſi vellet recitare eadem verba, & verſiculos omiſſos, ſufficit enim recitare tantum, quantum omiſſum eſt. & ita expreſſe docet ipſemet Nauarrus cap. 10. de oratione num. 60. verſ. ſecundo limitatur.

7 Quæres, an peccet mortaliter ille, qui ex negligentia, vel tædio omittit in fine horarum omnium, Pater noſter, & in principio Pater noſter, & Aue Maria, & in principio matutini, & primæ, & in fine completorij, etiam Credo? Reſpondeo prædictum, ſecluſo ſcandalo, & contemptu peccare ſaltem venialiter, & teneri prædictam omiſſionem ſupplere, ſub pœna ſaltem peccati venialis, ratio eſt, quia faceret, contra præceptum eccle-

eccleſiæ,vt ſtatuit Concilium Gerundenſe cap. 10. & refertur cap.id ſemper placuit.de conſecrat.diſt.5.vbi dicitur,*Id ſemper placuit,vt in omnibus diebus, poſt matutinum, et veſperas oratio dominica à ſacerdote proferatur*, & præcipitur in breuiario Pij V.in rubricis generalibus tit.13. & ſequentibus,& in principio matutini, & aliarum horarum, & ratio ipſa id docet,cum ſit omiſſio, ſi non notabilis, tamen non modicæ quantitatis,& bene probat Nauarrus cap. 10. de oratione num.61.62.& 63.

8 Quæres,an ille,qui dubitat,an officium,vel aliquam horam recitauerit,quia non recordatur ſe illam dixiſſe, teneatur illam iterum recitare? Reſpondeo,circa hoc dubium, duas eſſe ſententias, prima affirmat: Ratio eſt, quia in dubijs tutior pars eſt eligenda,ſed tutius eſt repetere, ergo. ita Medina Codice de oratione q.de horis iterandis,Ledeſma 2.4. quæſt. 16 art.6.2.par.dub.3. Naldus verbo officium diuinum num. 18.Carolus Macignus de horis canonicis cap.18.num 4.Bonacina to.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.6.puncto 3.nu.11.

9 Secunda ſententia,docet,non teneri obligatum ad recitandum diuinum officium,repetere ea,quæ non recordatur,ſe dixiſſe,modo non recordetur, ſe non dixiſſe, & habeat coniecturam probabilem credendi,quod dixerit,qualem habere videtur is,qui ſcit, communiter, ſe non errare in tali hora; ratio à priori eſt,quia tũc nõ eſt dubiũ,ſed opinio probabilis, & licitũ eſt cuiq; opinionẽ probabilẽ ſequi, & ſic dubiũ practicè deponitur,ratione probabili. hanc ſententiam ſequitur Maior in 4.d.12.q.3.Gerſon.3.p.in materia de oratione littera F.Nauarrus cap.13.de oratione num.30.verſ.octauo ſequitur Angles floribus quæſt Theolog. par. 1. materia de oratione fol.34.P.Sanchez tom.2.conſil.moral.lib.7.cap.2.dub. 34.concluſione 1.num.2.& 3.P.Layman tom.2. lib.4.tract.1. cap.5.num.11.fin.ait,præſumere poteſt ſe dixiſſe, ſi ex libro, vel etiam memoria errare non ſolet, & idem docent aliqui docti recentiores.

10 Pro ſolutione dubij,dico primo, ſecundam ſententiam eſſe probabiliorem,& tutam in praxi, quam etiam aliqui doctores putant veram,ſi dubium practicæ aliqua probabili ratione deponatur,ita Naldus,& Bonacina locis citatis. Dico ſecundo,primam ſententiam,etiam eſſe veram, ſi intelligatur de illo,qui neque recordatur,nec vlla probabili coniectura,

vel ra-

vel ratione ducitur ad credendum, ſe ea dixiſſe, ita expreſſe Nauarrus cap.20.de oratione num. 30.

11 Quæres,an ille,qui dubitat, an pſalmum, antiphonam,vel lectionem prætermiſerit, teneatur illa iterum recitare? Reſpondeo negatiue,ratio eſt, quia habet ſufficientem rationẽ deponendi dubium,cum non ſoleat facile quidquam prætermittere,quare,qui recordatur, ſe incæpiſſe talem pſalmum, lectionem,vel etiam horam,& videt, ſe ad illius finem perueniſſe,legendo,vel memoriter dicendo ea,in quibus ipſe communiter errare non ſolet,iuſte credere poteſt, ſe totum recitaſſe,vt ſolet,& vltra progredi, Ratio eſt, quia non oportet, vt qui recitat officium recordetur,ſe dixiſſe omnia, ſed ſatis eſt,vt nullo claro indicio conſtet, ſe aliquid omiſiſſe, ita Maior in 4.diſt.12.quæſt. 7. quem refert, & ſequitur Nauarrus cap.13.de oratione num.30.fin. Angles floribus materia de oratione quæſt.5.difficultate 4.P.Azorius tom.1.lib 10. cap. 12.fin. P.Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap.26.num.20.fin.P.Sanchez tom.2.conſil. moral.lib.7. cap. 2.dub.34.num.3.verſ.ſecundo infertur.P.Filliucius tom. 2.tract.23.cap.8.quæſtione 2. dicto 3.num.215.fin. Macignus de horis cap.18.num.3.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp. 1.quæſt.6.puncto 3.num.12.

12 Dico ſecundo,illum,qui habet rationem aliquam probabilem, vel coniecturam ad credendum, ſe iam dixiſſe talem pſalmum,vel horam,non ſolum non teneri, illam repetere, ſed etiam male facere,ſi repetat. Ratio eſt, quia hoc eſt dare locum ſcrupulis, & accquirere habitum repetendi, & ſemel repetita iterum repetendi, ita Nauarrus cap.13. de oratione num.31.& 32.P.Azorius tom.1. lib. 10. cap.12.quæſt.12.fin. vbi ait.*hiſce ſcrupuloſis hominibus mederi oportet,ſuadendo eis, vt nihil repetant,alioqui,ſi ſemel eis concedatur, vt dicta replicent,innumeris ſcrupulis aditus patebit,nam tertio,et quarto, ac ſæpius iterata à capite recitabunt*. idem docent P. Suarius,& P.Filliucius locis citatis, P.Sanchez loco citato concluſ.2. num.4.Bonacina loco citato verſ.his non obſtantibus. & idẽ docet Nauarrus in Manuali cap.21.num.42. de ſcrupuloſis, circa peccata confeſſa,vbi ait,*ſemel confeſſus,et abſolutus conuenienter,iuxta iudicium docti confeſſarij,quieſcere debet,immo, et credere,ſe confeſſum fuiſſe illa, quæ poſtea occurrent,quæ neſcit,an fuerit confeſſus, vel non, ſed habet probabilem cauſam*

creden-

credendi,ſe illa confeſſum,quia ob hoc nullo ſe periculo ſubijcit, eo quod certo neſciat, ſe illa confeſſum non fuiſſe.

13 Quæres,an recitans diuinum officium, & propter ſcrupulũ timet,& putat ſe non ſatisfacere; ideoque proponit illud iterum recitare,teneatur ad hoc? Reſpondeo negatiue,ſi deinde probabiliter credat,ſe tunc temporis habuiſſe ſufficientem attentionem. Ratio eſt, quia voluntas iterum recitandi fundabatur in falſa opinione, nec tollebat intentionem virtualem ſatisfaciendi obligationi, ita Naldus verbo officium diuinum num.8.

14 Quæres,an dormientes,vel dormitantes,dum recitant diuinum officium ſatisfaciant præcepto recitandi? Reſpondeo, & dico primo,non ſatisfacere præcepto recitandi horas canonicas illum,qui recitat dormiendo,aut dormitando in ſingulis verſiculis à ſocio pronunciatis, neque illum,qui dormit in parte notabili horæ,dum chorus illam recitat, ratio eſt,quia deeſt attentio neceſſaria, ac proinde non integre recitat,omittens partem notabilem, & per conſequens peccat mortaliter,& ideo tenetur,ſub peccato mortali repetere, vel ſaltem ſupplere id, quod,ipſo dormiente,alij recitarunt,qui vero dormiuit in parte non notabili, peccat venialiter ex leuitate materiæ,ita docet Nauarrus cap.9. de oratione num. 5.vbi addit *illum,qui aliqua parte notabili alicuius horæ obdormiuit in choro, non lucrifeciſſe plus diſtributiones quotidianas illius,quam ſi ei non interfuiſſet*. eamdem ſententiam ſequitur P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7. cap.2.dubio 33.concluſione 2.P.Reginald.lib.18.cap. 12. ſect.3.num.157. documento 4.

15 Dico ſecundò,eum,qui vexatur à ſomno, ſed adeò reſiſtit,vt pronunciet ſuas horas cum tanta attentione, vt cognoſcat ſe non omittere vllum verſum,vel verbum eorum, quæ ipſe dicere,vel audire debet,licet ob moleſtiam,& grauitatem ſomni,non attẽdat ad ſignificationem, nec ad aliam contemplatiuonem,non peccare ſaltem mortaliter,ratio eſt, quia tunc haberet ſufficientem attentionem, ita docet Nauarrus cap. 9.de oratione num.9.dicto 1.P.Sanchez loco citato concluſione 1.P.Reginaldus loco citato. Addit etiam Nauarrus eodem num.9.dicto 3.*quod ei,qui ſolus recitat, et videt, ſe adeo prægrauari ſomno,ſecurius eſt ſubſiſtere, et aliquantiſper obdormire,et cæptum officium reſumere,quam cum tanta,et perículoſa tenta-*

tentatione pugnare,ſi id per alia negotia, et honeſtas occupationes neceſſarias licet. ratio eſt, quia debemus à nobis remouere occaſiones peccandi, prædictum Nauarri conſilium approbat P.Reginaldus in prædicto documetno 4.

15 Dico 3.non peccare mortaliter illum, qui officium recitat ſomno,ita preſſus,vt neſciat,an erret nec ne, modo animaduertat,ſe dicere talem, vel talem verſum in tali horæ parte,& habeat animum ſupplendi huiuſmodi defectus, ſi vero non haberet animum ſupplendi,etiam ſi poſtea ſuppleret, peccaret mortaliter,ſic etiam, ſi eo ipſo die de facto non ſuppleret, etiam ſi habuiſſet animum ſupplendi,ratio eſt, quia hic non integrè recitaret diuinum officium, ita Nauarrus cap.9.de oratione num.9.dicto 2.P.Reginald. loc.cit.

16 Dico quarto, peccare mortaliter illum, qui tenetur officiū, vel aliquid ex pœnitentia,vel voto recitare,ſi recumbat in lecto ad recitandum,eo tempore,& talibus circumſtantijs concurrentibus, vt probabiliter,attenta fragilitate ſua, & dormiendi conſuetudine,credere poſſit,ſe dormiturum, & omiſſurum id,ad quod tenetur,ratio eſt, quia expoſuit ſe probabiliſſimo omittendi periculo,ita Nauarrus cap. 9. de oratione num.7.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap. 2.dub.33. num. P. Reginaldus loco citato documento 4.ſiu. vnde bene infert Nauarrus dicto cap. 9. num.5.corollario 3. periculoſum eſſe, poſt cœnam recitare matutinum, ſomno nos vehementer grauante, etiam ſi ſtando,vel ambulando illud recitemus,homines namque fatigati ſtudio, negotio,itinere, alioue labore, etiam ſtando,vel deambulando obdormiunt,& corollario 4. infert,periculoſius eſſe id, quod nonnulli faciunt,qui ſocijs regentibus breuiarium, ipſi memoriter recitant lecto decumbentes, tam ſomnolenti,vt quid dicant plane ignorent; & corollario 6. num. 7. idem dicit de eo,qui itinere fatigatus lecto decumbit,cum propoſito in eo memoriter recitandi completorium,nam ſi obdormit,antequam illud finiat, & non expergiſcatur ante mediam noctē, peccat mortaliter,hoc autem Nauarri corollarium intelligēdum eſt,quando ille omitteret dimidiam, vel maiorem partem completorij,& quamuis, ante mediam noctem expergefactus, ſuppleret partem notabilem omiſſam, excuſaretur à peccato mortali,contra præceptum recitandi, quod commiſiſſet,ſi illam non ſuppleſſet, non tamen excuſaretur à pecca-

 to com-

to commiſſo,quia expoſuit ſe probabili periculo illam omittendi,vt ſupra dictum eſt,præſertim,ſi ſciebat, vel ſcire debebat,quod attenta ſua complexione, & conſuetudine,non ſit ſolitus expergiſci.

DVBIVM QVINTVM.

An ad integritatem diuini officij pertineat etiam recitare officium paruum B.Virginis,officium defunctorum,pſalmos graduales,pœnitentiales,et litanias?

1 RESpondeo,in hoc dubio,duo quæri;primum, an prædicta pertineant ad officium diuinum, tamquam partes ipſius,ita,vt,ſi illis diebus,quibus iuxta rubricas breuiarij dicenda eſſent, omittantur, ſit mutilatio diuini officij, ac per conſequens grauis culpa. ſecundum,an regulares Moniales, & alij,qui tenentur recitare diuinum officium,obligentur ex præcepto,prædicta recitare,ſub pœna peccati mortalis,cum priuatim recitant diuinum officium? Ad primum dico,prædicta non eſſe partes diuini officij,ſed quaſdam,veluti appendices,& adiectiones ad illud,nã, vt in cap. 1.dub. 3.diximus, officium diuinum in ſeptem horis canonicis conſiſtit, ac per conſequens,prædicta omittere,non eſt proprie diuinum officium mutilare;hoc autem aperte conſtat ex inſtitutione;nam horæ canonicæ multo ante inſtitutæ ſunt, quam officium Beatæ Virginis,nam Vrbanus II.qui ſecundum cronologiam Cardinalis Bellarmini, ſedit anno Chriſti 1087. in Concilio Claramontano celebrato anno 1096.menſe Nouembri, inſtituit officium paruum Beatæ Virginis,& ſtatuit,vt quotidie recitaretur;inſtiuit etiam officium Beatæ Virginis, quod in ſabbatis non impeditis perſoluitur, ſicut antea in Concilio Placentino addiderat nouem prioribus præfationibus decimã,Et te in veneratione Beatæ Virginis collaudare,& reliqua cap.ſanctorum diſt.70.ita referunt S.Antoninus 2.par.hiſtoriarum tit.16.cap.1.§.23. Gulielmus, Durandus in rationali diuinorum officiorum lib.6.cap.2. num.7. Radulphus Tungrenſis in lib. de canonum obſeruantia propoſitione 20. Nauarrus cap.10. de oratione num.3.

2 Ad ſecundum dico, ante bullam Pij V.breuiario Romano præfixam,communem fuiſſe doctorum ſententiã, ex vniuer-

ſali

ſali eccleſiæ conſuetudine vim legis habente, omnes,qui te-nentur horas canonicas recitare,teneri etiam ad officium B. Virginis, ita Ioannes de Lignano in Clementina 1.de celebratione Miſſarum quæſt. 12. Panormitanus cap.1.num.6. eodem tit.Ioannes Andræas,& alij ibidem;Paludanus 4.diſt. 15.quæſt.5. art.1.concluſione 6. S. Antoninus 3.par.tit.13. cap.4.§.3.Sylu.verbo,horæ.quæſt.5. Tabiena ibi dicto 11.nu. 12.Armilla num.8.Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5. art.4.ante ſecundam concluſionem Nauarr.cap.10.de oratione num. 3.& 4.Iacobus à Graſſijs par.1.deciſionum lib.2.cap.53.num. 23.Rodriquez tom.1.quæſt.regul.quæſt.42.art,15.fin.omnes prædicti doctores videntur loqui de communi conſuetudine obligante,ſub præcepto omnes, qui tenentur recitare horas canonicas,teneri etiam recitare officium Beatæ Virginis,tam in choro,quam extra chorum,præter Armillam, qui num.8. citato,dicit,ſecus,quando non dicitur in choro, licet bonum ſit,vt priuate tunc dicatur. Idem docent de officio defunctorum S.Thomas quodlibeto 6.art.8. Turrecremata 91.diſt.in principio num.15.& 16.Ioannes Andreas cap.1.de celebrat. Miſſarum Paludanus 4. diſt.15. quæſt.5.art.1. concluſ.6.S. Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.3.Sylu. verbo,horæ.quæſt.6. num.6.Tabiena ibi dicto 12.num.13. Armilla num.9. Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art,4.ante ſecundam concluſionem, Nauarrus capit.10.de oratione num. 4. Graſſijs loco citato num.24.

3 Quæres,quinam teneantur prædicta recitare,poſt breuiariũ Pij V? Reſpondeo,& dico primo,illos, qui vtuntur breuiario Pij V.non teneri recitare officium Beatæ Virginis, & defunctorum,ſeptem pſalmos pœnitentiales, & graduales,extra chorum,ratio eſt,quia Pius V.in conſtitutione ſua breuiario præfixa eos liberat ab obligatione ad hæc dicenda ſub peccato mortali. Hortatur tamen omnes ad ea dicenda, & concedit indulgentias dicentibus,ſcilicet omnibus,qui illis ipſis diebus in rubricis præfinitis Beatæ Mariæ, vel defunctorum officium dixerint,toties centum dies, qui vero ſeptem pſalmos,vel graduales,quinquaginta, & ita docent communiter doctores, Petrus de Aragonia 2.2. quæſt. 83. art. 12.dub.5. Cardin.Toletus lib.2.ſumm cap.13. num.1. P.Valentia tom. 3.diſp.6.§.circa tertium,verſ.quod vero. P. Ioannes Azorius tom.1.lib.10.cap.16.quæſt.2. & 4. P. Suarius tom.2 de reli-

gione lib.4.de horis canon. cap.25.num.7.P.Vaſquez opuſc. de beneficijs cap.4.§.1.art.2.dub.1.num.58.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.12.num.76.P.Thom.Sanchez tom.2.cõſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.27. concluſ. 2. num.3.P. Filliucius tom.2.tract.23.cap.7.quæſt.9.num.243. P.Layman tom.2.Theolog.moral.lib.4.tract.1.cap.5.aſſertione 3.num.3. Bonacina tom.1.tractat.de offic.diſput.1.quæſt.3. puncto 1. num.12.

4 Dico ſecundò, illos, qui non vtuntur breuiario Pij V.ſed retinent antiquum morem recitandi, ſi prius ex conſuetudine tenebantur recitare prædicta officia, eodem modo nunc teneri. Ratio eſt, tum quia vnuſquiſque tenetur ſeruare conſuetudinem ſuæ eccleſiæ, vel religionis, vt docet Caietanus in ſnmma verbo, horæ.§.2.Nauarr.cap. 10.de oratione num. 4.tum etiam, quia illi, qui non ſuſceperunt onus recitandi officium breuiarij Pij V. non debent gaudere commodo illius, ita Aragonius loco citato, P.Valentia tom.3.diſp.6.quæſtione 2.puncto 10.§.circa tertium, verſ.quod vero.P.Suar. tom. 2. de religione lib.4.de horis canon. cap.25.num.10.P. Filliucius tom.2.tract.23.cap.6.quæſt.10.dicto 2.num. 213.& cap.7.quæſt.9 dicto 2.num.244.P.Layman tom.2 lib.4.tract. 1.dap.5.num.4.verſ.porro. Bonacina num. 12. ci.. P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.12. num.76. P.Sanchez tom.2. conſilior.moral.lib.7.cap.2.dub.27.concluſ.3.& 4.

5 Quæres, an ſi, non obſtante conceſſione Pij V. aliquæ eccleſiæ, vel Religiones voluntariè retineant vſum dicendi prædicta officia in choro, clerici, & beneficiati illarum eccleſiarũ, vel Regulares illarum Religionum, cum priuatim recitant, teneantur prædicta officia dicere? Reſpondeo, circa hoc dubium, duas eſſe ſententias. Prima affirmat, ratio eſt, quia vnuſquiſque tenetur diuinum officium recitare, more ſuæ eccleſiæ, ſed ſuæ eccleſiæ, vel Religionis vſu prædicta officia, vna, cum diuino officio in choro recitantur, ergo debent etiã ipſi priuatim ea recitare, huius ſententiæ videtur fuiſſe Nauarrus cap.10.de oratione num.3.& 4.vbi ait, eos, qui tenentur recitare horas canonicas, teneri etiam recitare horas minores Beatæ Virginis, & officium defunctorum; ſunt enim tunc pars horarum canonicarum, ſtatuto, aut conſuetudine, idem docet Graffijs parte 1. deciſionum lib. 2.capite 53. num.23.

6 Se-

6 Secunda ſententia docet, prædictos clericos,& Regulares liberos eſſe à prædicta obligatione, dum extra chorum recitant,ratio eſt, quia Pius V. in ſua conſtitutione eos liberauit, vt patet ex verbis ipſius, ita Aragonius 2.2. quæſt 83.art.12. dub.5.P.Azorius tom.1.lib.10.cap.16.quæſt.3. vbi dicit,hoc eſſe probabilius,P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis 25.num.8.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit. 12.num.76.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.7.quæſt. 9.dicto 1.num.243. P.Sanchez to.2.conſil. moral. lib. 7. cap.2.dub. 27.concluſ.2.& 3.Bonacina tom. 1. tractat. de officio diſp.1. quæſt.3.puncto 1.num.12. hæc autem intelliguntur, ſecluſo præcepto,nam ſi in aliqua eccleſia,vel Religione eſſet præceptum,vel ſtatutum,vt prædicta officia recitentur,etiam,extra chorum,tunc tenerentur;ſecluſo autem præcepto, etiam ſi in choro omitterentur ſeptem pſalmi pœnitentiales,graduales, & officium defunctorum,nullum eſſet peccatũ, vt docet Aragonius loco citato,ratio eſt,quia Pius V.ſolum voluit,vt in choro retineatur conſuetudo recitandi officium Beatæ Virginis,vbi prius erat,reliquorum vero,tam in choro, quam extra chorum obligationem,ſub peccato mortali ea recitandi omnino abſtulit, Nauarrus vero loquitur, vel de illis,qui non vtuntur breuiario Pij V.vel de conſuetudine,ante bullam Pij V.

7 Quæres,an peccent mortaliter illi, qui non recitant officiũ defunctorum prima die,poſt feſtum omnium ſanctorum? Reſpondeo affirmatiue, ratio eſt, quia eſt officium illius diei proprium,& ſpecialiter præcipitur in breuiario,& ideo non intelligitur comprehenſum in illa conſtitutione Pij V.quo ad illam indulgentiam,eſt communis ſententia,ita Sotus lib. 10.de iuſtitia quæſt.5.art.4. ante ſecundam concluſionem, Graſſijs par.1.deciſion.lib.2.cap.53.num.24.P.Suarius tom. 2 de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 25.num.8.& 9. P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.27. concluſione 1.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.7. quæſt.9.dicto 1.num.253.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt. 3.puncto 1.num.12. verſ. dixi in. Bartholomæus Gauantus poſt decreta ſacræ Rituum Congregationis. Romæ,& Neapoli impreſſa 1630. in Regulis ex commentarijs in rubricas breuiarij num.19.ſic ait. veſpere defunctorum, cum matutinis,& laudibus debent dici,& perſolui ex præcepto ab ijs,qui

tenen-

Digitized by Google

tenentur recitare diuinum officium in die commemoratio- omnium fidelium defunctorum, cum ſit pars diuini officij eo die præſcripti, & cum ſit pars notabilis, ad reſtitutionem fructuum tenetur beneficiatus ad ratam veſperarum, vel matutini, vel vtriuſque, ſi totum prætermiſit officium defunctorum.

8 Quæres, an illi, qui officium diuinum recitāt, extra chorum, teneantur ex præcepto recitare litanias, quæ recitantur in choro? Reſpondeo, ante breuiarium Pij V. communem fuiſſe ſententiam, conſuetudinem illas dicendi non obligaſſe, extra chorum, ita *Sylu.* verbo, horæ. quæſt. 6. num. 7. fin. Armilla nu. 10. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 4. ante ſecundam concluſionem, Iacobus à Graffijs tom. 1. deciſionum lib. 2. cap. 53. num. 24. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 2. dubio 1. num. 58. vbi addit, *Modo poſt editionem breuiarij Romani nullus tenetur, extra chorum, id enim conceſſit Pius V. motu proprio.* P Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 16. quæſt. 4. fin. ſic ait Pius V. *liberauit quoque præcepto, & lege litaniarum recitandarum, quæ olim cani, & recitari quotidie conſueuerant.*

DVBIVM SEXTVM.

An illi, qui tenentur diuinum officium recitare, dum priuatim recitant, obligentur ex præcepto, ſub peccato mortali recitare litanias in die Sancti Marci, et in tribus diebus Rogationum, ſi non interſint proceſsionibus, quæ publicè fiunt?

1 Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima negat, ducitur, quia nulla eſt lex, quæ ad id obliget, & in bulla Pij V. breuiario Romano præfixa, nullum de ipſis extat verbum præceptiuum, hanc ſententiam ſequuntur quidam recentiores, quos ſine nomine refert Alcoholedo in rubricis breuiarij, eamdem ſententiam ſequuntur Carolus Macignus tract. de horis canonicis cap. 29. num. 18. Molfeſius in ſumma tom. 1. tract. 5. cap. 1. num. 56. quos refert, & ſequitur Diana par. 2. tract. 12. de horis canonicis reſolutione 42. vbi pro hac ſententia citat etiam P. Gabrielem Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 1. num. 58. ſed immerito, nā ibi ſolum loquitur de litanijs, quæ recitantur in choro, & dicit,

Digitized by Google

dicit,quod extra chorum non obligant.

2 Secunda ſententia communis, & vera docet,illos, qui in prædictis diebus non interſunt proceſſionibus, quæ publicè fiunt,teneri,ſub peccato mortali litanias priuatim recitare, tum quia ſunt pars diuini officij illis quatuor diebus recitãdi,vt patet ex rubricis breuiarij Romani, in quibus ſpecialiter præcipiuntur,nam in fine breuiarij, ante ſeptem pſalmos pœnitentiales,ſic dicitur.Litaniæ autem,omiſſis ſeptem pſalmis, dicuntur in litanijs maioribus in feſto S.Marci,& in tribus diebus Rogationum,& in feria ſecunda Rogationum ſic dicitur,hoc triduo, qui non interſunt proceſſionibus Rogationum priuatim, poſt matutinum dicant litanias,cum ſuis precibus,& orationibus, ſine pſalmis pœnitentialibus,& eadem admouitio,quæ in breuiario Pij V.prætermiſſa fuerat, addita eſt in breuiario à Clemente VIII.recognito, in die S. Marci,quamuis res ipſa ſemper,ita intellecta, & obſeruata fuerit:& nunc in officio Sancti Marci,poſt laudes,ſic dicitur. Hodie,qui non interſunt proceſſioni litaniarum, dicant illas priuatim,poſt matutinum,cum ſuis precibus,& orationibus, ſine pſalmis pœnitentialibus,tum etiam, quia in bulla Pij V. excipiuntur pſalmi pœnitentiales,& graduales,non vero litaniæ,quatenus per ſe, & ſeparatim à pſalmis pœnitentialibus dici præcipiuntur,vt ſit in prædictis quatuor anni diebus,ita P.Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 25.num.8.& 9.P.Filliucius tom.2.tract 23.cap.7.quæſt.9.nu. 243.fin.P.Thomas Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.27.concluſ. 1. vbi pro hac ſententia citat iuniores doctos,P.Layman tom.2.Theolog.moral.lib.4. tract. 1.cap.5.num.3.fin.Zannerius 2.2.diſp.5.quæſt. 1.dub.5.num. 148.Gauantus in comment,ad rubricas Miſſalis tom.2.ſect.6 cap.16.nu.3.Bonacina tom.1.tract.de officio diſput.1.quæſt. 3.puncto 1.num.13.

Ex dictis, patet reſponſio, ad rationem primæ ſententiæ legem contineri in prædictis rubricis,in quibus litaniæ,tamquam pars officij præcipiuntur in illis diebus, & in bulla Pij V.implicite præcipiuntur,dum non excipiuntur, cum alijs,vt dictum eſt, exceptio autem firmat regulam in caſibus non exceptis lege nam, quod liquidæ ff. de penult.legata §. vltimo.

3 Quæres,an in Prouincijs,& locis,in quibus non fierent proceſſio-

ceſſiones, peccarent mortaliter, illi, qui litanias priuatim non recitarent? Reſpondet P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 27. num. 2. teneri ſub peccato mortali in Prouincijs, vel oppidis, in quibus fit proceſſio generalis priuatim litanias recitare, illos, qui non interſunt proceſſioni; & vbi non fit generalis proceſſio, ſe non audere damnare ad mortale non recitantes litanias priuatim, prædictis diebus, quia rubrica breuiarij videtur loqui, vbi fiunt proceſſiones. ſic quidam iuniores Magiſtri valde docti. Mihi hæc ſententia videtur probabilis.

4 An Religioſi Societatis Ieſu, qui ratione ſacrorum ordinum tenentur recitare officium diuinum, cum non interſint proceſſioni generali, ſatisfaciant obligationi, ſi litanias recitent, cum alijs, iuxta morem Societatis? ratio dubitandi eſt, quia in proceſſionibus litaniæ recitantur duplices, ſed iuxta morē Societatis non duplicantur, ſed vnus ſacerdos dicit, & reliqui omnes reſpondent. hoc non obſtante, reſpondeo, eos illo modo recitātes ſatisfacere obligationi, ratio eſt, quia in prædictis rubricis breuiarij, abſolute præcipitur, qui non interſunt proceſſionibus, priuatim dicant litanias, & non additur vt duplicentur, ergo neque nos debemus addere hanc obligationem.

5 Quæres, an peccet mortaliter, vel venialiter, qui priuatim litanias recitaret, poſt tertiam, vel nonam, aut poſt completorium? Ratio dubitandi eſt, quia prædictæ rubricæ breuiarij præcipiunt, vt priuatim poſt matutinum dicantur. Reſpondeo, eos, qui priuatim recitant, numquam peccare mortaliter, quacumque hora illas recitent, dummodo illas abſoluant ante mediam noctem, quia implent præceptum, quoad ſubſtantiam, ſicut communis ſententia docet de priuata diuini officij recitatione, vt infra docebimus, peccare tamen venialiter ſi ex negligentia id fecerint, à quo facile excuſantur, ſi aliqua iuſta cauſa interceſſerit, vt ſi quis, poſt matutinum, vocetur à ſuperiore ad celebrandum, vel ad audiendas confeſſiones, aut Religioſi Societatis, ſi vellent eas, cum alijs recitare, quod iuxta morem Societatis fit, poſt prandium, aut poſt cœnam. Ad rationem dubitandi dico, tempus non eſſe de ſubſtantia præcepti, ſicut nec in priuata recitatione horarum canonicarum.

6 Quæres, an illi, qui interſunt prædictis proceſſionibus litaniarum,

Digitized by Google

niarum,ſed litanias,& preces, quæ ab alijs perſoluuntur, ipſi non recitant,vel non attendunt,aut aliquas ſtationes,aut preces omittunt,ſatisfaciant obligationi? Reſpondeo negatiue. Ratio eſt, quia formaliter abſentes cenſentur, & perinde eſt, ac ſi non intereſſent,nec præſens dicitur, qui ad aliud attendit .l.coram Titio ff.de verb.ſignific.quare prædicti, ſi volunt euadere peccatum mortale, tenētur priuatim litanias,poſtea recitare,ita in ſimili caſu docet Bonacina tom.1. tract.de officio diſp.1.quæſt.3. puncto 1.num 14.

7 Quæres,an illi,qui poſt completorium recitant matutinum diei ſequentis,ſatisfaciant obligationi,ſi ſtatim poſt matutinum recitent litanias? Reſpondeo negatiue, ratio eſt,quia, ſicut communis conſuetudo recitandi veſpere officium diei ſequentis,recepta eſt ſolum,reſpectu matutini,& laudum,nō vero reſpectu aliarum horarum,vt infra dicemus, ita etiam non poteſt,extendi ad litanias, cum vero rubricæ breuiarij præcipiunt,vt litaniæ dicantur,poſt matutinum, intelligunt, ſi recitetur eodem die, non vero, quando recitatur veſpere præcedenti,& idem dicemus infra cap.9.dub.2.num.8. de officio defunctorum in die commemorationis omnium fideliū defunctorum,ſcilicet quod recitandum eſt mane, & non pridie veſperi, ex decreto ſacræ Rituum Congregationis die 1. Septembris 1607.

8 Quæres,quid ſignificet nomen,litania; ſecundò quis eas inſtituit.tertiò quare aliquæ dicantur maiores,aliæ vero minores? Reſpondeo ad primum λιτανεία verbum eſſe græcum, quod latine deprecatio, vel rogatio dicitur. inde Rogationes dictæ ſunt.Ad ſecundum dico, litanias maiores fuiſſe inſtitutas à S.Gregorio Papa 1. qui magnus dictus eſt,ſeptimo Kalend.Maij in feſto S.Marci euangeliſtæ, qui vbique terrarum ſeruari præcepit; cauſam autem huius inſtitutionis refert Paulus Diaconus monachus Caſſinenſis in geſtis Longobardorum lib.3.cap.11. quod tempore Pelagij Papæ tanta fuit inundatio aquarum per Italiam, quod aquæ aſcēderunt, vſque ad ſuperiores feneſtras Templi Neronis,quod erat Romæ, tunc per Tyberim effluxit multitudo ſerpentium, inter quos fuit maximus drago, ex quorum flatibus aer èſt corruptus,& inde emerſit peſtis inguinaria, qua homines paſſim, & ſubito moriebantur,& cum pene totus Romanus populus deleretur,Pelagius Papa omnibus ieiunium, & proceſſionē

indixit,ſed in ipſa proceſſione ipſe,cum ſeptuaginta alijs expirauit,cui ſubſtitutus eſt S Gregorius,qui ſtatim litanias inſtituit,& proceſſionem in ſeptem choros diſtribuit. in primo choro fuit clerus,in ſecundo Abbates omnes, cum ſuis monachis,in tertio omnes Abbatiſſæ,cũ congregationibus ſuis, in quarto omnes pueri,in quinto omnes laici,in ſexto omnes viduæ,in ſeptimo omnes mulieres coniugatæ;extat de hac re conſtitutio S. Gregorij Papæ, quam refert S.Gregorius Turonenſis lib. 10.hiſtoriarum francorum cap.1. cuius etiam meminit Cardinalis Baronius in notationibus martyrologij Romani die 25.Aprilis,& referunt Vualafridus Strabo libro de rebus eccleſiaſticis cap. 28. & Gulielmus Durandus in rationali diuinorum officiorum cap.102.num.2.& 3.

9 Litanias vero minores inſtituit Sanctus Mamertus Epiſcopus Viennenſis eius dies natalis habetur in martyrologio Romano die 11.Maij tribus diebus ante Aſcenſionem Chriſti, in Vienna præcipua Galliæ Vrbe, dum crebro terræmotu ſubrueretur,& luporum,& beſtiarum deſolaretur incurſu,ita referunt S.Gregorius Turonenſis lib.2. hiſtoriarum francorum cap.34.fin. Albinus *A*lcuinus lib.de diuinis officijs cap. 23.Amalarius Fortunatus lib.1. de eccleſiaſtico officio cap. 37.Vualafridus Strabo lib.de rebus eccleſiaſticis cap.28.Gulielmus Durandus in rationali diuinorum officiorum cap. 102.num.4.Gilb.Genebrardus lib. 3. chronographiæ anno Chriſti 470.fol.449.fin. Cardinalis Baronius loco citato,vbi multos alios refert,& 11.Maij Sigibertus in chronographia anno 468.

10 Ad tertium, reſpondet Gulielmus Durandus loco citato, Primam dici maiorem, quia in maiori loco, ideſt Romæ,& à maiori ſcilicet à Gregorio magno ſummo Pontifice,& pro magno,& grauiſſimo morbo inſtituta eſt,aliam vero dici minorem,quia à ſimplici Epiſcopo,& in minori loco,ſcilicet in Vienna inſtituta eſt; ſed Cardinalis Baronius loco citato,dicit Maiores dictas eſſe,ad differentiam minorum litaniarum, nam plures ſolitæ erant in anno fieri litaniæ. extat decretũ *S*.Gregorij Papæ I.de litaniarum maiorum annua celebritate in principio libri 2.Regiſtri,his verbis, *Solemnitas annuæ deuotionis, nos fratres dilectiſſimi admonet,vt litaniam, quæ maior ab omnibus appellatur,ſolicitis, ac deuotis debeamus auxiliante Deo menſibus celebrare*. litania minor antiquior eſt

tem-

tempore, nam ſecundum Gulielmum Durandum fuit tempore Zenonis Imperatoris, circa annum 474. ſecundum Baronium, tempore Valentiniani III. Imperatoris, anno circiter 452. vt ſcribit Ado Epiſcopus Viennenſis in chronico. Maior vero fuit tempore Mauritij Imperatoris anno 590. minores Rogationes appellatæ ſunt, de quibus extat canon 29. primi Concilij Aurelianenſis, & refertur cap. Rogationes de conſecrat. diſt. 3.

CAPVT NONVM.

De tempore, quo diuinum officium in priuata recitatione perſolui poteſt, ac debet.

PRIMVM DVBIVM.

An diuinum officium, dum priuatim recitatur, ſit certis, ac definitis horis perſoluendum?

1 Reſpondeo, communem eſſe doctorum ſententiam, non eſſe in recitatione priuata diuini officij obligationem præcepti rigoroſam, ſub peccato mortali, recitandi ſingulas horas canonicas illis præciſè horis, quibus ex prima inſtitutione ſunt aſſignatæ; ſed poſſe, ſine peccato mortali, anteponi, & poſtponi, etiam ex mera voluntate, & ſine cauſa, dummodo recitentur, intra tempus legitimum. Ratio eſt, quia illa inſtitutio facta eſt præcipuè pro oratione publica, quæ fit in choro, & per conſuetudinem, ita explicata, ſeu relaxata eſt, quoad orationem priuatam; vnde omnia iura, quæ ſtatuunt, competenti tempore officium eſſe recitandum, ſolum de publico, quod in eccleſijs recitatur, loquuntur: ergo nullū eſt præceptum, quod obliget, vt tempus in priuata recitatione ſeruetur. antecedens patet, ex cap. 1. & cap. dolentes, de celebratione Miſſarum, & clementina 1. eodem tit. & diſt. 91. fere tota, in quibus iuribus ſemper loquitur de eccleſijs, immo hoc ex cauſa eſt immutatum, nam cap. 1. de celebratione Miſſarum permittitur clerico indigenti exire ad opus rurale, vt ſummo mane dicat omnes horas diurnas. Præterea ſubſtantia præcepti conſiſtit in hoc, quod horæ dicantur, ſed quod dicantur tali tempore, non eſt de ſubſtantia præcepti,

ſed modus quidam, & circumſtantia, non valde neceſſaria, ita docet Henricus quodlibeto 11.par.2.Gabriel.lect.23.in canonem miſſæ littera E.Sanctus Antoninus 2.par. tit.9.cap. 12.§.3.negligentia 7.& 3.par.tit.13.cap §.4. Turrecremata cap.presbyter 91.diſt.quæſt.3.ad 2.Ang.verbo hora num.22. Sylu.ibi quæſt.9.dicto 5.num.11.fin.Tabiena dicto 26. num. 27.Caietanus §.4.Armilla num.17.Sotus lib.10. de iuſtitia quæſt.5.art.4.concluſ.2. Nauarrus cap. 3. de oratione num. 55.58.59.& 78.& cap.10.num.50.dicto 3. & in manuali cap. 25.num.97.Couarruuias lib.4.variarum reſolutionum cap. 19.num.9.fin.Ledeſma 2.4 quæſt.16.art.5.dub.1.Medina in ſumma lib.1.cap.14.§.11.Viguerius cap.5.§.5.ver.4. Margarita confeſſor.fol.162.Rodriquez par.1.ſumm. cap.142.concluſione 4.Graſſijs par.1.deciſionum lib. 2. cap.53.num.15. Aragonius 2.2.quæſt.83.art.12.§.de tempore dicto 2. Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canonicarum cap.25.num.1.& 2. Cardin. Toletus in ſumm.lib.2.cap.13.§. circa tempus.Cardin.Bellarmin.tom. 4. controuerſiar.lib.1. de bonis operibus cap.18.§.tempus.P.Ioannes Azorius tom. 1.lib.10.cap.9.quæſt.8.P.Suarius tom.2. de religione lib.4.de horii canon.cap.27.num.3.P.Leſſius lib. 2.de iuſtitia cap.37. dubit.12.num.79.P.Valentia tom.diſp.6.quæſt. 2. puncto 10. §.5.P.Reginaldus lib.10.cap.12.ſect.vltima num.179.propoſitione 3.P.Sanchez tom.2.conſil.moral.lib.7.cap.2.dubio 36 concluſione 1.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap. 8.quæſt.7.dicto 1.num.266.Ludouicus Miranda tom.1. Manualis prælatorum Regularium quæſt.37.art.8.concluſ.2. Bonacina tom. 1.tract.de officio diſp.1.quæſt.3.punct.3.num.4.Diana par.2. tract.12.de horis canonicis reſolut 14.

2 Quæres,quodnam ſit tempus habile, quo poſſit totum officium diuinum priuatim recitari? Reſpondeo,tempus incipere à media nocte, & finiri in puncto mediæ noctis ſequentis, quãdo vnus dies naturalis finitur,& alter inchoatur,ſed quãtum ad matutinum ex conſuetudine incipit à veſpera præcedentis diei,ita,vt,qui hoc toto tempore horas ſoluerit,non peccet mortaliter,dummodo ſolum matutinum, cum laudibus dicat,poſt veſperas diei antecedentis, & non alias horas. niſi poſt mediam noctem, v.g. horæ diei Martis poſſunt recitari ab occaſu diei Lunæ, vſque ad mediam noctem Martis, ratio eſt, quia obligatio huius præcepti, eſt diſtributa per dies

dies naturales,& ita obligatio,quæ ad vnumquemque diem pertinet in termino eiuſdem diei naturalis finitur. matutinū vero ſolum,cum laudibus ex conſuetudine poteſt anticipari, & recitari,ante mediam noctem, poſt veſperas diei præcedētis,vt docet S. Thomas quodlibeto 5. art. 28. ad primum,& doctores communiter,vt infra dicemus; hæc eſt communis ſententia, quam ſequuntur omnes doctores num.præcedenti citati,præſertim Caietanus in ſumma verbo,horæ.§.4.Armilla num. 17. Nauarrus cap. 7. de oratione num. 60.Marcellus Francolinus tract.de tempore horarum canonic. cap.25.nu. 2.& 3.Aragonius 2.2.quæſt.83.art.12.dub.5.§.de tempore, Cardin.Toletus in ſumma lib.2.cap.13.§.circa tempus. Cardinalis Bellarminus loco citato cap. 18. P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.27. num.4. P. Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.12.num. 78. P.Sanchez tom.2. conſiliorum moral.lib.7.cap.2.dub.36.concluſione 1. & omnes alij.

3 Quæres, an in priuata recitatione officij diuini committatur peccatum veniale, ſi illud recitetur, non ſeruatis horis debitis? Reſpondeo hoc duobus modis fieri poſſe; primo ex rationabili cauſa,ſecundo vero,ſine cauſa,ſed ſola voluntate, ſi primo modo fiat,vt ſi quis ex vrgenti,& rationabili cauſa totum officium mane abſolueret, vel ſi illud poſtponeret,& diceret, ante mediam noctem,nullum committi peccatum neque veniale,ratio eſt, quia ſic præuenire, vel poſtponere tempus recitationis diuini officij non eſt,contra ſubſtantiam huius præcepti,nec eſt circumſtantia adeo grauis, vt reddat actionem intrinſece deformem, ergo poteſt iuſta de cauſa, abſque vlla culpa prætermitti, hæc eſt communis ſententia omnium doctorum,quos ſupra citaui,& aliorum, quos referam numero ſequenti, dicentium eſſe peccatum veniale,ſi ſine cauſa rationabili id fiat;ſemper enim excipiunt rationabilem cauſam,expreſſe P.Azorius tom.1. lib.10.cap.9.quæſt. 8.P.Suarius tom.2 de religione lib.4.de horis can.cap.27.nu. 7.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.8.quæſt.8.dicto 1.num.269. P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.36 concluſione 2.

4 Si vero,ſine rationabili cauſa horæ debitæ prætermittantur ſola voluntate,vt ſi quis id faceret, quia tunc commodius legit,vel eſt ad ſtudium magis propenſus,cum tamen æquè bene poſ-

ne poſſit nunc proprio, & oportuno tempore talem horam recitare,& poſtea legere,vel ſtudere: ſunt circa hoc quatuor doctorum ſententiæ. Prima docet, eſſe peccatum mortale, ita Vmbertus in expoſitione regulæ Sancti Benedicti,quem refert,& reprobat Syl.verbo,horæ. quæſt.9.num. 10. dicto 6. vbi ait. *Non dicere horas proprijs horis ſed notabiliter ſine rationabili cauſa tardare,ſecundum Vmbertum in expoſitione Regulæ,videtur mortale,quod durum eſt, & nulla ratione,vel auctoritate probatur*, ſed communi omnium conſenſu eius opinio reijcitur,ita P.Ioannes Azorius to. 1.lib.10. cap.9.quæſt. 8.P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap. 27.num.3.

5 Secunda ſententia docet, hoc eſſe omnino liberum, & arbitrarium, & ideo ſine vllo peccato fieri poſſe licet melius ſit tempora horarum ſeruare,in ipſis recitandis. Ratio eſt,quia nullum eſt eccleſiaſticum præceptum,aut ius ſcriptum,quod id præcipiat,nam omnes canones de publica chori recitatione loquuntur,& licet ius antiquum hoc habuerit, vel potius doctores ex illo id collegerint, conſuetudine tamen vbique recepta, ei derogatum eſt, ſicut enim conſuetudo vim habet inducendæ legis,ita etiam illius auferendæ, aut moderandæ, hoc patet ex communi praxi,nam omnes, qui priuatim officium recitant pro ſua commoditate, & arbitrio horas recitant,& poſtponunt,ſine vllo ſcrupulo,hanc ſententiam ſequũtur aliqui,quos tacitò nomine refert P.Ioannes Azorius to. 1.lib.10.cap.9.quæſt.8.fin.quam probabilem putat;& P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis cap.27.num.7. & nu.8. eorum ſententiam ſequitur,cum limitatione,de qua infra dicemus:eamdem ſententiam videtur ſequi P.Gregorius de Valentia tom.3.diſp.6,quæſt.2.puncto 10.§.5.verſ.rationabilem autem.P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.vltima num.180. verſ.tertio quamuis;Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1. quæſt.3.puncto 3.num.8.verſ.mihi dicendum.

6 Tertia ſententia abſolute docet,non ſeruare debitas horas in priuata diuini officij recitatione, ſine rationabili cauſa, eſſe peccatum veniale,ratio eſt,quia officium diuinum ideo, horæ canonicæ,dictum eſt,vt bene aduertit Nauarrus cap.3. de oratione num. 26. quia certis diei horis eſt recitandum, vt iiſdem horis, atque adeo per omnes diei partes Deum laudemus,& cum illæ horæ præcipuè ſelectæ ſint, in quibus no-

ſtræ

ſtræ ſalutis myſteria peracta ſunt, & ſæpiſſimè hymni officij, temporis,quo recitandi ſunt,mentionem faciant,certè negligentiæ reus erit,qui huiuſmodi tempora, ſine legitima cauſa prætermittit;hæc eſt communis doctorum ſententia, ita docet Henricus de Gandauo quodlibeto 11.art.penult.Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5.art.2.concluſ. 3. Ioannes de Turrecremata in cap. presbyter diſt.91. quæſt.2.Angelus verbo, hora.num.22.Tabiena dicto 26.num.27.Sylu.quæſt.9.dicto 2. Caietanus §.4.Armilla num.17.Sotus lib.10. de iuſtitia quæſtione 5.art.4.concluſ.2.Nauarr.in manuali cap.25. num.97. & cap.3.de oratione num.45.& ſequentibus,& cap.21.num. 29.Metina in ſumma lib.1. cap.14. §.11.Palacios 4.diſt.15. diſp.9.Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canonicarum cap.25.num.7. Aragonius 2. 2.quæſt.83.art.12. dub.5.§.de tempore.dicto 2. Ludouicus Miranda tom.1 Manualis prælatorum regular.quæſt.37.art.8.concluſ.1.Graffijs par.1.deciſion.lib. 2.cap.53.num.18.& 19.Cardin.Tolet. in ſumma lib.2.cap.13.§.circa tempus,Cardin.Bellarmin.tom.4 controuerſ.lib.1.de bonis operibus cap.18.§.tempus. P.Gregorius de Valentia tom.3.diſp.6.quæſt.2.puncto 10.§.5.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.12.num. 79.verſ.eſt autem. P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.vltima num.179. propoſit.3. P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.3.num.8.P.Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib.7 cap.2.dub.36. concluſ.3. Diana par.2.tract. 12. de horis canonicis reſolutione 24. Addunt Caiet.Armilla,& Toletus,eſſe graue veniale,multum poſtponere horas.

7 Quarta ſententia docet,prædictas ſententias, ſcilicet ſecundam,& tertiam eſſe ſano modo intelligendas, & ita moderandas,vt non fiant contrariæ,ſed mediam quamdam conſtituant. Nam duplex poteſt eſſe horarum canonicarum poſtpoſitio.quædam enim eſt moderata,& conſueta, quam communiter fere omnes faciunt, ſine ſcrupulo, vt ſi prima dicatur,poſt duas,vel tres horas ab ortu ſolis, ſimul cum tertia, ſexta,& nona,& veſpere,cum completorio ſtatim, poſt prandium,alia vero inuſitata,& extraordinaria,quæ abſque vrgẽti cauſa ab hominibus mediocri diligentia res diuinas tractantibus fieri non ſolet,vt recitare primam in occaſu ſolis,vel totum officium,prope dimidiam,noctem ; priorem dilationẽ docet,fieri poſſe,ſine vllo peccato *vt docet ſecunda ſententia,*

abſque

abſque alia cauſa, præter conſuetudinem, & ratione illius, poſteriorem vero non poſſe fieri, abſque peccato veniali, quia non eſt talis conſuetudo, nec eſſet rationabilis, & ſic eſt vera tertia ſententia, ratio prædictæ moderationis eſt, quia prior dilatio fundatur in neceſſitatibus communiter occurrentibus, & licet interdum poſſint non occurrere, tamen lex generalis non oblibat, cum tanto rigore, quia non poſſunt hanc curam, & ſollicitudinem habere, niſi homines valde perfecti, & in ſuis actionibus commenſurandis, ac diſtribuendis multum conſiderati, ſed poſterior dilatio non habet rationem moralem communem omnibus, etiam regulariter, ſed ex ſola negligentia ordinariè naſcitur, & eſt periculis expoſita, vel omittendi aliquid, vel ſaltem male recitandi nimia celeritate, & ideo non poteſt tanta licentia, ſine cauſa eſſe inculpabilis. Hanc ſententiam docet Cardinalis Bellarminus tom. 4. controuerſiarum lib. 1. de bonis operibus cap. 18. vbi ait. *intelligendum eſt autem, tunc ſolum peccatum eſſe, preces horarias nõ ſuo tæmpore celebrare, quando, & longe receditur a tempore canonico, & abſque vlla rationabili cauſa id præſumitur, niſi forte conſuetudo iam multis in locis recepta, & à pijs, doctiſque viris tacito quodam conſenſu approbata excuſet*. idem docet P. Io: Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 9. quæſt. 8. verſ. obijcies ſecundò. vbi addit, *eſt enim in hac parte potius conſuetudini ſtandum, quã iuri ſcripto* P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis can. cap. 27. num. 8 ex profeſſo hoc agit, idem docent P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. vltima num. 180. verſ. tertio quamuis, P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 8. dicto 2. num. 270. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 3. puncto 3. nu. 9. Hæc ſententia mihi videtur valde probabilis.

8 Dices, prædictam ſententiam eſſe contra cõmunem doctrinam ſanctorum Patrum, qui ſemper docuerunt, etiam in priuata recitatione eſſe ſtatutas officij diuini horas ſeruandas. Nam B. Pachomius in ſua regula cap. 81. conſtituit, vt *ad pſallendum, et ad orandum nullus ſibi occaſiones inueniat, quibus ſe dicat occupatum, quaſi ire non poſsit, et ſi in naui fuerit, et in agro, et in itinere, vel in Monaſterio quolibet opere, et miniſterio detenptus, orandi, et pſallendi tempora non prætermittat.* Baſilius in regulis fuſius diſputatis interrogat cap. 37. agens de horis canonicis, ſic ſtatuit. Quod ſi fors aliquos, vel propter operum, vel propter locorum naturã eo tempore abeſſe longius

contin-

contingerit,quam , vt vna,cum reliquis præſto eſſe poſſint ij, vbicumque fuerint,ea neceſſario ibi exequi debent,quæ communiter ſtatuta ſunt,& S.Benedictus in ſua regula cap.50.ſtatuit,vt Monachi,etiam in priuato horas conſtitutas in officij diuini perſolutione obſeruent, ſic enim ibi ait. *Fratres, qui omnino longe ſunt in labore, & non poſſunt occurrere hora competenti ad oratorium,& Abbas hoc perpendit, quia ita eſt,agant ibidem opus Dei, vbi operantur, cum tremore diuino flectentes genua,ſimiliter,qui in itinere directi ſunt,non eos prætereāt horæ conſtitutæ,ſed,vt poſſunt agant ſibi,& ſeruitutis penſum,non negligant reddere.*

9 Idem etiam confirmatur exemplo , quod referunt Ioannes Andreas Antonius de Butrio.Ancharanus, & Panormitanus in cap.1 de celebratione Miſſarum,S.Antoninus 3.par.tit.13 cap.4.§.4.Sylu.verb.horæ.quæſt.9.num. 10.dicto 2. Tabiena dicto 26.num.27.& alij,de quodam Eremita,cui Angelus afferebat vuuas acerbas, quando præueniebat ſtatutas officij horas,marcidas,quando poſtponebat;maturas vero, cum debitas ſeruabat horas, & S. Petrus Damianus in epiſtola ad Deſiderium Abbatem de miraculis ſui temporis cap.7.quæ habetur tom.3.bibliothecæ ſanctorum Patrum,ſecundæ editionis impreſſæ Pariſijs anno 1589.refert Sanctum Seuerinũ Epiſcopum Colonienſem apparuiſſe cuidam clerico eius eccleſiæ,dum vadum fluminis tranſibat, tactuque manus oſtendiſſe,quod Purgatorij igne ibi vehementer cruciabatur,non alia culpa,niſi,quia diuina officia per diſtincta horarum ſpatia non perſoluit,mane quippe omnia coaceruans,tota die negotijs,imperialibus libere vacabat,quare S.Petrus Damianus,ſic concludit. Diſtinguenda ſunt ergo per momenta temporum eccleſiaſticæ inſtitutionis officia.

10 Reſpondeo,& dico primo, prædictos Patres Pachomium, Baſilium, & Benedictum Regulas præſcripſiſſe Monachis ſolitarijs,qui,& perfectionem profitebantur, & facile poterant occupationes interrumpere, & ideo inter eos tunc vigebat talis conſuetudo,quæ ſeruanda erat,& propterea acciderunt illæ viſiones,& reuelationes vuarum,& in exemplo S.Seuerini apparet manifeſta culpa,quia agebat negotia ſæcularia, & ex aula Regia, non ex eccleſiæ neceſſitatibus procedentia, ac proinde ſibi non neceſſaria , & quia mane totum ſimul officium recitabat,quod communiter fieri non ſolet,ſimili mo-

do reſpondet Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canonicarum cap. 26.num.7.P. Ioannes Azorius tom.1. lib.10.cap 9.quæſt.3.fin.P.Suarius tom. 2. de religione lib.4. de horis canonicis cap.27. num.8. fin. P.Reginaldus lib.18. cap.12.ſect.vltima num.179. propoſitione 4.verſ.quod vero contra.

11 Dico ſecundò longe perfectius,fructuoſius, & facilius eſſe, officia ſingularum horarum ſuis proprijs temporibus recitare,quam omnes ſimul horas, ſine vlla temporum diſtinctione coniungere,ſic enim ſatisfit eccleſiaſticæ inſtitutioni, & maximam recipimus vtilitatem ,dum tam crebro Deum laudamus,& ad nos ipſos redimus,& à tumultibus ſæculi ad pacem Dei animum reuocamus: denique labor recitandi canonicas horas,inter tot partes diuiſus, ita minuitur,vt leuiſſimus,ac penè nullus eſſe videatur,& quia hoc perfectius eſt,Sancti Patres in ſuis Regulis, ſic ſtatuerunt; hanc propoſitionem confirmant ea, quæ ſcribit Nauarrus in cap.3. de oratione num. 45. & ſequentibus,& Cardinalis Bellarmin.tom.4.controuerſiarum lib.1.de bonis operibus cap. 18. §.tempus. Nunc vero,quia vniuerſali piorum, doctorumque hominum conſuetudine præſcripta horarum tempora in priuata recitatione non ſeruantur,ideo nullum eſt peccatum prædictam conſuetudinem receptam,ſequi, vt ſupra num.7.probatum eſt.

12 Quæres, an idem dicendum ſit de præuentione horarum, & poſtpoſitione ipſarum? Reſpondeo ex communi doctorũ ſententia, quando quis impedimentum timet,conſultius,& melius eſſe, vt horas præponat, quam poſtponat. Ratio eſt, quia primum prouidentiæ, ſecundum vero negligentiæ adſcribitur;vnde Hugo de ſancto Victore in expoſitione Regulæ S.Auguſtini cap.3.in principio, & S. Bernardus in lib.qui inſcribitur modus bene viuendi ad ſororem ſuam,ſermo:49. qui eſt de oratione,dicunt,quod ante tempus orare, eſt prouidentia; tempore conſtituto orare, eſt obedientia;tempus orandi præterire,eſt negligentia; hoc autem intelligendum eſt,vt bene notat Nauarrus cap.3.de oratione num.46.de eo, qui iuſta de cauſa præuenit horam,& qui cum ea, aut ſine ea poteſt præuenire,poſtponit eam. Confirmatur, quia in cap. præsbyter de celebratione Miſſarum,& diſt.91. conſilium datur,vt presbyter negotijs implicatus ſtatim mane omne penſum horarum exoluat,vſque ad veſperam, eſt communis ſententia,

tentia, ita docet Sanctus Thomas quodlibeto 5. art. 28. Innocentius, Hoſtienſis, Ioannes Andreas, & alij iuris canonici interpretes in cap. 1. de celebratione Miſſarum, Paludanus 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 2. concluſ. 3. S. Antoninus 3. par. tit 13. ca. 4. §. 4. Sylu. verb. horæ. quæſt. 9. num. 10. dicto 2. Tabiena dicto 26. num. 27. Caietanus §. 4. Armilla num. 17. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 4 concluſ. 2. Nauarr. cap. 3. de oratione num. 56. Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canonicarum cap. 26. num. 11. Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 5. §. de tempore. dicto 2. Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 142. concluſ. 4. Iacobus à Graſſijs tom. 1. deciſion. lib. 2. cap. 53. num. 18. P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 9. quæſt. 3. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 27. num. 9. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. vltima num. 179. propoſit. 4. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 9. dicto 1. num. 171. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dubio 36. concluſione 3. Naldus verbo, officium diuinum num. 3.

13 Dico ſecundò, quando cæteris paribus, præuentio, & poſtpoſitio, ſine peccato fieri poteſt, laudabilius eſſe præuenire, & ſi vtrumque, cum peccato veniali fieret, minus malum eſſe præuenire, ſed ſi præuentio nimia futura ſit, & inuſitata, eligenda potius eſſet poſtpoſitio, vt ſi completorium dicendum eſſet ſummo mane, vel prima hora noctis, minus malum eſſet, ſic poſtponere; ſi æque bene, & ſecurè dicendum ſperaretur. Quare, ſicut nullum eſt peccatum officium poſtponere ex rationabili cauſa, ſicut ſupra dictum eſt; ita etiam multo minus præuenire, & ſicut moderata poſtpoſitio, etiam ſine cauſa, nō eſt peccatum veniale, ita multo minus moderata præuentio, qualis eſſet recitare primam, vna hora, ante ſolis ortum, & matutinum in principio noctis præcedentis diei, & ſicut nimia poſtpoſitio, ſine cauſa, eſt peccatum veniale, ita nimia præuentio, qualis eſſet recitare completorium, ante prandiū hæc patent ex dictis, & docent doctores ſupra citati, præcipue P. Suarius, & P. Filliucius.

14 Quæres, an poſſint veſperæ, extra quadrageſimam ex cauſa ordinaria, ſine peccato veniali recitari, ante prandium? Reſpondeo ex communi doctorum ſententia, qui docent conſultius eſſe præuenire, ſequi, nullum eſſe peccatum veſperas ex cauſa recitare, ante prandium, ſi quietius, & deuotius di-

cantur. præſertim, ſi timeretur periculum, quo, ſi tunc non dicerentur, poſtponendæ eſſent, vſque ad noctem. Ratio eſt, quia in cap. 1. de celebratione miſſarum permittitur clerico, etiam veſperam dicere ſummo mane. ſic enim ibi dicitur. *Presbyter mane matutinali officio expleto, pēſum ſeruitutis ſuæ, videlicet primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperamque perſoluat*, vbi aperte veſpera incluſiue numeratur, cum alijs horis, & ita hunc textum intellexerunt Innocentius, Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Panormitanus, & alij; Hanc ſententiam expreſſe docuit. Caietanus in ſumma verbo, horæ. §. 4. vbi ait, *Preuenire tamen, vt quietius, ac deuotius dicatur conſulitur à iure in cap. presbyter, vt ſcilicet mane dicantur horæ, vſque ad veſperas incluſiue*. P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 9. q. 4. P. *L*eſſius lib 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 12. num. 79. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap. 27 num. 9 vbi ait. *facilius poſſe veſperam anteponi, quam completorium, quia non ita accedit veſpera ad nocturnum Officium, ſicut completorium*. P. Filliucius tom. 2. tract. 23 cap. 8. quæſt. 9. dicto 1. num. 271.

85 An tempore Quadrageſimæ poſſint, ſine vllo peccato recitari veſperę, poſt prandium, in priuata officij recitatione? ratio dubitandi eſt, quia in cap ſolent de conſecrat. diſt. 1. præcipitur, vt in quadrageſima dicantur veſperæ, ante commeſtionem, & idem præcipitur in rubrica breuiarij Pij V. à Clemente VIII. recogniti in feria IV. cinerum. Reſpondeo in priuata recitatione nullum eſſe peccatum, ſi poſt prandium recitentur. Ratio eſt, quia prædictum cap. ſolum loquitur de publica chori recitatione, vt omnes communiter affirmant, & in prædicta rubrica breuiarij nullum imponitur præceptū, ita Sylu. verbo, horæ. quæſt. 9. num. 10. dicto 5. Tabiena ibi q. 27. num. 28. Caietanus 2. 2. quæſt. 147. art. 7. & in ſumma verb. ieiunium §. 1. Nauarrus cap. 3. de oratione num. 41. & cap. 21. Miſcellaneo 22. num. 94. & 95. Palacios 4. diſt. 15. diſput. 3. fol. 130. pag 4. P. Emanuel *S*à verbo, horæ. num. 16. P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 9. quæſt. 9. P. *S*uarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 27. nu. 9. fin. Cardin. Toletus lib. 2. cap. 13. num. 4. verſ. aliqua tamen. vbi ait, *quod ſi ſine vlla cauſa fiat, veniale eſt*. P. Comitulus lib. 1. reſponſ. moralium quæſt. 64. num. 1. vbi dicit extra chorum, ſine cauſa id facere nullum eſſe peccatum. P. Thom. Sanchez tom. 2. conſil. mor. lib. 7. cap. 2. dub. 36. concluſ. 4. P. Layman tom. 2. Theolog.

moral.

Digitized by Google

moral.lib.4.tract.1.cap.3.num.8.verſ. item veniale. P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.8.quæſt.9.dicto 1.nu. 271.Macignus tract.de horis cap.54.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1. quæſt.3.puncto 3.num.8. fin.verſ.idem dic.

16 Quæres,quænam cenſenda ſit iuſta cauſa, quæ à culpa reddit immunem illum, qui non recitat diuinum officium debitis horis anticipando, vel poſtponendo illud? Reſpondeo ex doctoribus colligi quamcumque honeſtam occupationem eſſe cauſam legitimam,& rationabilem, talis eſt lectio, concio,ſtudium,temporalium rerum licitarum,& neceſſariarum occupatio, & ſimilia. vnde Hoſtienſis in ſumma tit.de conſecrat.eccleſ.vel altaris,diſt.2.§.& qualiter.num.15.ait,quod clerici peregrini poſſunt ſimul dicere omnes horas, ſcilicet primam,& reliquas,vſque ad veſperam incluſiue, & poſtea facere iter ſuum,& quod idem de curialibus intelligi poteſt & Sylu.verb.horæ quæſt.9.dicto 1. idem dicit de curialibus. Innocentius,Hoſtienſis.Ioannes Andreas, & alij in cap.1.de celebratione miſſarum dicunt,quod Dominus Papa, Cardinales,Epiſcopi, & multi alij inferiores mane recitant ſimul omnes horas, vſque ad ſextam, quandoque,etiam,vſque ad nonam incluſiue,vt deinde negotia expediant, ita docet Nauarrus cap.3.de oratione num.56.fin. & Marcellus Francolinus tract.de tempore horarum canon. cap.26. num.4.& ſequentibus; idem nunc paſſim ſeruant multi pij, & religioſi viri:Nauarrus tamen cap.3.de oratione num.47.& 48.reprehendit illos,qui nec ſtudijs,nec lectionibus, negotioque vlli incumbentes, illico,vbi illuxerit,aut paulo poſt horas omnes, ad veſperas vſque recitant,ſic etiam illos,qui equitando iter faciũt,cum poſſint ſtatutis temporibus horas recitare,ſtatim in aurora omnes ſimul recitant, & poſtea totum diem colloquijs,fabulis,& verbis otioſis inſumunt, denique legitimam cauſam eſſe,affirmant aliqui, ſi ſcholaſticus differat horas in veſpertinum tempus,quia matutinum eſt aptius ſtudio,quam veſpertinum,hoc autem eſt aptum ad recitandum,ita Maior in 4.diſt.14.quæſt.1.Nauarrus cap.3. de oratione num.55.P. Thom.Sanchez tom.1.conſiliorum moral lib. 7. cap.2.dub. 36.num.3.Reginald.lib.13.cap.12.ſect.vltima num. 179. propoſitione 4.verſ. monet.

DVBIVM SECVNDVM.

An illi, qui priuatim recitant diuinum officium, poſsint, ante mediam noctem recitare vigilias nocturnas, ſeu matutinum, cum laudibus, abſque vllo peccato?

1 RESpondeo, & dico primo certum eſſe apud omnes, matutinum licitè recitari poſſe ab occaſu ſolis, vt habet antiqua conſuetudo, Ratio eſt, quia licet olim multi illud recitabant media nocte, & nunc etiam aliqui Religioſi idem faciant, aliqui ea tranſacta, non tamen media nox eſt deputata, tamquam hora debita ad recitandum matutinum, vt bene docet Nauarr. cap. 3 de oratione num. 76. & 77. & P. Sanch. tom 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 37. concluſione 3. num 8. quia nullum ius id præcipit, vel determinat, ſed canones tantum dicunt, matutinum eſſe officium nocturnũ de nocte dicendum, vt ſignificat Nauarrus cap. 3. de oratione num. 73. verſ. quarto ſequitur, vbi ait. *Maiorem ſubeſſe debere cauſam, vt hodie, antequam nocteſcat recitetur matutinum diei ſequentis, quam nocte iam facta*, ſed nox incipit ab occaſu ſolis, vſque ad ortũ, ergo eſt tẽpus legitimũ, pro nocturnis vigilijs recitandis: vnde qui matutinum recitant prima nocte, vel media, vel ſummo mane debitis horis illud recitant, quia omnes nocte recitant. ſecundo quia quamuis media nox eſſet tempus legitimum determinatum ad recitandum matutinũ, tamen iuſtis de cauſis poteſt tempus anticipari, ſed hæc anticipatio eſt valde rationabilis, cum fiat nocturno tempore, & quia præuenire, ex ſuo genere melius eſt, ideo ex conſuetudine illud tempus extenſum eſt ad occaſum ſolis, quando incipit nox, in hoc omnes conueniunt.

2 Quæres, an prædictum tempus poſſit licite anticipari? Reſpondeo affirmatiue, ratio eſt, quia hora competens non debet ſumi punctualiter, ſed cum latitudine, ſcilicet, parum ante, vel parum poſt, ita, vt qui intra illud parum, ante, vel parũ poſt, horam recitauerit, cenſebitur tempore competenti recitare, vt docent communiter doctores. Angel. verbo, hora. nu. 22. Sylu. ibi quæſt. 9. num. 11. fin. Nauarrus cap. 3. de oratione dicto 24. num. 76. & 77. ait. *Hanc latitudinem arbitrarer circiter mediæ horæ ante, vel poſt*, idem dicit P. Reginaldus lib. 18

cap.

cap.12.ſect. vltima num.180.verſ.tertio quamuis. P. Sanchez tom 2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.35.num.5.ait, quidam doctus recentior Magiſter arbitratur, hoc parum poſt, aut parum ante, eſſe dimidiã horam, aut tres quadrantes, & ad ſummum vnicam horam ante, vel poſt, & hanc ſententiam ſequitur ipſe P.Sanchez loco citato, & dubio 37.cõcluſione 3. ſed hora debita, & competens ad recitandum matutinum, eſt poſt ſolis occaſum, vt num. præcedenti dictũ eſt, ergo, qui dimidiam horam, ante ſolis occaſum recitat matutinum, cenſetur tempore debito recitare, hæc ſententia videtur colligi ex Caietano in ſumma verbo, horæ. §.4.vbi ait, matutinum licere in veſpere præcedenti dicere. P.*Su*arius tom.2.de religione lib.4.de horis canon.cap.27.num 12. ait, *dimidia hora, ante occaſum, licet, ſine vlla formidine, etiam in hyeme, licet aliqui ſcrupuloſi timeant, ſed ſine fundamento, quia conſuetudine, ita receptum eſt, & ſi in æſtate licet, nulla eſt ratio, cur in hyeme non liceat*, & in num.14.reddit rationem huius dicti, *cum tam in æſtate, quam in hyeme diſtantia, vſque ad mediam noctem, & antepoſitio eadem ſit*. idem docet P. Filliucius tom.2.tract.23.cap.8.quæſt.10. dicto 2.num.274.vbi ait. *dimidia hora, ante ſolis occaſum licet anticipare ex communi ſententia, etiam in hyeme*. P. Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub. 37. concluſ.3.num.8.ſic ait. *Ad recitandum matutinum per vnam horam, ante ſolis occaſum, ſiue in hyeme, ſiue in vere, nulla cauſa requiritur, ſed qui tunc recitat matutinum, cenſebitur debita hora recitare*, & in fine ait, *ſic nonnulli iuniores docti*.

3 Dico ſecundò, veſpere recitare matutinum diei ſequentis, abſque iuſta cauſa, eſſe peccatũ veniale, ita *S*. Thomas quodlibeto 5.art.28.S.Antoninus 3.par.tit. 13. cap.4.§.4.Angel. verb.hora num.21. Sylu.ibi quæſt.9. dicto 3.Tabiena quæſt. 27.num.28.Nauarr.in Manuali cap. 25. num.97. Viguerius cap.5.§.5.ver.4.P.*S*uarius tom.2.de religione lib. 4. de horis cap.27.num.13.P.Thomas Sanchez tom.2. conſil.moral.lib. 7.cap.2.dub.37.num.2. vbi ait. Quidam recentior valde doctus Magiſter addens, ſufficere cauſam iuſtam, quæ inducat, non tantum neceſſitatem, ſed etiam commoditatem, & concluſione 2.num.6.ait, *qui abſque cauſa ſufficienti recitaret matutinum diei craſtinæ, hodie, hora ſecunda poſt meridiem, peccaret venialiter, ſi vero ex cauſa ſufficienti, nullo modo peccaret.*

Bona-

Bonacina tom.1.tract.de officio diſput. 1. quæſt.3.puncto 3. num.10.idem docet.

4 Quæres, an ſi fiat maior anticipatio,impleatur præceptum, & quanta poſſit eſſe,ſine peccato,& ſufficiens ad præceptum implendum? *Reſpondeo* ſolutionem huius dubij pendere ex quadam doctrina S.Thomæ,& varia doctorum interpretatione,circa illam.nam S.Thomas quodlibeto 5. art. 28.quærit, an liceat dicere matutinum ſequentis diei de ſero & reſpondet;ſi quis, *hoc faciat propter neceſsitatem licitarum honeſtarũ occupationum,puta ſi clericus, aut Magiſter debet videre lectiones ſuas de nocte,vel propter aliquid aliud huiuſmodi,licite poteſt de ſero dicere matutinas,* & in reſponſione ad primum explicans, quod tempus intelligatur per illam particulam, (de ſero) reſpondet,*quantum ad eccleſiaſticum officium, & ſolemnitatum celebritates,incipit dies à veſperis, vnde ſi aliquis,poſt dictas veſperas,& completorium,dicat matutinas,iam hoc pertinet ad diem ſequentem*. Ratio huius doctrinæ eſt, quia hora veſperarum pertinet ad ſequentem diem,ergo qui tunc recitat matutinum,cenſetur ſequenti die illud recitare, ergo ſatisfacit præcepto,quia recitat intra diem. Hanc Sancti Thomæ ſententiam ſequuntur omnes doctores communiter,S. Antoninus 3.par.tit.13.cap.4. §.4 Angel.verb.hora. num.21. Sylu.quæſt.9.dicto 3. Tabiena quæſt. 27. num.28.Caietanus §.4.Armilla num 17.Nauarrus in Manuali cap.25.num.97.& num.107.& cap.3.de oratione num.56.& 57.Marcellus Frãcolinus tract.de tempore horarum canonicarum cap.25.nu. 4.Aragonius 2.2.quæſt.83.art.12. dub.5.§. de tempore.Rodriquez tom.1.quæſt.regularium quæſt.42.art.18. Viguerius cap.5.§.5.ver.4.Graffijs par.1.deciſionum lib.2.cap.53.num. 19.P.Emanuel Sà verbo. horæ num. 18.Cardin.Toletus in ſumma lib.2.cap.13.§.hoc tamen.Cardin.Bellarminus tom.4. controuerſ.lib.1.de bonis operibus cap. 18. §.ſolet autem.P. Gregorius de Valentia tom.3.d.ſp.6.quæſt.2.puncto 10.§.5. P.Ioannes Azorius tom.1.lib.10.cap.9.quæſt.5.P.Leſſius lib. 2.de iuſtitia cap.37.dubit.12.num. 79 P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis cap.27.num.13.P.Reginaldus lib.18. cap.12 ſect.vltima num.180.§.cæterum;P.Layman tom.2.lib. 4.tract.1.cap.3.num.7.P.Filliucius tom. 2.tract. 23.cap.8.9.& 10.dicto 3.num.275.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1. quæſt.3.puncto 3.num.10.verſ.hinc ſequitur. P.Sanchez tom. 2.conſi-

2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.37. num.2.& num.4.concluſione 1.

5 Dubium tamen eſt inter doctores, de quo tempore veſperarum, & completorij intelligenda ſint verba prædicta Sancti Thomæ, quidam enim illa reſtringunt ad legitimum tempus, quo ſecundum primam inſtitutionem completorium eſſet dicendum, ſed hoc modo illa potius eſſet temporis reſtrictio, quam ampliatio, quia tempus legitimum completorij eſt in occaſu ſolis, vel poſt occaſum iam nocte iuchoata, ſed Sanct. Thomas aperte voluit ampliare tempus, & ideo requirit rationabilem cauſam illius anticipationis, vt quia Magiſter indiget tempore noctis ad ſtudendum: quare prædicti doctores conſequenter negant, licitum eſſe recitare matutinum dimidia hora, ante occaſum ſolis, & confirmari poteſt ipſorum ſententia, quia ſæpe Pontifices per priuilegia concedunt facultatem recitandi matutinum vna hora, ante occaſum ſolis, ergo ſignum eſt, id ſine priuilegio non licere, huius ſententiæ videtur fuiſſe Nauarrus cap.3. de oratione nu. 56.fin. vbi ait, *licet recitare matutinas, & laudes prima parte noctis, gratia vigilantius immorandi litteris diſcendis, vel docendis, alijſque operibus pijs tempore matutino, ſecundum Sanctum Thomam in quodlibeto* 5.*art* 28.& num.57.fin.ait. *video nunc paſsim matutinam recitari, ante ſolis occaſum in vrbe, quod an omnino licite fiat, dicam cap.*21.& num.62.ait, *Dico licere iuſta de cauſa recitare matutinas de nocte*, & Cardinalis Toletus in ſumma lib 2.cap.13.num.4.verſ. hoc tamen, vbi ait. *Matutinum dici poteſt, poſt occaſum ſolis*.

6 Sed hæc ſententia merito non placet alijs, quia eſt contra mentem S.Thomæ, quia voluit ampliare, & non reſtringere illud tempus, quo ex conſuetudine antiqua licitum eſt vnicuique matutinum recitare, poſt occaſum ſolis, vel parum ante; Ad confirmationem vero de priuilegijs reſpondeo multa in priuilegijs concedi, non quia neceſſaria ſunt, ſed quia petuntur, vel propter ſcrupulos, aut dubitationem ex varijs opinionibus ortam remouendam, vel quia id, quod petitur ex rigore iuris non licet, & pendet ex conſuetudine, quæ incerta, & varia eſſe poteſt, vt accidit in hoc caſu, & ideo datur priuilegium, quod iuri communi derogare poteſt, & plus cõcedere, quam conſuetudine ſit introductum, & vt id fieri liceat etiam in locis, in quibus conſuetudo non eſt introducta.

ita fere reſpondent doctores Nauarrus cap. 3. de oratione num. 57. P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 9. quæſt. 5. verſ. ſecundo obijciunt. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 27. num. 12. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 10. dicto 2. num. 274.

7 Alij verba Sancti Thomæ extendunt ad quodlibet tempus, quo veſpere, & completorium poſſunt nunc, iuxta communẽ vſum priuatim recitari, abſque culpa, etiam ſine cauſa, hanc ſententiam videtur ſequi P. Thomas Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 1. dub. 37. concluſ. 1. num. 4. vbi ait, *Si quis recitet hodie hora ſecunda, poſt meridiem matutinũ diei craſtinæ, ſatisfacit præcepto, nec peccat mortaliter*, & probat, *quia iã illud tempus, cum ſit hora veſperarum, pertinet ad ſequentem diem; ergo qui tunc recitat, cẽnſetur ſequenti die recitare matutinum, ergo non peccat mortaliter*. & in fine primæ concluſionis ait, *Quidam recentior Magiſter addit, quod ſi poſt medium diem hodiernum recitaret quis matutinum diei craſtinæ ſaltem in quadrageſima, vbi veſperæ dicuntur ante prandium, videtur iam incepiſſe dies ſequens, & in rigore non videtur obligandus ad mortale, nec ad iterum recitandum*. Hanc ſententiã videtur ipſe probare, cum illã non reprobat. Sed hæc ſententia multo minus alijs placet, quia eſſet nimia ampliatio, cum concedat hora 2. poſt meridiem poſſe recitari matutinum diei ſequentis; quod P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 27. num. 13. dicit, *ſine dubio dicendum non eſt, quia neque conſuetudo hoc habet, neque ipſe ſummus Pontifex hanc licentiam concedit, niſi cum magna difficultate, & non ex leui cauſa*, & in quadrageſima prædicti doctores concederent matutinum recitari poſſe in meridie, vel etiam ante, cum veſpere recitentur, ante prandium, quod nunc communiter fit in meridie, ſed hoc nullus vnquam dixit, & aperte patet eſſe falſum, tum quia meridies non pertinet ad diem ſequentem, tum etiam quia in quadrageſima licet dicantur veſpere, ante prandium, non tamen, cum illis dicitur completorium, & præceptum illud in cap. ſolent. de conſecrat. diſt. 1. quo præcipitur, vt veſperæ in quadrageſima recitentur, ante commeſtionem, fuit latum tempore, quo commeſtio fiebat hora nona, quæ eſt tertia, poſt meridiem.

8 Vera igitur, & communior expoſitio ſententiæ S. Thomæ eſt, vt intelligatur de tempore veſperarum, & completorij,

quod

quod ordinarie, iuxta communem conſuetudinem eccleſiæ in publicis officijs ſeruari ſolet, cum completorium ſtatim, poſt veſperas recitatur, quod communiter eſſe ſolet, inter tertiam, & quartam horam poſt meridiem, quia nona de iure recitari debet tertia hora, poſt meridiem, hanc ſententiam ſequitur Caietanus in ſumma verbo, horæ. §. 4. vbi dicit, licere recitari veſpere. Nauarr. in Manuali cap. 25. num. 167. vbi addit, *etiam ante ſolis occaſum*, idem addunt Cardin. Bellarm. & P. Valentia locis ſupra citatis, expreſſe eam docet Marcellus Francolinus tract. de tempore horarum canon. cap. 25. num. 4. & 5. & num. 6. ait, *ſi poſt nonam diei horam dicat quis veſperas, & completorium, poſſe tunc immediate, etiam pro matutino ſatisfacere*. P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 9. quæſtione 5. verſ. alij. S. Thom. dicit, poſſe recitari matutinum in æſtate hora 22. aut ſtatim, poſt 21. ſecundum horologium Italicum, & in hyeme ſtatim, poſt horam 22. aut paulo ante 22. & ſecundum horologium Germanicum, Hiſpanicum, & Gallicum hora quinta, aut quarta pomeridiana P. Henriqu. lib. 9 cap. 24. num. 7. commento littera P. dicit matutinum recitari poſſe ab hora 3. poſt meridiem, eum ſequitur Gauãtus commento in rubricas miſſalis tom. 2. ſect. 1. cap. 5 tit. 6. num. 6. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 27. num. 14. ait. *cenſeo ſine vllo ſcrupulo, poſſe dici matutinum ab hora quarta, poſt meridiana, tam in æſtate, quam in hyeme*. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 12. num. 79. ait, *hora quarta pomeridiana licitum erit priuatim nocturnum officium ſequentis diei inchoare*. P. Layman tom. 2. Theologiæ moral. lib. 4. tract. 1. cap. 3. num. 7. verſ. adde. ait, *quarta hora poſt meridiem completa*. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 10. dicto 3. num. 275. ait. *Quolibet tempore poteſt dici matutinum ab hora quarta poſt meridiẽ, quæ vere, & autumno, hoc eſt Martio, & Aprili in vere, Settembri, & Octobri, in Autumno coincidit, cum hora vigeſima prima horologij ſolaris, vel artificialis, æſtate autem, hoc eſt Maio, Iunio, Iulio, & Auguſto cum hora vigeſima cum dimidia, plus minus, Hieme, denique, hoc eſt menſe Nouembri, Decembri, Ianuario, & Februario, eſt circa vigeſimam primam, cum dimidia*. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. vltima num. 180. verſ. cæterum ait, *officium nocturnum, cum laudibus, poteſt ratione conſuetudinis recitari veſpere præcedentis diei: nempe, poſt quartam pomeridia-*

ridianam:idque tam æſtate, quam hyeme. prædictos doctores ſequitur Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.3.puncto 3.num.16.& 17. hæc ſententia mihi videtur probabilior, & tuto in praxi ſequenda. Ratio eſt, quia hæc eſt communis conſuetudo Romana, vbique, ſine ſcrupulo recepta, teſte P. Suario P.Azorio, & P.Filliucio locis citatis. & triduo, ante Paſcha, etiam publice in eccleſijs matutinum, cum laudibus cantatur tribus, aut duobus horis, ante ſolis occaſum, & per totam octauam ſolemnitatis Corporis Chriſti vſu eſt introductum, vt in eccleſijs cathedralibus canonici cantent in choro matutinum, cum laudibus, ante ſolis occaſum, & hoc communiter fit in Italia, & de Hiſpania refert P. Azorius loco citato.

9 Quæres, an matutinum defunctorum in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, poſſit recitari veſperi? Reſpondeo negatiue, ſic enim decreuit ſacra rituum Congregatio die 1.Septembris 1607.vt refert Bartholomæus Gauātus in decretis ſacræ rituum Congregationis Romæ impreſſis, & Neapoli 1630.in decretis, quæ diuinum officium reſpiciunt num.16.vbi ſic dicit.Matutinum defunctorum in die commemorationis omnium fidelium defunctorum recitandum eſt mane, & non pridie veſperi.1.Septembris 1607.

10 Quæres, an ſi alicubi non eſſet hæc vniuerſalis conſuetudo introducta recitandi matutinum duabus, vel tribus horis, ante ſolis occaſum, poſſit quis ibi ita illud recitare? Reſpondeo negatiue, ſed tenetur recitare, iuxta ius commune, vel conſuetudinem illius loci, Ratio eſt, quia hæc anticipatio ideo licite fieri poteſt, quia conſuetudine introducta eſt, vbi vero alia vigeret conſuetudo illa ſeruanda eſt, vt bene docent P. Azorius tom.1.lib.10.cap.9.quæſt.5.verſ.his tamen, & P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap.27.num.14. vbi addit, *non eſt tamen facile admittenda, vt obligationem inducens*. idem dicit P. Filliucius num. 275. ſupra dubio præcedenti citato, vbique tamen recitari poteſt matutinum poſt ſolis occaſum, quia cum ſit officium nocturnum, tota nox cēſetur ab eccleſia tempus legitimum ad illud recitandum; quod ſi alicubi conſuetudo eſſet recitandi matutinum, vna hora tantum, ante ſolis occaſum, & aliquis ibi recitaret illud duabus horis, ante occaſum ſolis, non peccaret mortaliter quia tempus vnius horæ non cenſetur grauis materia, & ideo

non

Digitized by Google

non eſſet grauis culpa per ſpatium vnius horæ diſcrepare à priuata cõſuetudine,& cõformari Romanæ,& fere vniuerſali. vnde ſi aliqua iuſta, & honeſta cauſa accedat, vt neceſſitas ſtudij ad finem honeſtum nulla erit culpa, & vt bene docet P.Suarius,& P.Filliucius locis citatis,ſufficit maior commoditas dicendi matutinũ in luce diei,quam lucernæ, & maior ſecuritas anticipandi illud, quam in poſtponendo, & ſimilia.

11 Quæres,an prima,& reliquæ horæ recitari poſſint veſpere præcedentis diei recitato matutino, cum laudibus? Reſpondeo negatiue,ratio eſt,quia licet dies incipiat à veſpere,quoad officium eccleſiaſticum:vt generalis conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres,ita interpretata eſt,vt matutinum tantum,cum laudibus liceat recitari veſpere præcedenti,quare ille,qui reliquas horas recitaret veſpere diei præcedentis, vel ante mediam noctem huius diei non ſatisfaceret præcepto recitandi hodie horas,ſed teneretur,ſub peccato mortali illas repetere. hæc eſt communis ſententia, ita docet Sanctus Antoninus 2.par.tit.9.cap.12.§.3.verſ.ſeptima negligentia.Caietanus in ſumma verbo,horæ.§.4. Nauarrus cap.3.de oratione num. 61. Cardinalis Toletus lib.2.cap.13.num.4. verſ.hoc tamen.P.Azorius tom.1.lib.10.cap.9. quæſt.5.verſ. his tamen.P.Sanchez tom.2 conſiliorum moralium lib.7.ca.2.dub.37.num.9.concluſione vltima.P.Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap.37.dubit.12.num.79.P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect. vltima num.180 verſ.neque obſtat. Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.3.puncto,3.num.15.

CAPVT X.

De loco,& alijs externis circumſtantijs in diuini officij recitatione requiſitis.

QVamuis aliqua, quæ in hoc capite agemus, pertineant ad publicam diuini officij recitationem,ac proinde tractãda eſſent in tractatu de choro eccleſiaſtico,quia tamen connexa ſunt,cum iis, quæ hic dicemus de priuata recitatione;ideo hic ſimul tractabuntur,ſit igitur.

PRI-

PRIMVM DVBIVM.

Quo in loco recitandæ ſint horæ canonicæ?

1 Reſpondeo, ſi loquamur de recitatione publica, recitandas eſſe in eccleſijs, & templis ad hoc munus dicatis. Ratio eſt, tũ quia iura præcipiũt, vt clerici ad hoc munus deputati in eccleſijs publice recitent in choro diuinum officiũ, vt patet ex cap. vltimo diſt. 92. vbi quilibet clericus eccleſiæ deputatus, ſi ad pſallendum officium ad eccleſiam non conuenerit deponendus dicitur, & Clementina 1. de celebratione miſſarum, vbi præcipitur, vt in cathedralibus, regularibus, & collegiatis eccleſijs diuinum officium horis debitis deuote pſallant, tum etiam, quia hic eſt vnus ex præcipuis eccleſiæ finibus, & ideo Chriſtus Dominus Matthæi 21. ver. 13. dixit. *domus mea domus orationis vocabitur*, præterea hoc pertinet ad decentiam, & decorem diuini officij, & conuenientẽ vſum populi chriſtiani, denique, quia in templis Deus peculialiter aſſiſtit, & ibi facilius ab eo gratiæ impetrantur. 2 Paralipom. 7. verſ. 15. Deus ſic promiſit Salamoni, *oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco iſto orauerit*, & Angeli creduntur peculiariter ibi adeſſe, & Deum cum pſallentibus collaudare, vt *S.* Bernardus ſerm. 7. in cantica, circa medium, myſtice intellexit id pſal. 67. ver. 26. *Præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus, in medio iuuencularum tympaniſtriarum, in eccleſiis benedicite* Deo Domino, & pſal. 127. 2. *in conſpectu Angelorum pſallam tibi*, & Sanctus Ioannes Chryſoſtomus hom. 24. in Acta ait. *Neſcis, quod cum Angelis ſtas, cũ illis cantas, cum illis hymnos dicis*, & hom. 15. in epiſt. ad Hebræos dicit, plenas eſſe eccleſias incorporeis virtutibus, & ideo ex antiquiſſima eccleſiæ conſuetudine diuinum officium ſemper fuit in eccleſiijs, & locis ſacris recitatum, vt conſtat ex S. Clemente Romano lib. 8. conſtitutiouum Apoſtolicarum cap. 40. vbi poſt præceptum de horis canonicis publicè recitandis, ſubdit. *Si propter infideles ad eccleſiam iri non poteſt, domi cœtus congregabis, ô Epiſcope, ne pius ingrediatur eccleſiam impiorum: non enim locus ſanctificat hominem, ſed homo locum*, & ita docent communiter doctores, ita Angel. verb. hora num. 25. Sylu. quæſt. 10. num. 12. Tabiena quæſt. 28. num.

29. Armilla num.21.Caiet.verbo horæ §.5.Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.4.concluſ.3.vbi ait.*Horæ quidem in communi,& ſolemniter in eccleſia ſunt de præcepto celebrandæ*. Nauarrus cap.5.de oratione dicto 3.num.4.Cardin. Toletus lib. 2.cap.13.num.5.Cardin. Bellarmin.tom.4. controuerſ.lib.1. de bonis operibus cap.18.§.locus.P.Valentia tom.3. diſp.6. q.2. puncto 10.§.6.P.Suar.tom.2.de rel.lib.4.de hor.can.cap. 10.num.21.P.Reginaldus lib.18.ſect.7.num.176. P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.4.quæſt.11.num.142.Graſſijs par.1.deciſionum lib.2.cap.53.num.1.Aragonia 2.2 quæſt.83. art.13. dub.5.§.de loco.P.Azorius tom.1.lib.10.cap.31.quæſt. 8. Macignus tract.de horis cap.56.num.14. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp.1.quæſt 3.puncto 5.num.1. P. Sanchez tom.2. conſil.moral.lib.7.cap.2.dub.44.concluſ.1.

2 Dico ſecundo, ſi loquamur de illis, qui priuatim recitant officium diuinum iure communi nullum eſſe locum præſcriptum ad illud recitandum,nam licite poteſt recitari in quocunque loco decenti, qui debitam attētionem non impediat, nec alijs præbeat offenſionem. Quare in vijs,plateis, alijſque locis publicis,& profanis vix ſine diſtractione, & aliorum offenſione recitari poteſt,& in locis, vbi ſunt frequentes hominum conuentus,clamores,tumultus, ſtrepitus forenſes,& profani,nec attente,nec ſtudioſe perſolui poteſt,hoc autem intelligendum eſt,niſi neceſſitas cogat, tunc enim vbique recitari poteſt,quod ſi differendo aptior, & decẽtior locus ſperetur,potius differendum eſt,quam in loco indecenti recitandum.hæc ſententia conſtat ex ijs, quæ doctores communiter dicunt de loco orationis priuatæ, & præcipuè ex S.Paulo 1. ad Timotheum 2.ver.8.vbi ait: *volo viros orare in omni loco*, hunc locum S.Ambroſius,S.Anſelmus, & S.Thomas intelligunt de oratione priuata vbiuis locorum facienda,vbi S.Ambroſius ait,*ſic tamen orandum præcipit in omni loco, vt competens locus intelligatur, non vtique importuno, aut ſordido loco* hæc eſt communis ſententia, ita docet Caiet.in ſumma verb. horæ.§.5.Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.4.concluſ.3.fin. Nauarrus cap.5.de oratione dicto 4.à num.5. vſque ad 12.& cap.21.num.32.Aragonius 2.2.quæſt.83.art.12.dubio 5.§.de loco.Graſſijs par.1.deciſion.lib.2.cap.53.num.2. Cardin.Toletus in ſumma lib.2.cap.13.num.5.Cardin. Bellarminus to. 4.controuerſ.lib.1.de bonis operibus cap.18. §. locus,P.Valentia

lentia

lentia tom.3.diſp.6.quæſt.2.puncto 10.§.6. P.Azorius tom.1. lib.10.cap.11.quæſt.8 P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de. horis canonicis cap.27.num.1.& 2.P. Vaſquez opuſculo de beneficiis,cap.4.§.1 art.12.dub.5.fin.P.Reginaldus lib.18 cap. 12.ſect.7.propoſitione 3. num. 178. P.Sanchez tom.2.conſil. moralium lib.7.cap.2.dub.44.concluſ.2: Molfeſius in ſumma tract.5.cap.2.num.80. Carolus Macignus de horis canonicis cap.58.num.3.7.& 9.Bonacina tom. 1.tract.de officio diſp.1. quæſt.3.puncto 5.num.5.& 6.Ludouicus Miranda tom.1.Manualis Prælatorum Regularium quæſt.37 art. 14. concluſione 2.

3 Quæres,an ſit peccatum recitare diuinum officium in locis corporeis ſordibus conſpurcatis? Reſpondeo circa hoc, duas eſſe ſententias. prima docet graue eſſe peccatum, ſaltem veniale in prædictis locis, ſine cauſa rationabili diuinum officium recitare. Ratio eſt, quia non videtur adhiberi debita reuerentia rei ſacræ, & qui cum viro nobili in dignitate conſtituto vellet in loco indecenti,ſine cauſa neceſſitatis alloqui, inurbanitatis notam incurreret; hanc ſententiam ſequutus eſt Gerardus Carthuſianus in lib.de aſſiduitate orandi, vt refert Nauarrus cap.5,de oratione dicto 4. num. 5. qui dicit. *nonnullos loqui,cum Deo, vbi verecundarentur loqui cum ſuis canibus,& pro re horrenda refert,ſe audiuiſſe ſacerdotem quemdam recitantem veſperas in latrina.* Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt.5.art.4.concluſione 3.fin.ait. *locis indecentibus, vt vbi profana fiunt,& inter compotandum,& dum naturæ ceditur,eſſe non poteſt,abſque culpa,* idem dicit Graffijs par.1. deciſionum lib.2.cap.53.num.3.vbi ait,eſſe peccatum veniale. Molfeſius in ſumma tract.5.cap.2.num.80.refert, quemdam eccleſiaſticum,qui diuinum officium in locis immundis recitabat,in eumdem locum,poſt mortem ad luendas indecentiæ ſuæ pœnas tranſmiſſum fuiſſe;alia exempla refert Carolus Macignus tract.de horis canonicis cap.58. num. 12. Bonacina tom.1. tract.de diuino officio diſp.1 quæſt.3.puncto 5. num.6.verſ. limita 2.vbi ait, *peccatum veniale committitur recitando ſine cauſa in loco indecenti.*

4 Secunda ſententia docet ceſſante ſcandalo,hypocriſi,ac cōtemptu ſacrorum verborum,& irreuerentia eius, quem alloquimur,nullum eſſe peccatum, ratio eſt,quia nulla lex diuina,vel humana id prohibet,ita Nauarrus cap.5. de oratione

num.8.

Digitized by Google

num.8.& 9. & confirmat hoc, exemplo aliquorum virorum, piorum,quos ipſe vidit peregre profectos recitare ſuas horas in ſtabulis, ſecus iumenta ſua, eo quod eas ibi dicerent quietius, quam in cubiculo diuerſorij clamoſo ſtrepitu impediti; eamdem ſententiam ſequitur Ioſephus Angles floribus quæſt. Theolog.materia de oratione fol.329.P.Thomas Sanchez to. 2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.44.concluſ. vltima num.4.ait. *Recitantes horas canonicas, dum venter exoneratur,non peccant,modo aliæ circumſtantiæ concurrant, quia poteſt quis ibi mente orare,ergo,& voce. Item, quia alias orationes vocales poteſt quis ibi recitare ad eleuandam mentem in Deum, & diſtrahendum ab immundis cogitationibus,vt docet optime Nauarrus cap.5.de oratione num.8.* Hæc ſentetia mihi videtur probabilior, nam quando neceſſitas cogit, omnis locus eſt aptus,ſi in eo attente,& ſtudioſe recitari poteſt, laudabilius tamen eſſet,vt recitantes,extra eccleſiam haberent oratoriũ aliquod domi ad id deputatum,vt dicunt Sotus, & Cardin. Toletus locis ſupra num.2.citatis,quod Nauarr. cap. 21.de oratione num.32.fin.dicit id eſſe de decentia,& honeſtate, non autem de præcepto,etiam ſub pœna peccati venialis, idẽ etiam docet P.Reginaldus lib.18.cap. 12. ſect.7.nu.178.propoſitione 3.

DVBIVM SECVNDVM.

An illi,qui priuatim recitant diuinum officium, teneantur ex præcepto ſeruare aliquas externas circumſtantias pertinentes ad ſitum, ſeu habitum corporis?

1 Reſpondeo negatiue, ſolum enim tenentur debitam reuerentiam,& decentiam ſeruare, nam nullo iure eccleſiaſtico eſt præſcriptum, vt diuinum officium recitetur ad orientem,vel ad aliam orbis partem,nec quod genibus flexis, aut ſtando,quare qui priuatim illud recitat,poteſt, abſque vllo peccato illud dicere,ſtando,ſedendo, ambulando, equitando,iacendo,vel recumbẽdo,& idem dicendum eſt de alijs ſimilibus circumſtantijs. Diuerſus tamen modus ſeruandus eſt,quando diuinum officium omnino ſecretè,& in cubiculo recitatur,& quando,coram alijs, nam quando primo modo recitatur, ſolum neceſſe eſt habere rationem ſolius Dei, &

propriæ deuotionis, cum vero ſecundo modo debet recitari, cum aliorum ædificatione,& abſque ſcandalo, ita Innocentius,& Hoſtienſis in cap.1.de celebratione Miſſarum Nauarrus cap.4.de oratione num.14. corollario 1. & corollario 2. dicit,*quod neque priuata oratio fieri debet coram alijs brachijs inſolitè expanſis, neque corpore per terram inſolite extenſo, aut cum alijs geſtibus inſolitis*, & Cardinalis Toletus in ſumma lib 2.cap.13.num.6.verſ.tertia etiam,ait. *Non eſt neceſſarium horas perſoluere, quando priuatim recitantur nudo capite,aut genu flexo*,P,Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis can. cap.27.num.2.idem docet, quem ſequuntur P.Reginald.lib. 18.cap.12.ſect.7.num. 178. propoſitione 4. verſ.de corporis ſitu,& P.Filliucius tom.2. tract. 23. cap.8.quæſt.5.num.265. Rodriquez tom. 1. quæſtionum regularium quæſt.42.art.2. verſ.circa quas,Ludouicus Miranda tom.1. Manualis Prælatorum Regularium quæſt.37.art.10.concluſione vnica Graſſijs par.1.deciſionum lib.2.cap.53. num.2.

2 Dices,Leo X.vt habetur in ſupplemento fol.59.conceſſ.165 & in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo,officium diuinum primo.num.8. conceſſit fratribus Minoribus, *quod dicendo horas canonicas, & alia officia diuina in choro,vel extra,ſatisfaciant præcepto capituli dolentes.de celebrat.miſſar. de dicendo ſtudioſe pariter,& deuote, ac etiam Regulæ ſuæ,etiã, ſi propter aliquam fatigationem, vel aliam cauſam dicant ſedẽdo,aut deambulando*. ergo ſi ex priuilegio, eſt hoc ipſis conceſſum,ſine priuilegio non licet alijs? Reſpondeo, hoc potius videri declarationem iuris communis, quam priuilegium,vt bene docet Nauarrus cap.19. de oratione num. 84. & num. 85.ait. *iure enim communi poſſumus recitare horas ſedentes,& deambulantes,& etiam ſine vlla cauſa, quanto magis ob fatigationem,vel aliam cauſam ob quam priuilegium iſtud indulget.* idem docet Rodriquez tom. 1. quæſtionum regulariũ quæſt. 42.art.2.verſ.ex quibus,vbi ait.*conceſſio Leonis X. ibi ſedendo. aut ambulando non includit aliquod priuilegium*, & Ludouicus Miranda tom.1. Manualis Prælatorum Regularium quæſt.37. art.12.concluſione 1.dicit, hoc eſſe potius declarationem iuris communis, quam priuilegium,multum tamen conferre ad pellendos ſcrupulos, & pacandas multorum timoratas conſcientias,& quando cauſæ ad id de iure communi requiſitæ non ſunt,ita vrgentes, & concluſione 2.ait, *illa verba,ſedendo,*

dendo,aut deambulando,non aliquid de nouo concedunt, vltra ius commune.

3 Quæres,an illi, qui priuatim recitant diuinum officium,teneantur ſeruare Regulas,& ritus breuiarij, quoad habitum corporis. Reſpondeo affirmatiue, quare tenentur flexis genibus recitare in Aduentu,Quadrageſima, & in diebus ieiuniorum preces in fine laudum poſt antiphonam ad benedictus,& in veſperis ad magnificat,& in aliis horis, & completorio,& dum in fine laudum, & completorii recitatur antiphona Salue Regina,& aliæ pro tempore, præterquam in diebus dominicis, in quibus debent ſtare,& toto tempore paſchali,dũ recitatur antiphona Regina cœli, ſic etiam dum dicitur euangelium, & dum recitantur cantica Benedictus, Magnificat,& Nunc dimittis,& ratio eſt, quia ſunt cantica euangelica,& alia quæ in rubricis, tam generalibus,quam particularibus præcipiuntur. Ratio huius concluſionis eſt, quia prædicti ritus non ſolum in publica chori recitatione, ſed etiam in priuata ſeruandi ſunt, ſi commode fieri poteſt, ſed non ſinguli obligant ex præcepto, ſub peccato mortali, nec veniali,ſecluſo contemptu,præſertim,ſi id ex cauſa fiat,ſi vero nulla ſit cauſa, ſed ſolum ex negligentia prædicti Ritus omittantur,committi poterit peccatum veniale.Sed ego probabiliter puto in priuata recitatione, quamcumque leuem cauſam excuſare,etiam à peccato veniali, v.g laſſitudo,vel debililas corporis,incommoditas loci,& ſimiles, in recitatione vero publica magis obligat præceptũ ſeruandi ritus breuiarij, de qua recitatione loquens Nauarrus in cap.16.de oratione num.7 corollario 3.ait. *peccare ſaltem venialiter beneficiarios,qui ſine cauſa iuſta,& aduertentes ſtant, cum ſedere debeant,& qui ſedent,quando ſtare debent.* idem docet Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt. 3. puncto 6.num.1. & forte Nauarrus potius ratione leuis ſcandali,quam ratione cæremoniæ prætermiſſæ, ibi culpam venialem agnoſcit, ſed in priuata recitatione ritus breuiarij non obligant, ſub rigore præcepti,vt docent communiter doctores, P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canonicis cap. 27. num.2. P.Reginaldus lib.18.cap. 12.ſect.7.num.178. rropoſitione 4. verſ.de corporis.P.Filliucius tom.2.tract. 23. cap.8.quæſt.5. dicto 3.num.265.Carolus Macignus cap.72.num. 35.& cap. 79.num.23.Molfeſius tract.5.cap.2 num.99.& 100 Bonacina

Digitized by Google

tom.1.tract.de officio diſp.1. quæſt.3. puncto 6.num.1.Cardinalis Toletus lib.2.ſummæ cap.13.num.6.verſ.tertia fin.

CAPVT XI.

De attentione in priuata diuini officij recitatione requiſita.

PRIMVM DVBIVM.

An in priuata diuini officij recitatione, ſit neceſſaria attentio ad præcepti eccleſiaſtici obligationem implendam?

1 REſpondeo, circa hoc dubium, duas eſſe ſententias. Prima docet, non eſſe peccatum mortale recitare diuinũ officium, ſine interna attentione, & cum voluntaria diſtractione, dummodo totum officium voce integrè proferatur. fundamentum huius ſententiæ eſt, quia eccleſia per ſe, ex vi ſui præcepti, non præcipit actum internum, ſed externum, quia ſicut non iudicat de occultis, ita nec illa per ſe poteſt præcipere, ergo præcipit per ſe ſolum actum externum orandi, ad quem ſequitur neceſſitas attentionis interioris, non ex præcepto eccleſiæ, ſed ex natura rei, non cum maiori obligatione, quam ex ipſa rei natura conſequatur; ſed ex natura rei obligatio ad attentionem adhibendam in oratione ſolum eſt, ſub peccato veniali, ergo, qui integrè recitat diuinum officium, ſine attẽtione, implet præceptum eccleſiæ, quoad ſubſtantiam eius, ergo non peccat mortaliter, ſed tantum venialiter, contra præceptum naturale debito modo orandi. Confirmatur, quia in cap. dolentes de celebratione Miſſarum, vbi videtur hoc præceptum contineri illis verbis. *ſtudioſe pariter, & deuote*, non ſimpliciter, ſed cum limitatione prædicta verba præcipiuntur, ſcilicet, *quantum Deus eis dederit*, quod conſilium potius, quam præceptum eſſe videtur, ita docet ibi Hoſtienſis, Ioannes Andreas, & alij. Hanc ſententiam docuit Durandus in 4.diſt.15.quæſt.12.num.6. Paludanus ibi quæſt. 5.art.2.concluſione 4. Sanctus Antoninus 3.par.tit.13.cap.4. §.7.& Angel.verbo, hora.num.28. Roſella num. 3. Piſanella num.3. Sylu.quæſt.11.num.13.& in Roſa aurea tract.3. quæſ. 69.caſu 9. Antonius Corduba lib.4. quæſtionum Theologic. quæſt.13.fin. Hanc ſententiam putat probabilem Ioann. Medina

Digitized by

dina Codice de oratione quæſt.16.P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.11.num.63.putat nõ eſſe improbabilem, Victorellus in additionibus ad ſummam Toleti lib.2. cap.13.probabilem putant.P.Henriquez lib 9. de miſſa cap.25. num.5. commento littera P.& P.Layman tom.2.Theolog.moral.lib. 4.tract.1.cap.5.num.10.P.Coninch.3.par.quæſt.83. art.6.du. vnico num.291.& 292.Diana par.2 tract.12. de horis canon. reſolutione 2.

2 Secnnda ſententia docet, requiri ex præcepto graui attentionem,non ſolum externam, ſed etiam internam actualem, vel virtualem,dum diuinum recitatur officium, ac proinde, peccare mortaliter illum, qui in recitatione totius officij,vel in eius parte notabili voluntariè internam mentis euagationem,& diſtractionem admittit. Ratio eſt,quia interna attentio,eſt de ſubſtantia orationis,ita, vt ſine illa non ſit ſubſtantialiter oratio,vt dicit P.Sanchez loco infra citando,ſed merus verborum ſonus.Secundò per præceptum hoc eccleſiaſticum non præcipitur ſolum actio exterior legendi,aut officiũ canendi materialiter ſumpta, quæ de ſe eſt indifferens,vt ſit oratio,aut ſtudium,vel actio iucunda, & delectabilis legenti, aut cantanti, ſed præcipitur actio illa exterior,vt eſt oratio ad Deum,& cultum eius,ergo neceſſe eſt,vt ſub hac ratione, ſit intenta,& volita,alias non eſſet oratio, quia per ſolam illam intentionem determinatur ad eſſe orationis, ſicut actio exterior,qua fit ſacramentum, per intentionem Miniſtri determinatur,vt ſit ſacramentalis. eſt communis ſententia,quã docet Sanctus Thomas 4.diſt.15.quæſt.4.art.2. quæſtiuncula 4.ad 2.vbi ait, *quando aliquis ex propoſito mentem ad alia diſtrahit in orando,tunc enim ſine culpa non eſt, præcipue ſi in alijs ſponte ſe occupat, quæ mentem diſtrahunt, ſicut ſunt exteriora opera.& ſi ad contrarium mens euagetur, etiam culpa mortalis erit*. quid autem ſit, mens ad contrarium Paludanus in 4. diſt.15.quæſt.5.art.2. concluſ.4. declarat eſſe contrarium attentioni, non orationi, nam poteſt etiam eſſe opus bonum, quod non eſt contrarium orationi,& 2.2.quæſt.83. art.13.ad 3.vbi ait, *Si quis ex propoſito in oratione, mente euagatur,hoc peccatum eſt*,vbi Caietanus ait. *peccatum eſt, ex genere ſuo*,& in ſumma verbo, horæ. §.3. hanc ſententiam diffuſe probat, Armilla ibi nu.19.Maior in 4.diſt.12.quæſt.7.Adrianus quodlibeto 8.art.1.Gabriel lect.62.in canonem miſſæ, Gerſon to.

3.tract.

3.tract.de oratione 3.par.Alphabeti 78.littera E.& F.Nauar. cap.13.de oratione num. 18.& 19.& cap.20.num.31.& in Manuali cap.25.num.105.106.& 107. Angles floribus tract. de oratione, quæſt. difficultate 4. Peltranus lib.3.de tribus operum generibus cap.6.aſſertione 4.§.verum licet.Barthol. Medina in ſumma lib.1.cap.14.§.11.Lopez inſtruct.conſcien. tom.2.cap.103.Vega par.1.ſumm. cap.128.caſu 20.Sotus lib. 10.de iuſtitia quæſt.5.art.5.concluſ.7.Ledeſma par.2.4. quæſt. 16.art.6.dub.4.Viguerius cap.5.§.5.verſ.4. Petrus Nauarrus lib.2.de reſtitutione cap.2.num.240.Sayrus de cenſuris lib.3. cap.4.num.23.Conradus in reſponſ. caſuum conſcientiæ par. 1.quæſt.244.Aragonia 2.2.quæſt.83.art.13.in principio dicto 2.Palacios 4.diſt.15. diſput.10.Rodriquez par.1.ſumm.cap. 144.concluſ.1.num.2.Graſſijs par.1.deciſ.lib.2.cap.51. num. 7.& cap.53.num.17.Zerola in praxi epiſcop.par. 1.verbo,horæ canon.§.4.Peſantius 2.2.quæſt.62.art.2.dub.3.Syluius 2.2. quæſt.83.art.13.concluſ.4. & 5. Carolus Macignus tract.de horis canon.cap.76.num.16.Beia in reſponſ.caſus conſcient. par.2.caſu 33.Ledeſma in ſumma tom.2. tract.9.cap.4.concluſione 20.Garzia tom.1. de beneficijs par. 3.cap.1.dub.10. num.181.Fernandez in exam.Theolog.par.3.cap.13.§.6.nu. 1.Molfeſius in ſumma tom.1.tract.4 cap. 2.num.8. Homobonus de exam.eccleſ.par.1.tract.4.cap.5. quæſt. 40. Malderus 2.2.tract.10.cap.2.dub.2.Gauantus comment in rubric. miſſalis tom.2.ſect.1.cap.6.tit.4.num. 2. Paulus Squillans par.1. de obligat.cleric.dub.20.num.36. Bellochius in praxi de caſibus reſeruatis par.2.quæſt.15.num.19.Villalobos in ſumm. tom.1 tract.24.dub.15.num. 6. Luiſius Turrianus in ſelectis diſputationibus centur. 4.in cenſuris dub.28. & 2.par.diſp. 31.dub.15.contrariam ſententiam improbabilem, & pernicioſam appellat,Tabiena verbo,horæ.quæſt.29. num. 3.concluſione 3.& num.33.in principio, Bonacina tom.1. tract.de officio diſp.1.quæſt.3.puncto 2.§.2.num.4.& alij.

3 Hanc ſententiam ſequuntur omnes fere Patres Societatis Ieſu,qui de hac materia ſcripſerunt,& communis praxis aliorum.Cardinalis Toletus in ſumma lib 2.cap. 13.§. circa modum,Cardinalis Bellarminus tom.4.controuerſ. lib.1.de bonis operibus cap.18.verſ.attentio.P.Emanuel Sà verbo,horæ. num. 20. P. Gregorius de Valentia tom.3. diſp.6.quæſt.2. puncto 10.§.circa quartum.P.Ioannes Azorius tom.1.lib.10.

cap.12.

Digitized by Google

cap.12.quæſt.6.verſ in hac.P.Comitulus lib.1.reſponſ moralium quæſt.63.num.7.P.Henriquez lib. 5. cap. 15.num.2 vbi ait. ſubſtantia illius actus eſt attentio aliqua.P.Suarius tom. 3.in 3.partem diſp.88.ſect.3.verſ.circa alteram,& tom.5.de cenſuris diſp.4.ſect.2.num.25.& tom.2.de religione lib. 3. de oratione cap.4.num.5.& ſequentibus,& lib.4.de horis canon. cap.14.num.1.& cap.26.num.5.13.& 28. & lib. 4.de legibus cap.13.num.12.P.Gabriel Vaſquez tom.2.in primam 2. diſp. 160.num.30.& 31.& opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art.2.dub. 4.num 103.P.Ioaunes Salas tract.de legibus diſp.9.ſect.1.nu. 16.& 24.dicto 4.P. Leonardus Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37.dubit.11.num.64.vbi ait.hanc ſecundam ſententiam eſſe veriorem,& probabiliorem, eamque multis probat rationibus P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.1.num. 149. P.Thomas Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib.7. cap.2.dub.28. concluſione 2.num.9.P.Fagundez par.1.lib.2. cap.7.num.6. hanc ſententiam probabiliorem eſſe docent P. Layman tom. 2.lib.4.tract.1.cap.5.num.10.& P.Filliucius tom.2. tract.23. cap.8.quæſt.2.dicto 2.num.254.& dicto 3.num.255.

4 Nouiſſime tamen P.Ioannes de Lugo Societatis Ieſu ſacræ Theologiæ profeſſor in Collegio Romano eiuſdem Societatis in tom.de ſacramentis Lugduni impreſſo anno 1636.in diſp.22.de euchariſtia ſect.2.primam ſententiam probabilem exiſtimat,eamque ſequitur,ac doctiſſimis rationibus probat num 29.& ſequentibus,& primo à poſteriori,quia ſi defectus attentionis mentalis tolleret ſubſtantiam orationis: ergo ſi ſacerdos miuiſtrans ſacramentum extremæ vnctionis admitteret ſponte aliquam mentis euagationem, quando profert verba formæ,*per iſtam ſanctam vnctionem,&c.*ſacramentum non eſſet validum, licet ipſe ab initio habuiſſet intentionem conferendi ſacramentum, nec eam vmquam reuocaſſet,probat ſequelam, quia forma illius ſacramenti debet eſſe deprecatoria,per quam miniſter oret exterius,vt colligitur ex verbis illis Iacobi Apoſtoli.*Inducat præsbyteros eccleſiæ,& orent, &c.& oratio fidei ſaluabit infirmum,&c* vbi ergo non eſt oratio,non manet ſubſtantia illius ſacramenti, ergo ſi defectus attentionis internæ tollit ſubſtantiam orationis, non manebit ſacramẽtum validum. conſequens autẽ non poſſet abſque maximo abſurdo concedi, eſſet enim,contra doctrinam generalem omnibus ſacramentis, ad quorum valorem ſolum

exigi-

exigitur prolatio formæ ſuper debitam materiam à miniſtro habente poteſtatem,cum intentione faciendi, quod facit eccleſia, quæ omnia tunc darentur.

5 Secundo probat à priori, quia orare eſt loqui cum aliquo, quem oramus,repræſentando ei noſtra deſideria:poſſum autem ego ſubſtantialiter loqui cum aliquo etiam, cum actuali mentis euágatione voluntaria,ergo poteſt conſiſtere ſubſtantialis oratio ad Deum, cum eiuſmodi diſtractione mentis. Mionr probatur,quià ſi ego ex ſcripto, vel etiam memoriter velim exorare Regem, poſſum quidem id facere legẽdo orationem coram ipſo ad hoc ipſum compoſitam,vel recitando memoriter,etiam,cum diſtractione mentis ad alia,dum lego, vel recito:certum eſt autem,quod tunc oro Regem, ſi vere habeo intentionem orandi,& loquendi, & hoc ipſum ei manifeſto;ergo ſi cum eadem intentione Deo manifeſtata recito,vel lego preces, vel orationem ad hoc compoſitam,vere, & ſubantialiter oro, quia vere manifeſto per illas voces deſideria interna, quæ habeo,vel habui, ſicut quando alloquor Regem in caſu ſupra poſito.

6 Confirmat primò, quia ſi ego eo modo alloquerer excommunicatum vitandum,recitando illi orationem compoſitam ad eum mouendum,& cum ea intentione, contraherem excommunicationem, ob communicationem prohibitam, & loqutionem, cum illo,etiam ſi ſponte diſtractus eſſem, & cogitarem interius de alijs rebus,ergo illa eſt vera, & ſubſtantialis loqutio humana. ſecundo confirmat, quia quando miniſter profert formas aliorum ſacramentorum, licet non oret,vere tamen loquitur,cum illo,qui recipit ſacramentum, *Baptizo te, Abſoluo te, Accipe poteſtatem, &c.* & tamen valida eſt collatio ſacramenti,ſi cum debita intentione accedat miniſter,licet poſtea diſtractionem mentis habeat ſponte: ergo manet loquutio humana ſubſtantialiter, abſque ea attentione, & per conſequens poteſt dari ſubſtantialiter loqutio,cũ Deo per voces externas. tertio confirmat, quia ſi quis accedat ad emittenda vota profeſſionis ſolemnis in Religione, & ad hunc finem, cum intentione debita recitet formulam profeſſionis ſcriptam in libro, profeſſio erit valida,licet diſtractionem voluntariam, inter recitandum admitteret,dum tamen intentionem non reuocaret: ergo poteſt manere ſubſtantialiter loqutio humana, abſque attentione: ergo poterit etiam

rit etiam loqui, cum Deo exterius, cum ſimili diſtractione. quarto confirmat, quia ſicut oratio vocalis eſt manifeſtatio mentis internæ, ita adoratio externa eſt nota ſummiſſionis internæ, & tamen ſi aliquis voluntarie diſtractus per alias internas cogitationes adhuc velit proſequi actum externum, adorationis v.g. genuflexionem, vel capitis humiliationem, ad ſignificandam ſummiſſionem internam, exercet verum, & ſubſtantialem actum adorationis; ergo eodem modo exercebit actum ſubſtantialem orationis, ſi proſequatur recitationem externam ad ſignificandam Deo ſuam mentem, & ſua deſideria.

7 Tertiò probat, quia ſi diſtractio interna voluntaria obſtat ſubſtantiæ orationis, non minus obſtaret diſtractio inuoluntaria, ſicut ſomnus, ſiue voluntarius, ſiue inuoluntarius obſtat, ne ſatisfiat præcepto audiendi ſacrum, nam etiam ſi præceſſerit voluntas attendendi, poſtea tamen non attenditur, vel ſi poteſt manere ſubſtantia orationis, non attendendo actu ad Deum, poterit manere eadem ſubſtantia, licet negatio attentionis ſit voluntaria, ſi igitur diſtractio interna non tollit ſubſtantiam orationis externæ; ergo ſatisfieri poterit ſubſtantialiter præcepto eccleſiæ, licet quis recitet, cum eiuſmodi diſtractione interna, pro maiori declaratione huius dubij, aliqua prius ſupponenda ſunt.

8 Suppono igitur primo, in oratione vocali, & conſequenter in recitatione diuini officij neceſſario requiri duos actus interiores diſtinctos, vnum ex parte intellectus, & hic vocatur attentio, quæ eſt aduertentia ad id, quod recitatur, vt ſcilicet, quod lingua dicit, mens ſimul intus concipiendo loquatur, vt Sanctus Auguſtinus dicit in Regula 3. in epiſt. 109. *pſalmis, & hymnis, dum oratis Deum hoc verſetur in corde, quod profertur in ore.* Secundum vero actum ex parte voluntatis, & hic eſt intentio, ſeu propoſitum orãdi, ſeu petendi aliquid à Deo; quare non ſatis eſt verba petitionis exterius proferre, niſi ex libero propoſito orandi id procedat; nam dormientes, amentes, infantes, & carentes iudicio ſimilia verba proferentes, nõ orant, vt bene docet Nauarrus cap. 13. de oratione num. 15. Ratio eſt, quia oratio eſt actus moralis, & humanus, aptus ad merendum, & excitandum moraliter eum, ad quem dirigitur, ſine voluntate autem non eſt actus moralis, nec ſufficit velle, aut legere talia verba, niſi hoc fiat, cum intentione, & propo-

Hhh ſito

ſito orandi, aut petendi, ita Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5. art.2.concluſione 4.Maior diſt.12.quæſt.7.concluſione 1.Sanctus Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.8.Angel.verb.hora num. 28.Tabiena ibi quæſt.29.num.30.concluſione 2. Sylu.quæſt. 11.num.14.verſ.quintum.concluſ.1.Nauarrus cap.13.de oratione num.14.P.Suarius tom.2.de religione lib.3.de oratione vocali cap.3.num. 2. P.Sanchez to.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.28.num.10. P.Filliucius tom.2.tract.23.cap. 3.quæſtione 2. dicto 1.num. 70. & cap.8.quæſt.1.num.250. & 251.

9 Suppono ſecundo, ex Sancto Thoma 2.2. quæſt.83.art.13. corp. quem ſequuntur communiter doctores attentionem in oratione vocali triplicem eſſe, Primam, qua attenditur ad verba, ne aliquis in eis erret. Secundam, qua attenditur ad ſenſum verborum. Tertiam, qua attenditur ad finem orationis, ſcilicet ad Deum, & ad rem, pro qua oratur; vnde ſicut mens orantis poteſt eſſe intenta Deo, in quem oratio dirigitur, ſic etiam poteſt cogitatione inhærere in ſacra Chriſti humanitate, & myſterijs, quæ ad ipſam ſpectant, vt paſſione, morte, & gloria ipſius, dummodo per hæc mens ſeſe erigat in Deum ipſum, tamquam vltimum finem; ita docet Caietanus 2.2.quæſt.83.art.13.in principio, Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5.art.5.concluſione 5.notabili 2. poſt medium Nauarrus cap.13.de oratione num.35.& 36.P.Ioannes Azorius to. 1.lib.10.cap.12.quæſt.1.P.Sanchez tom.2. conſil.moral. lib. 7.cap.2.dub.28.num.17.

10 Suppono tertiò, attentionem quamcumque ex tribus illis prædictis duobus modis poſſe contingere, primo modo formaliter, ſiue actualiter, quia actu animaduertimus, cogitamus, & attendimus ad verba, vel ad ſenſum verborum, vel ad Deum; ſecundo modo virtualiter, quia virtute alterius prioris attentionis, v.g. incipit quis officium recitare, & intendit, & proponit attendere, deinde vero nolens varijs cogitationibus huc, illucque diſtrahitur, totum officium cenſetur attente recitatum, vi, & virtute primæ illius voluntatis, qua voluit illud attente recitare, in ea enim voluntate perſiſtit, quia non ſua ſponte diſtrahitur, nec ab ea per actum contrarium recedit, quare ſi quis incipiat officium diuinum recitare intentione attendendi, dummodo dedita opera mentem ab attentione non dimoueat, licet ſit per totum diſtractus, ſatisfacit præ-

cepto

cepto, quia illa diſtractio reputatur inuoluntaria, & manet attentio virtualis, quæ ſatis eſt ad hoc præceptum implendũ, ita Caietanus in ſumma verbo, horæ. §. quoad tertium verſ. quintum concluſ. 1. Armnilla num. 19. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 5. concluſ. 7. Gabriel lect. 62. in canonem Miſſæ littera N. Nauarrus cap. 13. de oratione nu. 21. & expreſſius in Manuali cap. 25. num. 105. & 106. Medina Codice de oratione quæſt. de attentione in oratione habenda. P. Suarius to. 3. in 3. par. diſp. 83. ſect. 3. verſ. atque hinc etiam. P. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 28. num. 10. notabili 1. vbi citat pro hac ſententia multos iuniores magiſtros valde doctos Cardin. Toletus lib. 2. cap. 13. §. tertia P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 12. quæſt. 1.

11 Circa prædicta, notandum eſt, quod quamuis recitans diuinum officium vltro, & aduertenter, circa alia diuagetur, ſi nõ aduertat per hoc diſtrahi ab officio, ſatisfacit huic præcepto. Ratio eſt, quia hic non voluntarie diſtrahitur ab officio, & ideo virtute remanet prima attentio, ita expreſſe docet Caietanus in ſumma verbo, horæ. §. quoad tertium, vbi ait, *non voluntariè ab officio vagatur, qui inaduertenter vagatur, & ideo ſi quis aduertit ſe cogitare hac, vel illa, quæ debent eſſe extranea, tunc à meditatione ſua, ſed non aduertit quod ab officio diuino diſtrahitur, quamuis voluntate illa meditetur, non tamen voluntarie animus ab officio diuino diſtrahitur, ac per hoc animus vacandi Deo à principio officij habitus non eſt mutatus in contrarium, quia numquam iſte habuit animum recedendi à vacando Deo in illo officio, oportet enim receſſum humanum à termino, à quo fieri per ſe, hoc eſt intentione.* Eum ſequitur Armilla verb. horæ. num. 19. & Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 5. concluſione 7. columna 3. Nauarrus in Manuali cap. 25. num. 106. & 107. Nieua in ſumma tit. 65. P. Valentia to. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. 4. verſ ſed quæris. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 2 num. 154. fin. P. Suarius tom. 3. in 3. partem diſput. 83. ſect. 3. columna 4. verſ. atque hinc, & tom. 2. de religione lib. 4 de horis canonicis cap. 26. num. 20. vbi declarat doctrinam Caietani, quod receſſus humanus à termino à quo fieri debet per ſe, ideſt ex intentione, ſaltem virtuali, quæ requirit aduertentiam. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moral. lib. 7. cap. 2. dub. 28. num. 11. vbi citat eoſdem Magiſtros, P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 2. dicto 3. nu. 255. Bonacina

tom.1.tract.de officio diſp.1. quæſt.3. puncto 2. §. 2. num.13.

12 Quæres, an ille, qui recitat diuinum officium, & aduertit ſe eſſe diſtractum, peccet mortaliter, ſi diligētiam non adhibet, vt attendat? Reſpondeo circa hoc, duas eſſe ſententias. Prima affirmat, illum, qui ex negligentia craſſa permittit in recitatione officij, vel partis eius notabilis mentem diuagari, eodem relabi, ac ſi conſulto id faceret, ac proinde peccare mortaliter, ita docet Sotus lib.10. de iuſtitia quæſt. 5 art 5. concluſione 7. poſt principium, & ad 2. argumentum, Rodriquez par.1. ſummæ cap.144. concluſ.1. Palacios in ſumma verbo, hora vbi infert, quod, qui male aſſuetus eſt animum diſtrahendo, inter orandum, nec malæ conſuetudinis remedium quærit, habet negligentiam craſſam, ac proinde peccat, ac ſi conſulto faceret. P. Reginaldus lib.18. cap.12. ſect.2. documento 5. num.155. Secunda ſententia docet, illum, qui dum recitat officium aduertit ſe diuagari, ſi mediocrem adhibeat diligentiam, vt attendat nullo modo peccare, ſi vero ſaltem mediocrem diligentiam non adhibeat, ſolum peccare venialiter. Ratio eſt, quia attenta humana fragilitate difficile eſt, & quaſi impoſſibile hominem retinere mentem, ſemper actu aduertentem, nam, vt bene docet Sanctus Thomas 2.2. quæſt. 83. art.13. in argumento ſed contra, *etiam Sancti viri orando, quandoque euagationem mentis patiuntur, ſecundum illud pſal. 39. Cor meum dereliquit me.* Hanc ſententiam expreſſe docet Caietanus 2.2. quæſt.83. art.13. in reſponſione ad 2 fin. vbi ait, quod voluntaria negligentia in oratione eſt tantum peccatũ veniale, tunc vero eſt mortale, quando ex contemptu, vel ex induſtria eſſet euagatio mentis, & in ſumma verbo, horæ. §.3. fin. ait. *Qui vero negligenter ſe habet, circa exequtionem attentionis venialiter peccat.* Nauarrus expreſſe cap.13. de oratione num.21. verſ. ſecundo ſequitur, P. Sanchez tom.2 conſiliorum moralium lib.7. cap.2. dub.28. num.13. Et hæc ſentẽtia eſt probabilior, quia communiter doctores affirmant ad peccatum mortale contrahendum defectu attentionis, requiri, vt quis data opera, & aduertenter diuagetur, & aduertens ab officio diuagari. P. Suarius tom. 2. de religione lib.4. de horis canon. cap.26. num.18. non probat illorum ſententiam, qui docent, ſi diſtractio ex negligentia durat in magna parte officij, eo ipſo negligentiam eſſe grauem, & non excuſare à mortali culpa. Sed hoc ait P. Suarius nõ eſt ſatis perſpectum,

quia

Digitized by Google

quia poteſt eſſe negligentia, tam parua, vt ea non obſtante actus non ſit ſufficienter deliberatus ad peccatum mortale, & nihilominus negligentia ſit culpabilis venialiter, quia ipſamet negligentia, eſt ex ſurreptione quadam, & non perfecte voluntaria. His poſitis ad dubium principale, Reſpondeo, &

13 Dico primo, ad eccleſiaſticum præceptum recitandi diuinum officium, implendum, neceſſariam eſſe aliquam attentionem interim, dum illud recitatur, ratio eſt, quia per hoc præceptum Clerici, & Regulares obligantur ad orandum, ſed qui nullo modo attendit interne non orat. ergo non implet præceptum; maior patet, quia officium diuinum eſt oratio vocalis perfecta, vt omnes fatentur, minor probatur, quia attentio eſt de ſubſtantia orationis vocalis, quia oratio potiſſimum conſiſtit in actu interno, vt docet Sanctus Thomas 2.2.quæſt.83.art. 1. corp. eſt enim colloquium, cum Deo, & ideo requirit attentionem, & reuerentiam, erga Deum; Confirmatur, nam ſi quis voto ſe obliget ad orandum, & recitandum diuinum officium, non ſatisfaciet dicendo illud, ſine vlla attentione, ſed non minus efficax eſt præceptum eccleſiæ, ergo. In hac concluſione conueniunt omnes doctores ſupra citati num. 2. & 3. pro 2. ſententia.

14 Dico ſecundo, ad præceptum implendum recitandi diuinũ officium neceſſe eſſe illud incipere, cum propoſito, & intentione orandi, & in eo propoſito perſeuerare formaliter, vel virtualiter, dum illud recitatur. Ratio eſt, quia recitatio diuini officij, eſt oratio vocalis præcepta, ergo debet eſſe actus humanus, & per conſequens debet procedere ex propoſito, & intentione operantis, quare non ſatis eſt habere intentionem legendi pſalmos, vel homilias, &c. ſed neceſſaria eſt voluntas orandi explicita, vel implicita, nimirũ laudandi Deum, vel colendi illum hoc genere actionis, vel ſatisfaciendi muneri, & obligationi recitandi diuinum officium, ita Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5.art. 2. concluſ.4. Sanctus Antoninus 3. par.tit.13.cap.4.§.8. Angel. verbo, hora. num. 28. Tabiena ibi quæſt.29.num.30.concluſione 2. & num. 32. ad primum dubium, Sylu.quæſt.11.num.14.verſ.5.concluſ. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt.5.art.5.concluſ.7. Nauarrus cap.13. de oratione num.13. & ſequentibus, & num.17. ait. *Si quis petat, vel capiat breuiarium, cum propoſito expreſſo ſatisfaciendi huic obligationi, aut recitandi, vt debet, aut dicendi ſuas horas canonicas,*

vt præ-

vt præcipit eccleſia, ſufficiens propoſitum habet attẽdendi à principio, licet non habeat expreſſum, & addit, *ſufficere animo deliberato capere breuiarium, ire ad eccleſiam, vel aliud ſimile facere, ita, vt interrogatus quare id petat, vel faciat, vere reſponderet, ſe id facere ad recitandum, vel ſatisfaciendum ſuæ obligationi, vel debito*, & citat pro hac concluſione Maiorem in 4. diſt. 12. quæſt. 7. poſt quartam concluſionem, eos ſequitur P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 12. quæſt. 4. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 11. num. 72. P. *S*uarius tom. 2. de religione lib. 3. de oratione vocali cap. 3. num. 3. & lib. 4. de horis canonicis cap. 26. num. 5. P. *R*eginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 2. documento 4. num. 154. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 3. quæſt. 2. dicto 1. num. 70. & cap. 8. quæſt. 1. dicto 1. & 2. num. 250. & 251.

15 Dico tertio, ad præceptum diuinum officiũ recitandi adimplendum, non requiri neceſſario, vt in tota officij recitatione perſeueret attentio actualis. Ratio eſt, quia hoc eſt valde difficile, & vt dicit Paludanus in 4. diſt. 15. quæſt. 5. art. 2. concluſione 4. eſt quaſi impoſſibile, propter euagationem mentis humanæ, ſed neceſſariam eſſe attentionem virtualem. Ratio eſt quia neceſſaria eſt ſaltem intentio virtualis orandi, vt nu. præcedenti dictum eſt, ſed hæc non poteſt eſſe, ſine attentione virtuali, ergo ſaltem neceſſaria eſt attentio virtualis; minor probatur, quia tunc deſinit eſſe intẽtio virtualis orandi, quãdo homo ſciens, & aduertens ſe de alijs cogitare, & non attendere, non curat, ſed negligit, vel directe vult illo tantum modo officium recitare, ſed hoc ipſo iam non vult orare, ſed reuocat priorem intentionem, quia velle ſic recitare non eſt orare; nam cum voluntate ſic recitandi, ſtat optime voluntas non orandi, ergo, vt perſeueret intentio virtualis, debet etiam perſeuerare, ſaltem attentio virtualis, hæc eſt communis ſententia, quam expreſſe docet S. Thomas in 4. diſt. 15. q. 4. art. 2. quæſtiuncula 4. vbi ait, *quod attentio in oratione manere debet ſemper ſecundum virtutem, ſed non requiritur, quod ſemper maneat per eſſentiam actus*, idem docent Paludanus loco citato, *S*. Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 8. Angel. verbo, horæ. num. 28. Tabiena ibi quæſt. 29. num 30. concluſ. 1. & 2. Armilla num. 19. fin. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 3. de oratione vocali cap. 4. num. 6. & 7. & lib. 4. de horis canon. cap. 26. num. 13. fin. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 11. num.

Digitized by Google

11.num.21.P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.2.documento 1. num.151.P.Filliucius tom.2. tract.23.cap.3.quæſt.2.dicto 2. §.dixi num.73.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt. 3.puncto 2.art.2.num.6.ad tertiam rationem, & num.15.P. Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap. 5.num.11.

16 Quæres, an quæcumque ex illis tribus attentionibus ſupra num.9.relatis, ſit ſufficiens ad hoc præceptum recitandi diuinum officium adimplendum? Reſpondeo, circa hoc dubium, duas eſſe ſententias. Prima docet quamcumque attentionē ex tribus ſupra poſitis, etiam minimam, quæ eſt ſolum ad verba ſufficere ad hoc præceptum recitandi diuinum officium implendum. Ratio eſt, quia minima dictarum attentionum ſufficit ad veritatem, & ſubſtantiam orationis vocalis, ergo etiam ſufficit ad præceptum implendum, antecedens probatur, nam per dictam attentionem adeſt intentio orandi, & talis oratio habet, vt ſit actus humanus, ſed hæc ſufficiunt ad ſubſtantiam orationis, ergo, conſequentia probatur, quia hoc præceptum ſolum obligat ad attentionem, quatenus obligat ad orationem vocalem talium horarum canonicarum, nam præceptum eccleſiæ non obligat ad omnem modum actus interioris, ſed ſolum ad illum, qui neceſſarius eſt, vt exterior loqutio, ſit oratio vocalis, ad hoc autem ſufficit quælibet attentio ex dictis, etiam ſi voluntariè melior non habeatur, ergo ſufficit ad hoc præceptum implendum. Hæc eſt communis ſententia, quam docet Caietanus 2.2.quæſt.83.art.13.vbi ait *quæcumque attentionum in littera numeratarum eligatur, ſine præciſione tamen melioris, hoc eſt, quod illa eligatur, vt medium ſibi accomodum perueniendi ad meliorem ſatisfit præcepto eccleſiæ* & in ſumma verbo, horæ.§.3.ait. *vna iſtarum attentionum ſufficit*. idem dicunt Tabiena verbo, horæ.quæſt.29.num.30. Armilla ibi num.19.Nauarr.cap.20.de oratione num.28.Rodriquez par.1.ſumm.cap.144.num.1.fin.Graffijs par.1. deciſionum lib.2.cap.52.num.8.loquens de prima attentione dicit. *Et hæc attentio requiritur in diuino officio*. Cardinalis Toletus lib.2.cap.13.num.6.dicit.primam attentionem eſſe neceſſariam, non ſecundam, nec tertiam, Cardinalis Bellarminus tom.4.controuerſ.lib.1.de bonis operibus cap.18.§.attentio; ait quælibet vero harum ſufficit, P.Henriquez lib.9.de miſſa cap.25. num.5. littera L.dicit, *attentionis tres ſunt gradus, quorum quiſque ſatis eſt in eo, qui ex præcepto recitat preces*

bora-

ſufficit. P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.2. documento 2.nu 151.cum explicaſſet tertiam attentionem,ait. *cuiuſmodi attẽtionem,vt,& primam omnes recitantes habere poſſint, & debent,vt ſatisfaciant præcepto*,& documento 3.dicit ſecundam attentionem non eſſe in præcepto, ſicut aliæ duæ. Pro ſolutione huius dubij,

18 Dico,primam ſententiam eſſe probabilem, ſecundam vero probabiliorem,Ratio eſt, quia ſi ſola attentio ad verba ſufficeret,poſſet quis attendere exterius, ne erret in verbis,& ſimul ſpeculari quæſtionem metaphyſicam,aut alia impertinẽtia cogitare,quod doctores ſecundæ ſentẽtiæ non admittunt; quare placet mihi, quod dicit P.Leſſius loco citato,doctores ſupra num.16.citatos pro prima ſententia,ſic eſſe intelligendos,*attentionem ad verba ſufficere, ſuppoſito animo orandi, & vacandi Deo, hic enim animus includit attentionem quamdã, ſaltem confuſam ad Deum, qui enim vult orare, hoc ipſo etiam cenſetur velle attentionem, & reuerentiam debitam adhibere*,& ita etiam docet P.Filliucius tom.1.tract.23.cap.8.quæſt.3.dicto 2.num.258 vbi ait. *Quæcumque ex attentionibus dictis ſufficit, etiam minima earum, quæ eſt ad verba,modo adſit animus orandi,& vacandi* Deo. & infra ait. *Hæc enim includit attentionem aliquam internam ſaltem confuſam ad* Deum.

19 Quæres,an ille,qui habet primam attentionem,ſcilicet ſolũ ad verba, ſatisfaciat præcepto recitandi diuinum officium, ſi excludat meliorem attentionem, nimirum ſecundam, aut tertiam? Reſpondeo,circa hoc dubium, duas eſſe ſententias, prima affirmat non ſatisfacere, ita Caietanus 2.2. quæſt.83. art.13.vbi ait. *quæcumque attentionum numeratarum eligatur, ſine præciſione tamen melioris eligatur,ſatisfit præcepto eccleſiæ.* quibus verbis ſignificat attentionem infimam non ſufficere, cum præciſione melioris, vt ipſemet ſe explicat ibidem addens;*hoc eſt,quod illa eligatur, ut medium ſibi accomodum peruenĩedi ad meliorem, prout Deus dignabitur miſericorditer concedere*. Nauarrus cap.13.de oratione num. 33.& 34.expreſſe docet illum non ſatisfacere,qui primum,vel ſecundum attẽdendi modum eligit animo perſiſtendi in eo, & non tranſeũdi ad tertium. idem docet Augles floribus quæſt.Theolog. par.1.in materia de oratione fol.337.P. Sanchez tom.1.conſiliorum moral. lib.7.cap.2.dub.28.num.16.concluſ. vlt. vbi ait, quod idem ſentit Henriquez à ſe conſultus.

20 Secunda ſententia, docet attentionem quamcumque ex tribus prædictis ſufficientem eſſe ad ſatisfaciendum præcepto, nec voluntarium defectum melioris attentionis per ſe ſolum illi obſtare. Ratio eſt, quia non tenetur homo meliori modo, quo poteſt orare, ergo adhibendo minimam attentionem ſufficientem, licet præſcindat, vel excludat alias meliores, nõ peccabit, ſed ſatisfaciet præcepto, antecedens probatur, nam ſi oratio eſt voluntaria, multo magis perfectio eius erit voluntaria, ſi vero ſit de præcepto, ſub illo non cadit modus perfectior, ſed tantum ſubſtantialis, nam nullum præceptum obligat ad attendendum, cum maximo conatu, aut intentione, ergo nec obligat ad attendendum ad perfectiſſimum obiectum. Hanc ſententiam expreſſe docet P. Suarius tom. 2. de religione lib. 3. de oratióne vocali cap. 4. num. 10. & ſequentibus, vbi dicit primam ſententiam eſſe nimis rigidam, & in rigore falſam, & lib. 4. de horis canon. cap. 26. num. 23. idem docet. Eum ſequuntur P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 3. quæſt. 2. dicto 3. §. an autem num. 75. & Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 3. puncto 2. § 2 num. 5. verſ. ex quo fit.

21 Ad dubium Reſpondeo, & dico primo, ſi ille, qui habet primam attentionem, caret cœteris omnino inuoluntarie, vel quia eſt incapax maioris intelligentiæ, vel contemplationis, aut quia attendendo ad verba, circa alia habet naturalem inaduertentiam, hunc modum, ſine dubio eſſe, ſine culpa & ſufficientem ad ſatisfaciendum præcepto. Ratio eſt, quià homo facit, quod in ſe eſt, & adhibet attentionem ſufficientem ad ſubſtantiam orationis, & carentia melioris attentionis, nõ eſt voluntaria. Dico ſecundo ſi voluntas, qua impeditur perfectior attentio ſit rationabilis, & ex aliqua cauſa iuſta, vt ſi quis nolit ad perfectiorem attentionem aſſurgere, ne caput defatiget, vel quid ſimile, nullum eſſe peccatũ, nec tranſgreſſionem huius præcepti. Dico tertio, ſi voluntas impediens meliorem attentionem, ſit de actu otioſo, vel turpi, non ſolum eſſe in ſe malam, ſed etiam eſſe prauam circumſtantiam orationis, quia oratio, cum voluntaria diſtractione turpi, vel irrationabili, non ſit ſine irreuerentia Dei, & in hoc ſenſu veriſſima eſt prima ſententia, & P. Suarius loco citato num 13. fin. putabat veriſimile, ſi quis dum vocaliter orat, in cogitatione turpi moroſe delectetur, peccando mortaliter, contra caſti-

caſtitatem, peccare etiam per circumſtantiam contrariam Religioni, vel venialiter aggrauantem, quod eſt certum, vel etiam mortaliter, quod timendum eſt, quia videtur grauis Dei irreuerentia.

22 Quæres, an ſatisfaciat præcepto recitandi diuinum officium ille, qui dum illud recitat, mentem habet, ita ad diuina myſteria intenta, vt non aduertat quid dicat, aut quid loquatur? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima docet nullam eſſe habendam rationem ad verba, dum habetur ſuprema attentio ad Deum, vel ad diuina. Ratio eſt, quia quæcumque attentio ex tribus dictis ſufficit ad valorem orationis: quare, etiam ſi quis ex propoſito, & directe meditetur aliquod diuinum myſterium diuerſum à verbis, quæ recitat, ſatisfaciet præcepto, ita docet Caietanus 2.2. quæſt. 83. art. 13. in principio, Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 5. concluſ. 5. notab. 2. Nauarrus cap. 13. de oratione num. 30. P. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. 4. verſ. ſequitur primo. P. Ioannes Azorius par. 1. lib. 10. cap. 12. quæſt. 2. fin.

23 Secunda ſententia docet, primam attentionem ad verba, eſſe quaſi fundamentum, & ſubſtantiam cæterarum attentionum, ita, vt ſine ipſa non ſufficiat quæcumque alia ad hoc præceptum implendum, & ideo ſi tanta ſit alia attentio, vt illam primam omnino impediat, quamuis ſit ad Deum, nimiam eſſe, & indiſcretam eo tempore, & cauſam trangreſſionis præcepti, ſi vero tanta ſit attentio ad Deum, vt non impediat omnino attentionem ad verba, ſed relinquat eam, quæ ſufficiat, vt homo ſcienter, & moraliter proferat integrè, & ordinate, quæ recitat, tunc, etiam ſi abſtractiſſima, & maxima ſit, non impedire impletionem præcepti, ita Gerſon 3. par. tract. de oratione alphab. 175. littera G. & H. Gabriel lect. 62. in canonem Miſſæ littera M. Medina Codice de oratione quæſt. 14. fin. Nauarrus cap. 20. de oratione num. 28. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 3. de oratione vocali cap. 4 num. 20. & lib. 4. de horis canonicis cap. 26. num. 23 P. Thomas Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 28. num. 17. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 2. documento 3. verſ. aduerte tamen P. Filliucius tom. 2 tract. 23. cap. 3. quæſt. 3. corollario 2. num. 77. & cap. 8. quæſt. 3. dicto 1. num. 257.

24 Ad dubium igitur Reſpondeo, & dico primo, ſecundam ſententiam videri mihi probabiliorem, & veriorem, & ratio,

quia præceptum obligat ad recitandum verba integre,& diſtincte,ſed qui ad illa non attendit,non poteſt id exequi,ergo non implet præceptum,quare neceſſe eſt, vt qui officium diuinum recitat, cum attentione ad Deum ſit moraliter certus ſe in verbis non errare,quod quando fit legendo per librum, non eſt periculum errandi,quando vero memoriter recitatur eſt maius periculum errandi . Dico ſecundo , ſi quis non voluntarie,dum diuinum recitat officium, applicet animum ad Dei contemplationem,ſed vel ex habitu , vel ex inſtinctu Spiritus Sancti, vel ex virtute,& excitatione ipſius pſalmodiæ eleuetur,non aduertens ſe diſtrahi à cogitatione,& attẽtione verborum,tunc certum eſſe ipſum implere præceptum, quia manet virtualis attentio ad verba, cum actuali attentione ad Deum,quia prior intentio attendendi ad verba, numquam fuit voluntarie interrupta , ſed quaſi naturaliter ex vi alterius cogitationis honeſtæ, & in hoc ſenſu puto loqui Doctores primæ ſententiæ .

25 Dico quarto,illum, qui diuinum officium recitat voluntarie,ſine vlla attentione,peccare mortaliter ex genere ſuo.Ratio eſt, quia hoc præceptum recitandi officium , obligat ad orandum,ſed qui recitat illud,abſque vlla mentis attentione, vere non orat,ſed vt bene ait Sotus lib.10. de iuſtitia quæſt. 5.art.5.concluſione 5.lingua dat ſine mente ſonum,ergo non ſeruat præceptum, ac proinde peccat mortaliter , maior eſt manifeſta, quia officium diuinum , ſeu horæ canonicæ ſunt orationes,& preces,quæ,coram Deo fiunt . Minor probatur quia oratio eſt aſcenſus mentis in Deum,& hoc eſſentialiter includit,ſed qui ſine vlla attentione interna officium recitat, eius mens non aſcendit in Deum , ergo non orat . Dixi ex genere ſuo, quia hoc peccatum duplici ratione poteſt eſſe veniale prima ex leuitate materiæ , vt ſi minima pars officij recitetur ſine vlla attentione,ſicut omiſſio minimæ partis officij eſt ſolum peccatum veniale, nam eadem eſt vtriuſque peccati ratio, quia hoc etiam eſt peccatum omiſſionis,quatenus per illum actum non impletur præceptum affirmatiuum;ſecunda vero,ratione poteſt eſſe peccatum veniale,propter defectum perfecti voluntarij, cum admiſtione inuoluntarij indirecte per negligentiam leuem . Hæc eſt communis ſententia,quam docet Sanctus Thomas 2.2. quæſt.83.art.13, ad 3.vbi ait . *Si quis ex propoſito in oratione mente euagetur,*

hoc

Digitized by Google

hoc peccatum eſt, hoc eſt *ex genere ſuo*, vt ibi ait Caietanus, & hanc ſententiam ex profeſſo docet, Sotus lib 16. de iuſtitia quæſt. 5. art. 5. concluſ. 6. Nauarr. cap. 13. de oratione num. 46. P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 12. quæſt. 6. verſ. in hac quæſtione. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 11. nu. 67. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 26. num. 18. & 19. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. dub. 5. num. 108. fin. P. Sanchez to. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 28. concluſione 2. num. 9. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 2. documento 5. num. 155. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 2. dicto 3. num. 255. Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 144. concluſ. 1. num. 2. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſput. 1. quæſt. 3. puncto 2. §. 2. num. 8. & omnes fere doctores ſupra num. 2. & 3. citati pro 2. ſententia.

26 Quæres, an qui recitat diuinum officium, ſine attentione requiſita, itaut defectu attentionis peccet mortaliter, teneatur officium repetere? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima negat prædictum teneri officium iterum recitare, ducitur, quia putat duo eſſe eccleſiæ præcepta, alterum recitandi officium voce, alterum ad illud mente attendendi, & ideo docet illum, qui voce, ſine vlla attentione officium recitauit impleuiſſe primum præceptum, & propterea non teneri illud repetere, ſed tantum agere pœnitentiam tranſgreſſionis ſecundi præcepti, ita docet Gerſon 3. par. tract. de vita ſpiritual. lect. 4. corollar. 2. Medina Codice de oratione quæſt. 15. & 16. Corduba lib. 4. quæſt. Theolog. quæſt. 13. fin. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 11. num. 68. dicit, hanc opinionem non eſſe improbabilem P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 6. dicto 1. num. 261. dicit eſſe probabilem, prædicta tamen ſententia ab alijs communiter reijcitur, quia falſo nititur fundamento, nam vnicum tantum eſt eccleſiæ præceptum, ſcilicet orandi vocaliter, officium recitando, & in hoc includitur obligatio ad attentionem, vt ſupra probatum eſt.

27 Secunda ſententia communis, probabilior, & verior docet quotieſcumque quis ex defectu attentionis non implet hoc præceptum recitandi diuinum officium, ipſum teneri iterum illud recitare in tempore habili, ideſt intra eumdem diem, & ſi id non fecerit, peccare mortaliter, ac ſi illud non recitaſſet. Ratio eſt, quia prædictus, per priorem recitationem, ſine atten-

attentione non impleuit præceptum orandi vocaliter, vt nu. præcedenti probatum eſt,ergo tenetur iterum recitare.Hanc ſententiam innuit Caietanus 2.2.quæſt.83.art.13.prope finē, vbi ait, qui ex propoſito in notabili parte officij euagatur, perinde eſt,ac ſi illam omitteret, ſed ſi omitteret, teneretur dicere,ergo.Idem innuunt Tabiena verbo,horæ.quæſt.30.nu. 31.fin.& Adrianus quodlibeto 8. littera L. qui dicunt prædictum non ſatisfacere præcepto,ergo ſecundum ipſos tenetur repetere,vt ſatisfaciat.Expreſſe eam docet Turrecremata cap. cantantes. diſt.92.num.6.& 7.Gabriel lect. 62. in canonem Miſſæ littera L. & N. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt.5.art.5. concluſ 7.prope finem,Nauarr.cap.13. de oratione num.15. & 46.& cap.20.num.31.Angles floribus quæſt.Theolog.par. 1.materia de oratione fol.338.Petrus Nauarr.lib.2. de reſtitutione cap 2.num.231.Aragonia 2.2.quæſt.83.art. 13. dub. 3.dicto 4.Ledeſma 2.4.quæſt.16.art.6.par.2.dub. 2. Rodriq. par.1.ſumm.cap.144.concluſ.1. num.2. P.Ioannes Azorius tom.1.lib.10.cap.12.quæſt.6.verſ.in hac quæſtione P.Gregorius de Valentia 2.2.diſp.6.quæſt.2.puncto 10. §. circa octauum.concluſione 2.P.Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap.37.dubit. 11.num.67.P.Suarius tom.2.de religione lib. 4. de horis canonicis cap.26 num.25.& 26.P.Vaſquez opuſc. de beneficijs cap.4.§.1.dubit.5.dub.4.num.103 fin.P.Sanchez tom. 2.conſiliorum moralium lib.7.cap 2.dub.30.num.2. P.Ioannes Salas tract.14.de legibus diſp.9.ſect. 1. num.24.dicto 4.P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.1.num.149. P.Filliucius tom.2.tractatu 23.cap.8.quæſt.5.dicto 2.num.262.dicit hanc ſententiā eſſe probabiliorem.Bonacina tom.1.tractat.de officio diſp.1. quæſt.3.puncto 2.§.2.num.8.

28 Quæres,an ille,qui dum recitat diuinum officium,voluntarie diſtrahitur,peccet mortaliter, ſi tunc habeat propoſitum illud iterum recitandi? Reſpondeo,prædictum non peccare mortaliter,quia tunc haberet animum implendi præceptum, peccare tamen venialiter,propter irreuerentiam,ſi vero tunc non eſſet tempus iterum recitandi, quia eſſet elapſus dies,& circa mediam noctem voluntarie diſtractus recitaret, peccare mortaliter, quia non impleuit præceptum tempore habili, ſi vero non habuiſſet propoſitum iterum recitandi, & adhuc eſſet tempus,peccaſſet tunc mortaliter,ratione propoſiti,non dum tamen eſſet tranſgreſſus exterius præceptum, ſed tene-

retur

retur illud implere,cum poſſet,vnde ſi poſtea mutaret propoſitum, & illud iterum recitaret, impleret præceptum. Petes, quid dicendum ſit, ſi quis negatiue ſe haberet? Reſpondeo, teneri illum, iterum officium recitare, petes, an mortaliter peccauerit,reſpondeo,ſi cœpit officium, cum propoſito ſatisfaciendi per illum actum obligationi,& poſtea non mutando propoſitum,voluntarie diſtrahitur,peccaſſe mortaliter,quia virtualiter permanet in eo propoſito ſatisfaciendi obligationi per illum actum, & conſequenter implicite non vult iterũ recitare,ſi vero quis ſolitus eſſet repetere,cum aduertit ſe recitaſſe,ſine attẽtione,probabile eſſe,non peccaſſe mortaliter, ita expreſſe docet Aragonius 2.2.quæſt.83. art.13.dub.3.dicto 4.P.Suarius tom.2.de religione lib.4 de horis canonicis cap.26.num.26.& 27.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.8.quæſtione 5.dicto 2.num.263. Bonacina tom. 1.tract. de officio diſp.1.quæſt.3.puncto 2.§.2.num.8.

29 Ad rationes igitur primæ ſententiæ ſupra num.1.allatas, Reſpondeo,ad primam,dico, etiã ſi eccleſia non poſſit actus internos per ſe,& ſolitarie acceptos præcipere,poſſe tamen eoſdem præcipere, vt ſunt rationes actuum exteriorum,hoc eſt quatenus ſunt neceſſarij ad externos, debito modo præſtandos, videlicet, vt ſint actus virtutum,quare,cum poſſit præcipere orationem vocalem,poteſt etiam præcipere eam attentionem internam,& reuerentiam, ſine qua oratio non eſt actus religionis,ſic etiam,cum poſſit præcipere confeſſionem annuam,poteſt etiam præcipere examen conſcientiæ,& internam contritionem, ſine quibus confeſſio non eſt legitima,ita reſpondent communiter doctores, Caietanus in ſumma verbo,horæ.§. quoad tertium, Sotus lib. 10.de iuſtitia quæſt.5.art.5.concluſ.6.fin.P.Ioannes Azorius tom.1.lib.10.cap.12.quæſt 6.verſ.ſi quæras.P. Gregorius de Valentia tom.3.in 2.2.diſp.6.quæſt.2.puncto 10. §. circa quartum. Ad primum.P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis canonicis cap.26.num.15. P.Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap.37.dubit 11. num.66.P.Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub 28.num.18.Bonacina tom.1. tract.de officio diſput.1. quæſt.3.puncto 2.§.2.num.6.ad primum. Ad confirmationẽ bene reſpondet Sotus loco citato concluſ.6.verba illa, *quantum eis Deus dederit,* non ſignificare conſilium, ita vt attentionis modus relictus fuerit orantis arbitrio, ſed ſenſus eſt,

quod

Digitized by Google

quod nemo teneatur habere ſummam attentionem,ac deuotionem,ſed præparare ſe, vt per ſe non ſtet,quominus Deus deuotionem,atque animi refectionem influat.

30 Ad rationes vero P. Ioannis de Lugo ſupra num. 4. propoſitas,reſpondeo, ad primam dico in ſacramento extremæ vnctionis orationem non eſſe de ſubſtantia formæ,ſed tantum verba, ſub modo deprecatorio, & ideo ſi defuit attentio interna, dum illa ſacerdos pronunciauit, peccauit quidem propter irreuerentiam, ſed fuit validum ſacramentum,quia non fuit defectus in ſubſtantia formæ,ſed ſolum,circa modũ. Secundo iuxta illorum ſententiam,qui dicunt attentionem ad verba ſufficere ad ſubſtantiam orationis, ſi prædictus ſacerdos bene protulit verba formæ cum intentione faciendi, quod facit eccleſia,habuit attentionem ad verba,& ideo fuit validum ſacramentum.

Quod ſi deprecatio,& oratio ſit de ſubſtantia formæ illius ſacramenti, nullum videtur abſurdum concedere ſacramentum in eo caſu non fuiſſe validum ex defectu debitæ intentionis miniſtri,quia ſi ab initio habuit intentionem conficiẽdi,& miniſtrandi ſacramentum, conſequenter habuit intentionem illud conficiendi per formam deprecatoriam, ſed de ſubſtantia deprecationis, & orationis, eſt attentio interna, ergo ſi voluntariè admiſit diſtractionem,&.euagationem internam,dum verba formæ protulit, mutauit intentionem,nã verba formarum ſacramentorum debent formaliter, & non materialiter proferri, ſi quis enim deriſoriè illa proferret,nõ conficeret ſacramentum,ita verba illa,ſine attentione prolata,ſunt merus ſonus,& non vera oratio, & deprecatio requiſita in forma illius ſacramenti,& ideo ſacramentum non eſt validum.

31 Ad ſecundam rationem, reſpondeo negando conſequentiã, quia in oratione, quæ fit,coram hominibus,cum non poſſint internum orantis animum intueri, ſufficit externa prolatio, ſiue ſit cum interna animi attentione,ſiue non,at oratio,quæ fit,coram Deo,qui intuetur cor,eſt eſſentialiter aſcenſus mẽtis in Deum,ideo nulla eſt,ſine interna mentis, & animi attentione. Ad confirmationes eodem modo reſpondeo,concedendo illas eſſe veras loquutiones humanas, & ideo ille incurrit in excommunicationem, & ſacerdos conficit ſacramenta,& mente voluntarie diſtractus conſecrat ſi primam

inten-

Digitized by Google

intentionem non reuocauit, quia habet virtualem,quæ ſuffi-cit,& profeſſio eſt valida, quia ad eam ſufficit intentio vir-tualis,& idem dico de adoratione externa, quæ,etiam ſi fiat cum voluntaria diſtractione,eſt vera adoratio, quia non re-quirit eſſentialiter attentionem, ſed ſolam intentionem ado-randi Deum,& ideo poteſt internam animi ſummiſſionem ſignificare,ſed externa recitatio diuini officij,ſine attentione nullo modo eſt oratio, cum attentio ſit de ſubſtantia oratio-nis,& ideo differt ab omnibus prædictis loqutionibus huma-nis,ac pro inde, nec poteſt eſſe ſubſtantialis loqutio cum Deo.

32 Ad tertiam rationem,reſpondeo negando coſequentiam; nam in diſtactione inuoluntaria, ſemper remanet attentio virtualis,quæ ſufficiens eſt, ſecundum Sanctum Thomam,& communem doctorum ſententiam, vt ſupra num 15.proba-tum eſt, & ideo diuerſa eſt ratio de ſomno;nam, qui dormit nullo modo orat, etiam ſi ſomnus non ſit voluntarius,& per conſequens nullam poteſt habere attentionem,nec actualem, nec virtualem, ſed qui recitat diuinum officium inuolunta-rie diſtractus non ceſſat ab oratione,ſed vere orat. Cum igi-tur negatio voluntaria attentionis tollat omnem attentio-nem tam actualem,quam virtualem, & per conſequens ſub-ſtantiam orationis,non poteſt,cum voluntaria mentis diſtra-ctione ſubſtantialiter ſatisfieri præcepto recitandi diuinum officium.

DVBIVM SECVNDVM.

An,qui priuatim recitat diuinum officium,aliquid aliud agen-do, ceſſet ab attentione debita, & neceſſaria, ac proinde peccet mortaliter?

1 REſpondeo,communem eſſe doctorum ſentẽtiam, illum, qui dum recitat diuinum officium ſcienter, & ex pro-poſito occupat ſe in actionibus externis, quæ impediunt at-tentionem neceſſariam ad præceptum recitandi diuinum officium implendum, quales ſunt ſcribere, legere,pingere, numerare pecuniam,& ſimiles,peccare mortaliter.Ratio eſt, quia facit expreſſe,& directe, contra præceptum eccleſiæ in cap.dolentes.de celebratione miſſarum,vbi diſtricte,& in vir-

tute obedientiæ præcipitur, vt officium ſtudioſe, & deuote celebretur, ita docent omnes doctores dubio præcedenti nu. 1.& 2.citati, tam primæ, quam ſecudæ ſententiæ; expreſſe S. Thomas in 4.diſt.15.quæſt.4.art.2. quæſtiuncula 4.ad 2. Durandus eadem diſt.quæſt.12.num.6.fin. Paludanus ibi quæſt. 5.art.2.concluſione 4.Sanctus Antoninus 3.parte tit. 13.cap. 4.§.8.Angel.verb.hora num.28.Sylu.ibi quæſt. 11.num.14.§. quintum. concluſione 4.Tabiena quæſt.29.num.30.in medio Armilla num.19.Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5. art.5.concluſione 7.Nauarrus cap.13 de oratione num.22. & 49.concluſione 1.& in Manuali cap.25.num.107. Cardinalis Tolet. lib.2.cap.13.verſ.tertia.P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canon.cap.26.num.21.P.Valentia tom.3.diſp. 6.quæſt. 2.puncto 10.§.circa quartum.verſ. ſequitur 3.P.Sanchez to. 2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.32. concluſione 1. P.Reginaldus lib.18.cap.12.ſect.2.num.154. documento 4. & documento 5.num.155.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.8. quæſt.4.dicto 1.num.259.Graffijs par.1.lib. 2. cap.52.num. 18.Bonacina tom.1.tract.de officio diſput.1.quæſt.3. §.2.nu. 12.verſ.ſecus dicendum.

2 Quæres, an ſemper peccet, qui volũtarie ſe occupat in actionibus externis, dum recitat diuinum officium, etiam ſi illæ actiones non requirant magnam attentionem, vt ſi quis colligeret herbas, vel indueret ſe, recitando interim officium. Reſpondeo, circa hoc dubium, duas eſſe ſententias, prima affirmat, ducitur, quia nullus Dominus temporalis pateretur ſibi fieri ſeria colloquia, cum huiuſmodi actionibus, ergo multo minus hoc faciendum eſt, cum oramus, & cum Deo loquimur, ita expreſſe docet Sanctus Antoninus 2.par.tit.9.ca. 12.§.3.tertia negligentia, vbi, quod hoc, *eſt valde reprehenſibile, quia dat ſibi occaſionem euagandi, & irreuerentiam committit, & ſi per totam horam hoc faciat, vel pro maiori parte, vix ſatisfacit præcepto*. Sed hæc ſententia ab omnibus reijcitur, tamquam nimis rigida, Nauarrus cap 13. de oratione num. 47. & ſequentibus multis rationibus eam impugnat, prima *quod contrarium ab omnibus fere obſeruari videmus*. & num. 50.concluſione 5.dicit ſententiam S.Antonini, *ſolum habere locum in illis actionibus, quæ adeo attentioni horarum ſunt contrariæ, vt ea ſalua, magna difficultate fieri poſſint, quas qui horas pronunciando fecerit, venialiter peccabit, quales ſunt, ſurgere de*

Digitized by Google

rè de lecto, induere, & calceare ſe valde feſtinanter, magnâ intẽtione inſtruere focum, & præparare libros.

3 Secunda ſententia communis docet, illum, qui in actionibus externis ſe occupat, dum recitat diuinum officium, non ſemper peccare mortalier, nec venialiter, ſed iuxta qualitatem actionis, & habilitatem recitantis hoc eſſe iudicãdum, ſi enim actio exterior, quæ fit, dum recitatur officium, magnam requirat mentis attentionem, ac proinde impediat attentionẽ in recitatione officij requiſitam, illum, qui in ea occupatur, dum recitat notabilem partem officij, peccare mortaliter, ſi vero quis haberet tantam habilitatem, vt ſimul attenderet vtrique, non peccare mortaliter, ſed tantum venialiter, propter irreuerentiam, quam erga Deum committit, occupando ſe in alijs, dum cum ipſo loquitur, quãdo vero actio exterior, in qua ſe occupat, non eſt incompatibilis attentioni debitæ in recitatione officij, illum, qui in ea ſe occupat, tantum peccare venialiter, propter irreuerentiam, & hæc ſententia, eſt probabilior, eamque ſequuntur omnes fere doctores ſupra num. 1. citati, pro cuius maiori explicatione.

4 Dico primo, illum, qui ex præcepto tenetur diuinum officium recitare, ſi dum illud, vel eius notabilem partem recitat, aduertenter occupatur in actionibus externis, quæ ex natura ſua aduerſantur attentioni debitæ, & requiſitæ in recitatione officij, & ſunt incompatibiles, cum illa, peccare mortaliter; vt ſi quis ſcribat, legat, pingat, vel faciat aliquid huiuſmodi, quod totum animum ad ſe vocat, ita expreſſe Durandus in 4. diſt. 15. quæſt. 12. num. 6. & 7. Paludanus eadem diſt. quæſt. 5. art. 2. concluſione 4 Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 5. concluſione 7. Nauarrus cap. 13. de oratione num. 22. & 49. concluſione 1. & in Manuali cap. 25. num. 107. Medina in ſumma lib. 1. cap. 14. §. 11. Angles floribus quæſt. Theolog. par. 1. materia de oratione fol. 339. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 13. num. 6. verſ. tertiam etiam. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4 de horis canonicis cap. 26. num. 21. P. Reginaldus lib. 18 cap. 12. ſect. 2. num. 154 documento 4. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 32. concluſione 1. P Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 4. dicto 1. num. 259. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 12.

5 Dico ſecundo, illum, qui, dum recitat diuinum officium ex præcepto, occupatur in actionibus externis, quæ non ſunt in-

compatibiles,cum attentione requiſita,nec tantam requirunt animi aduertentiam, ſatisfacere præcepto recitanndi, nec peccare mortaliter, vt ſi quis recitet officium induens ſe,vel calceans,vel perambulans per hortum herbas, & flores proſpiciens. Ratio eſt,quia huiuſmodi actiones poſſunt fieri, ſine vlla attentione,& ideo ordinarie non ſunt cauſa ſufficiens diſtractionis. Secundo, quia in aliquibus Religionibus eſt ſtatutum,vt qui ſurgunt à lecto recitent,& in miſſali ſunt orationes dicendæ,dum ſacerdos ſe induit, vt faciat ſacrum,ita expreſſe docet Caietanus 2.2.quæſt.83.art.13.ad 3. notab.1. vbi ait,Sanctum Dominicum docuiſſe,medicinam eſſe fructuoſam contra phantaſmata mala, ſtatim orare, cum quis ſurgit à ſomno,& quæſt.187.art.3.ad 3.Sotus lib.10. de iuſtitia quæſt.5.art.5.concluſione 7.vbi ait. *In ordine noſtro præceptum nobis eſt,vt ſurgentes officium Virginis dicamus, & vt antiqua indicat dormitorij diſpoſitio,inter induendum ſe fratres illud inchoabant*. Maior in 4.diſt.12. quæſt.7.Nauarrus cap.13.de oratione num.48.49 & 50. P.Valentia tom.3.diſp.6.q.2.puncto 10.§.circa quartum.verſ.ſequitur 2.P.Azorius tom.1.lib.10.cap.12.quæſt.7.P.Suarius tom.2. de religione lib.4. de horis canonicis cap.26.num.21. P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap.4.§.1.art.3.dub.5.num.108.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moral.lib.7.cap.2.dub. 32. concluſione 2.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.8. quæſt.4.dicto 2.num.260. P.Layman loco citato.

6 Dico tertio ſi eſſet aliquis,tam diligens, & habilis, vt legendo,vel ſcribendo aliud,attenderet ad recitationem,quantum eſſet neceſſarium,quales ſunt illi, qui ternas, quaternas,vel plures ſimul epiſtolas dictant, ſicut de Iulio Cæſare ſcribit Plinius lib.7.cap. 25. prædictum ſatisfacere præcepto eccleſiæ,& non peccare mortaliter, ſed frequenter venialiter,ob irreuerentiam, erga Deum, occupando ſe in alijs ab eo diſtrahentibus,ſine iuſta cauſa,dum ei loquitur, ita Nauarrus cap.13.de oratione n.23.& P.Leſſius lib.2.de iuſtitia cap.37. dub.11.n.69.fin.& contra,ſi aliquis iam expertus ſit,ſe ſolere,etiã actionibus,quæ non magnã requirũt attentionem, vt veſtiri,lauari,& ſimilibus omnino impediri,& diſtrahi,ſiue ob incapacitatem ſuam,ſiue ex conſuetudine,hic poterit aliquando grauiter peccare;ordinarie vero ſaltem venialiter,vel quia impeditur perfecta attentio, vel propter indecentiam

loquen-

loquendi, cum Deo, & aliam actionem humanam exercere. ita docet P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 26. num. 21. quem ſequitur P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 8. quæſt. 4. dicto 2. num. 260. P. Reginaldus lib. 15. cap. 12. ſect. 2. documento 5. num. 155. dicit, prædictum peccare mortaliter, ſi deficiat in attentione ad orationem neceſſaria. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 3. dub. 5. num. 108. fin. ait. *Imo ſe induere forſan impeditiuum adeo eſt attentionis, vt non ſatisfiat præcepto recitandi, ſi ex eo opere, inter recitandũ attentio omittatur*, & in hoc caſu vera eſt ſententia Sancti Antonini ſupra num. 2. relata.

7 Dico quarto, lauare faciem, & manus, induere, vel exuere ſe, vel calceare, dum recitatur officium diuinum ex præcepto, ſi id fiat moderate, & abſque nimia feſtinatione, etiam ſi fiat abſque iuſta cauſa nullum eſſe peccatum. Ratio eſt, quia huiuſmodi actiones non impediunt attentionem neceſſariam in recitatione officij, & in miſſali præcipitur ſacerdotibus, vt in miſſa, dum poſt offertorium lauãt manus, recitent pſalmũ 25. lauabo, & epiſcopis in Pontificali, præſcribuntur multi pſalmi, quos dum veſtibus pontificalibus induuntur, cum Miniſtris recitent, & Caſſianus lib. 2. de canonico nocturnarum orationum, & pſalmorum modo cap. 14. & 15. narrat Monachos Ægyptios, occupatos externis actionibus, oraſſe, pſalmos recitaſſe, ita docet Nauarrus cap. 13. de oratione num. 48. & 49. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2 dub. 32. concluſione 6. Si vero quis faceret prædictas actiones valde feſtinanter, peccaret venialiter, quia vix fieri poſſunt, ſalua debita reuerentia, & attentione, ſic docet Nauarrus cap. 13. de oratione num. 50. P. Sanchez loco citato concluſione 7.

8 Dico quinto, nullum eſſe peccatum, recitare officium, & ſimul facere aliquas actiones, corporales parum, aut nihil repugnantes attentioni debitæ, etiam ſi abſque vlla cauſa fiant, tales ſunt lenis deãbulatio, itineris factio pedeſtris, vel equeſtris moderata, proſpectio florum, collectio herbarum, & ſimiles. Ratio eſt, quia ſolus ille actus corporalis impedit impletionem præcepti recitandi officium, qui repugnat attentioni debitæ, & eſt incompatibilis, cum illa. ſed prædicti actus non ſunt tales, vt conſtat experientia, ita Innocentius in cap. 1. de celebratione miſſarum. Nauarrus cap. 13. de oratione

num.

num.48.& 50.P.Sanchez loco citato concluſione 5.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.3.puncto §.2.num.12. verſ.4.

9 Dico ſexto,illum,qui dum recitat diuinum officium,occupatur in actibus,quæ ſpectant ad ipſum officium, ſatisfacere præcepto recitandi,& nullo modo peccare, ratio eſt,quia remanet attentio, talis eſt actio voluendi chartas parandi libros,& ſimilia,ita docet Sylu. verb. hora. quæſt.11.num.14. verſ.quintum.concluſione 4. Tabiena ibi quæſt. 29.num.30. Margarita confeſſor.fol.161.Sandoual lib.de officio canonico par.6.cap.9.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moral.lib.7.ca. 2.dubio 32.concluſ.8.

TERTIVM DVBIVM.

An,qui diuinum officium ex obligatione recitat, dum miſſam in die feſto ab eccleſia præceptam audit, vtrique præcepto ſatisfaciat?

1 RESpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima negat,ducitur, quia non poſſunt duo præcepta,vnico actu impleri. Secunda quia non poſſunt ſimul eſſe attentio miſſæ,& attentio diuini officij, cum quælibet ipſarum requirat totum animum, ac proinde illum, qui vtrumque ſimul præſtat,non ſatisfacere,ſed peccare mortaliter, ita expreſſe docent Angel.verb.feriæ. num.46. Roſella verb. dominica num.7.Sylu.verb.miſſa.2.quæſt.6. dicto 3. Armilla verb.feſtũ. num.11.& verb.miſſa.num.39.

2 Secunda ſententia communis, affirmat recitantem officium ex præcepto,ſiue ratione ordinis, ſiue ratione beneficij,vel quaſcumque alias orationes vocales ex voto, vel pœnitentia iniuncta, dum audit miſſam de præcepto,nullo modo peccare,ſed ſatisfacere vtrique præcepto. Ratio eſt, quia attentio, quæ requiritur in audienda miſſa, non impedit attentionem in recitando officio neceſſariam, nam vtrique præcepto ſatisfit,ſi animus vna,eademque attentione ad Deum,& res diuinas attendat,ita docet Maior in 4 diſt. 12. quæſt.8.Adrianus in 4.quæſt.7.de ſatisfactione,quæ incipit, quæritur,circa prædicta,Caietanus tom.2. opuſculorum tract.4. de valore orationum,& in ſumma verbo,feſtorum violatio. Sotus in 4. diſt.

diſt.13.quæſt.2.art.1.dubio penultimo, columna penultima, & diſt.19.quæſt.2.art.1.concluſione 1. fin. Nauarrus cap.19. de oratione num.178.concluſione 16. & in Manuali cap.21. num.8.Medina Codice de confeſſione quæſt.44. Ledeſma in 4.par.2.quæſt.16.art.6 in 1.par.dub.5. Angles in floribus de oratione quæſt.5.difficultate 2.concluſione 4.Aragonius 2.2. quæſt.83.art.13.dicto 4.dub.2.Carbo cap.9.de Miſſa audienda, Rodriquez par.1.ſumm.cap.123.concluſione 3.Cardinal. Toletus in ſumma lib.2.cap.13.verſ. tertia. & lib.6.cap.6.fin. Victorellus ibi.P.Emanuel Sà verbo, miſſæ auditio. num.2.P. Henriquez lib.9.de miſſa cap.25.num.5.littera S. P.Valentia tom.3.diſp.6.quæſt.2.puncto 10 §.circa quartum. verſ.ſequitur primo.P.Azorius tom.1.lib.7.cap.5.quæſt.3.& lib 10.cap. 12.quæſt.10.P.Suarius tom.3.in 3.partem diſp. 88.ſect.3.fin. & tom.4.diſp.38.ſect.6.num.5.P.Thomas Sanchez tom.1.in præcepta lib.1.cap.14.num.11. P.Comitulus lib.1.reſp.mor. quæſt.65.P.Coninch.3.par.quæſt.83.art. 6 dubio vnico num. 307. P. Ioannes de Lugo diſp.22.de ſacramento euchariſtiæ ſect.2.dub.2.num.22.Carolus Macignus cap.86 num.16.Paulus Squillans par 1.de de obligat.cleric.dub. 35. Bonacina tom. 1. tractatu de officio diſputat.1. quæſt.3.puncto 2.§.2. num.14.

3 Pro ſolutione dubij, dico primo, certum eſſe apud omnes Doctores, tam primæ, quam ſecundæ ſententiæ, nullum eſſe peccatum, officium diuinum recitare in miſſa de præcepto, eo tempore, quo ſacerdos ſubmiſſa voce Deum precatur. Dico ſecundo probabilius eſſe nullum eſſe peccatum, & vtrique præcepto ſatisfieri, etiam ſi officium de præcepto recitetur in miſſa de præcepto, dum ſacerdos alta voce pronunciat, dummodo, nec ſacerdos, nec alij impediantur, & ratio eſt, quia, vt bene docet Caietanus in tract.4.citato, præceptum audiendi miſſam exigit ſolam præſentiam, nam aliter ſurdus non ſatiſfaceret, & vt docet Cardinalis Toletus cap.13.cit. *Præceptum audiendi miſſam, non eſt verbis intendere, ſed ſacrificio adeſſe etiam verbis non auditis, vnde, & ſimul præcepto miſſæ ſatiſfieri poteſt, & præcepto recitandi horas*, & P.Henriquez loco citato ait. *ſatisfacit vtrique præcepto, cum vna attentione, & ex vtroque iuuatur deuotio*, ex dictis patet reſponſio ad rationes primæ ſententiæ.

CA-

CAPVT XII.

De cauſis excuſantibus ab officio diuino recitando.

QVoniam multæ ſunt cauſæ iuſtæ, quæ poſſunt clericos, & Regulares excuſare à debita diuini officij recitatione multaque de ipſis à doctoribus diſputãtur: vt breuiter, diſtinc̃teque de ipſis agamus omnes excuſantes cauſas ad quatuor capita reuocabimus. Quædam enim ſunt intrinſecæ, quædam vero extrinſecæ; intrinſecæ duæ ſunt, vna ex parte corporis, altera vero ex parte animi: extrinſecæ etiã duæ ſunt, altera ex neceſſitate actionis, altera vero ex diſpenſatione Prælati & ad has quatuor, omnes aliæ reducuntur de ſingulis ſingillatim agemus.

1 Prima igitur cauſa ex parte corporis eſt impotentia corporalis, quæ multiplex eſſe poteſt, iuxta varios, & multiplices corporis morbos, quibus corpus redditur impotens ad recitandum diuinum officium: quare eo ipſo, quo quis loqui non poteſt, nec ore proferre ea, quæ ad diuinum officium recitãdum ſunt neceſſaria, omnino excuſatur ab eo recitando. Circa hanc primam cauſam occurrunt multa dubia.

PRIMVM DVBIVM.

An infirmus, qui non poteſt diuinum officium recitare, teneatur illud per alium recitare, aut ab alio recitante audire?

1 REſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima affirmat. Ratio eſt, quia illud audire poteſt, ſine incommodo, ergo ad id tenetur, huic ſententiæ videntur fauere Innocentius, & Hoſtienſis in cap. 1. de celebratione miſſarum, vbi dicunt, infirmitatem excuſare à pronunciando horas, & forte ab audiendo, nam per verbum illud, *forte*, videntur de hoc dubitare; expreſſe eam docet Girardus tract. de aſſiduitate orandi quæſt. 4. quem refert Nauarrus cap. 11. de oratione num. 6. vbi eam merito reiicit, quia nullo iure fundata eſt, *nam iure quidem cauetur, vt horas pronuncient clerici, non autem, vt audiant* & num. 8. addit. *Si Girardi ſententia*

eſſet

Digitized by Google

eſſet vera, nulli, aut pauciſſimi ægroti excuſarentur ab horis, cum pauciſſimi, collatione aliorum, inueniantur infirmi, qui eas audire non valeant, nam, & in articulo mortis conſtitutis leguntur Paſſio Domini, & alia ſolo auditu excipienda. Nec obſtat, quod audire poteſt, quia non obligamur ad omnia, quæ poſſumus, ſed ad ea, quæ nobis iubentur, clericis autem iubetur recitare officium, non vero illud audire; Neque Innocentius, & Hoſtienſis fauent huic ſententiæ, ſed potius contrariæ, vt bene aduertit Nauarrus loco citato num. 7.

2 Secunda ſententia communis, & vera docet, illum, qui non poteſt officium recitare, non teneri ab alio recitante illud audire. Ratio eſt, quia hoc eſt præceptum recitandi, & non audiendi, ſicut eſt præceptum audiendi Miſſam, ergo, qui officium recitare non poteſt, excuſatur à ſubſtantia præcepti, & per conſequens non tenetur illud ab alio recitante audire, neque tenetur illud per alium recitare, quia hoc eſt onus perſonale; ergo qui illud explere non poteſt, non tenetur alium loco ſui ſubſtituere, qui illud recitet, imo etiam ſi alium ſubſtitueret, non ſatisfaceret præcepto, ſi alias obligatus eſſet. Hanc ſententiam expreſſe docent Sylu. verbo, hora. quæſt. 4. dicto 2. Tabiena ibi quæſt. 19. num. 20. Armilla num. 16. Nauarrus cap. 11. de oratione num. 6. & in Manuali cap. 25. num. 100. Graffijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 54. num. 5. Rodriq. tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 42. art. 10. & in ſumma par. 1. ca. 145. concluſ. 1. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 14. cauſa 1. P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 2. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 28. num. 11. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 12. num. 51. P. Sanch. tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 49. concluſione vnica. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. num. 182. quæſt. 3. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 6. dub. 3. P. Filliucius tom. 2. tractatu 23. cap. 9. quæſt. 4. num. 188. Aragon. 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 4. concluſione 4. cauſa 1. ſin. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 6. puncto 1. num. 7. & 8. & puncto 2. num. 11. Ludouicus Miranda tom. 1. Manualis Prælator. Reg. q. 37. art. 16. concluſ. vnica fin.

3 Quæres, an ille, qui propter infirmitatem, vel quamcumque aliam impotentiam excuſatur à recitatione officij, teneatur aliquid aliud loco illius dicere, vel facere? Reſpondeo, circa hoc, duas eſſe ſententias. Prima affirmat, ita Maior in 4. diſt.

12.quæſt.6.poſt.10.argumentum,vbi dicit,teneri infirmum loco officij,mente Deum precari;aliqui dicunt, teneri ad aliquam compenſationem per pſalmos, Pater noſter, & Aue Maria,ita Turrecremata cap.Eleuterius diſt 91.num.4 Sanct. Antoninus 3.par.tit.13.cap.4.§.5.Angel.verb. hora. num.9. Sylu.ibi quæſt.4 dicto 3.Tabiena quæſt.20.num. 21. Armilla num.16.Nauarrus cap.11.de oratione num.19.ait,ad nihil teneri de rigore præcepti iuris humani,ſed iure naturali ad aliquid huiuſmodi indeterminatum, Viguerius capit. 5. §.5. verſ.4.

4 Secunda ſententia docet,prædictum ad nihil teneri. Ratio eſt,quia nullum ius ad id obligat, eccleſia enim ſolum obligat ad horas canonicas vocaliter recitandas,ergo qui legitime excuſatur ab illis recitandis, non tenetur ad orandum mentaliter,præſertim, cum ſoleat eſſe maior difficultas in infirmis mente orare,quam voce, neque ad aliam compenſationem,ita Nauarrus cap.11.de oratione nu.19. vbi dicit, prædictum ad nihil teneri iure humano, quod vero dicit,iure naturali ad aliquid teneri indeterminatum,intelligit de beneficiarijs,& Religioſis,qui iure naturali tenentur pro ſuis benefactoribus, & idem expreſſius docet Sylu. verb.hora. quæſt.4. fin.vbi ait, *Sed circa iſtam ſuppletionem non oportet multum eſſe ſcrupuloſum,quia conſurgit ex naturali lege potius, quam eccleſiæ præcepto, vt recompenſetur benefactoribus,quod etiam per minimam orationem fieri poteſt, cum præponderet omnibus theſauris,ſicut ſpirituale temporalibus*. Hanc ſententiam expreſſe docent Cardinalis Toletus lib.2. cap.14.cauſa 1.fin. P.Emanuel Sà verbo,horæ num. 3. P.Azorius tom.1.lib.10. cap.13.quæſt.8.P.Suarius tom. 2. de religione lib.4.de horis canonicis cap.28.num.29. P.Vaſquez opuſc. de beneficijs ca. 4.§.1.art.1.dub.12.num.51. P. Sanchez tom. 2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.50.num.2.P.Reginaldus lib. 18.c. 13.quæſt.6.num.184. P.Layman tom.2. lib.4.tract.1.cap.6. dub.3.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.9.quæſt.6.dicto 2.num. 295.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſtione 6.puncto 1. num.8.

5 Dices,aliqui Prælati Religionum, & confeſſarij Religioſorum ſolent ex priuilegio Apoſtolico commutare diuinum officium in aliud opus pium, ſeu leuiorem orationem Religioſis infirmis,quos excuſandos iudicant à recitatione offi-

cij,

cij,ergo ſignum eſt,infirmos, qui ab officij recitatione excuſantur,teneri ad aliud aliquid dicendum,vel faciendum;antecedens probatur,nam Martinus V. conceſſit fratribus Sancti Hieronymi,vt dum fuerint infirmi, ſenes, ac valetudinarij, qui tenentur ad horas canonicas,ſatisfaciant, recitando aliquos pſalmos,vel id, quod ſuis confeſſoribus viſum fuerit. Refertur in compendio priuilegiorum mendicantium, verbo,Infirmi fratres.num.11.& in compendio priuilegiorum Societatis Ieſu,verbo,infirmi.§.2.Eugenius IV.conceſſit fratribus Sancti Hieronymi, vt infirmi,ſeu debiles ſatisfaciant pro horis canonicis,ad quas tenentur,audiendo eas ab alio, vel ab alijs recitari,refertur in eodem compendio priuilegiorum mendicantium,verbo infirmi.num.13.& in eodem compendio priuilegiorum Societatis Ieſu,verbo, infirmi.§.3.& Iulius III. in conſtitutione ſua edita 22.Octobris 1552.conceſſit Præpoſitis Generalibus Societatis Ieſu,& alijs, quibus ipſi ſuam auctoritatem ad id communicauerint, vt poſſint commutare recitationem diuini officij ijs, qui ob infirmitatem ipſis videbuntur excuſandi,in aliud opus pium, ſeu leuiorem orationem,durante tamen infirmitate, habetur in libro litterarum Apoſtolicarũ Societatis Ieſu Romæ impreſſo anno 1616.fol. 68. & in compendio priuilegiorum Societatis Ieſu,verbo infirmi.§.1.

6 Reſpondeo ex prædictis priuilegijs non colligi,infirmos,qui excuſantur à recitatione officij, teneri aliquid aliud dicere, vel facere, ſed ſolum colligi, Pontifices concedere prædictam commutationem ad remouendos ſcrupulos, & dubia conſcientiarum piarum,& timidarum,præſertim,quando nõ eſſet euidens cauſa excuſationis, ita docet Nauarrus cap.19. de oratione concluſione 9.num.88.verſ ſeptima eſt, vbi cum retuliſſet ſimile priuilegium *Leonis X.* qui conceſſit fratribus Minoribus,vt ſiue propter febrem,aut dolorem inteſum, vel aliam infirmitatem fratres fuerint grauati,& afflicti,ſatiſfaciant,dicendo pro horis canonicis, preces, hymnos, Pater noſter, Aue Maria, vel alia iudicio Prælati, aut Præſidentis loci,ſeu conuentus aſſignanda, & hoc quando medicus corporalis (ſi commode potuerit haberi) dixerit, eſſe nociuum infirmo, refertur in compendio priuilegiorum Mendicantium.verbo,officium diuinum Primo.num.10.deinde ſubdit. *Perſpicuum eſt,hoc non continere priuilegium, nam nihil conti-*

net contra ius, quandoquidem iure communi excuſatur à recitatione ob infirmitatem omnis, qui bona fide, & ſine fraude credit medico, aut alicui alteri graui viro dicenti, quod ei recitatio noceat. Prodeſt tamen ad remouendum ſcrupulos, & dubia conſcientiarum piarum, & timidarum, & idem dixerat prius num. 86. *Quod licet huiuſmodi priuilegia nihil concedant, vltra ius, multum tamen conferunt ad pellẽdum ſcrupulos, quod ſatis ſentit compilator horum priuilegiorum, ponendo in margine verba illa (pro ſcrupuloſis fratribus)* idem fere docet Rodriquez to. 1. quæſt. regular. quæſt. 42. art. 7. & Ludouicus Miranda to. 1. Manualis Prælator. regular. quæſt. 37. art. 16.

DVBIVM SECVNDVM.

An infirmus, qui non poteſt dicere totum officium, teneatur dicere partem, quam poteſt?

1 RESpondeo, circa hoc dubium, duas eſſe ſententias. Prima docet illum, qui non poteſt recitare totum officiũ, ſed maiorem eius partem, teneri ad eam recitandam, ſi vero maiorem partem recitare non poſſit, excuſari ab eo recitando, tum quia regulariter maior pars trahit ad ſe minorẽ. l. quod maior pars. ff. ad municip. cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, tum etiam, quia non quælibet impotẽtia dicendi aliquam partem excuſat, nec quælibet potentia dicendi aliquam partem obligat, nec iure definitur, quam magna, vel parua debeat eſſe prædicta pars, & ideo relinquitur arbitrio viri prudentis, & non occurrit aliud aptius arbitrium, ita docet Nauarrus cap. 11. de oratione num. 15. verſ. 8. eum ſequuntur P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 4. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. num. 54. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 47. dicto 3. nu. 5. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 6. num. 194.

Ad hanc ſententiam accedunt illi, qui docent infirmum, qui non poteſt recitare matutinum, cum laudibus ad nihil teneri, quia licet hæc non ſit maior officij pars, eſt tamen pars illius prima, & præcipua, ita Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 222. Diana par. 2. tract. 12. de horis canonicis Reſolutione 29.

2 Secunda ſententia docet, non eſſe hanc excuſationem, tam ſcrupu-

ſcrupuloſe reſtringendam, vt quicumque, in infirmitate dicere poſſit vnam, vel alteram horam, ſine graui incommodo ad illam dicendam obligetur, nam hoc eſſet nimis oneroſum, & præter ſuauitatem legis humanæ, & conſuetudinem, quæ eſt optima legum interpres, quare reſpiciendum eſſe ad modum infirmitatis Impedientis recitationem, nam ſi peculiariter impedit aliquam horam, propter difficultatem in ea dicenda v.g. in matutino, propter debilitatem viſus, vel capitis, & illa difficultas in dicendis alijs horis, non ſentitur, ſed commode dici poſſunt, nulla eſt excuſatio, quoad tales horas, ſiue ſint plures, ſiue pauciores, ſiue conſtituant maiorem, ſiue minorem partem officij: at vero ſi infirmitas impediat indefinite diuinũ officium, vt eſt febris grauis, tunc non eſt ſcrupuloſe inquirendum, an poſſit infirmus vnam, vel alteram horam dicere, quia excuſatio illa ex ſe indefinita æquiualet vniuerſali, quia eſt valde difficile in huiuſmodi occaſionibus attingere punctum in iudicando, quid poſſit infirmus dicere, vel non dicere, ſine graui incommodo, & ideo ſatis eſſe creditur, quod officium ipſum dici non poſſit, ſine notabili incommodo, ita docet P. Suarius tom. 1. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 28. num. 27. quem ſequuntur *R*odriquez par. 1. ſummæ cap. 145. concluſione 1. notab. 3. & tom. 1. quæſt. regular. quæſt. 42. art. 10. ſi. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 183. quæſt. 4. verſ. quam quidem. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 6. dub. 1. §. ſed retenta, Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 6. puncto 2 num. 7.

3 Pro ſolutione præſentis dubij dico, ſecundam ſententiam eſſe probabiliorem, præſertim, quoad illam partem ſcilicet, quod, quando infirmus nõ poteſt dicere officium, non tenetur dicere partem, quam poteſt, nam, vt bene dicit *R*odriqu. in dicto art. 10. daretur perplexitas, cum nemo poſſit facile decernere, quam partem poſſit dicere, & quam non, & ſi contrarium eſſet verum, nullus infirmus excuſaretur omnino à dicendis horis, quia nullus adeo ægrotat, vt nequeat aliquam partem earum dicere, quod eſt contra omnium ſententiam, vt bene obijcit Nauarrus cap. 11. de oratione num. 11. verſ. pro parte vero. Ad rationes igitur primæ ſententiæ reſpondetur, ad primam bene reſpondet P. Suarius dicto cap. 28. nu. 25. illam maximam, quod maior pars trahit ad ſe minorem, non poſſe in hoc caſu commode applicari, nam debet intel-

ligi,

ligi, quando partes debent concurrere ad vnum actum, vt in electionibus, & nominationibus, in quibus caſibus loquuntur iura, quæ citat Nauarrus, vel quando vna pars impedit aliam, nam ſolet maior pars vincere, at vero in preſenti caſu vna pars non impedit aliam, neque neceſſe eſt vnam concurrere ad recitationem alterius. Ad ſecundam reſpondeo; aptius arbitrium eſſe, quando, ſine dubio poteſt infirmus commode recitare integram horam, etiam minimam, puta tertiã, vel completorium, etiam ſi alias recitare non poſſit, ipſum ad illam recitandam teneri, quia vnaquæque hora eſt per ſe quodam totum, & oratio canonica à reliquis officij partibus diuidua, & ideo ille ſolum excuſatur, qui non poteſt dicere ſaltem maiorem partem vnius horæ, & in hoc ſenſu P. Suar. loco citato num. 26. concedit, veram eſſe ſententiam Nauarr. vt qui non poteſt recitare maiorem partem horæ, excuſetur ab ea recitanda, non vero reſpectu totius officij, & ita docet P. Laymañ tom. 2. Theolog. moral. lib. 4. tract. 1. cap. 6. dubio 1. Naldus verbo, officium diuinum num. 18. fin.

4 Quæres, an ſi certum ſit aliquem ob infirmitatem, non poſſe, ſine graui incommodo integrum officium recitare, ſed dubium ſit, an vnam, vel alteram horam poſſit, teneatur illam recitare? Reſpondeo negatiue, ratio eſt, quia præcepta eccleſiaſtica non obligant, cum tanto rigore, vt materiam anxietatis, & ſcrupulorum pariant, ita P. Suarius cap. 28. citato nu. 27. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 183. quæſt. 4. fin. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 1. dubio 1. dicto 3. Rodriquez par. 1. ſummæ cap 145. concluſione 1. notab. 3. & to. 1. quæſt. regular. quæſt. 42. art. 10.

5 Quæres, an ille, qui ſolus non poteſt totum recitare officiũ, teneatur illud, cum ſocio recitare, dicendo partem, quam poteſt, & aliam audiendo? Reſpondeo, circa hoc dubium tres eſſe ſententias. Prima docet, prædictum non teneri recitare, cum ſocio, licet eum habeat, & cum eo commode recitare illud poſſit. Ratio eſt, quia recitare, cum ſocio eſt priuilegium, ſed nemo cogitur vti priuilegio, ergo nemo tenetur adſciſcere ſibi ſocium in recitatione officij. ita P. Henriquez in materia de oratione, Sancius in ſelectis diſputationibus diſput. 15. num. 2. vbi ait, non ſolum non teneri ſocium quærere, ſed nec etiam ſi quis gratis ſe offerat, teneri illũ admittere, quia poteſt non vti priuilegio, eum ſequitur Diana parte ſecunda tracta-

tractatu duodecimo de horis canonicis reſolutione 45.

Secunda ſententia communis docet prædictum teneri, cũ ſocio recitare, ſi illum commode habere poteſt, ratio eſt, quia hic commode poteſt recitandi præceptum implere, cum ſocio recitando, ergo ad id tenetur, antecedens probatur, nam ſimpliciter non poteſt dici impotens ad aliquid agendum, qui id cum alterius auxilio facere poteſt, ita docet Nauarrus cap. 11. de oratione num. 13. & cap. 21. num. 14 Philiarchus lib. 1. cap. 10. concluſione 1. Iacobus à Graffijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 54. num. 3. Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 145. num. 1. Vega tom. 1. cap. 128. caſu 16. Aragonia 2.2. quæſt. 83. art 12. cauſa 1. P. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. circa ſeptimum, cauſa 1. P. Azorius to. 1. lib. 10. cap. 13 quæſt. 3. & 6. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 28. num. 13. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moral. lib. 7. cap. 2. dub. 48. concluſio. vnica num. 2. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 183. quæſt. 5. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 4. dicto 2. num. 289. Gauantus comment. in rubricas miſſalis ſect. 1. cap. 5. tit. 1. num. 6. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſputat. 1. quæſt. 6. puncto 2. num. 8. Palacios 4. diſt. 15. diſput. 9. fol. 147.

7 Tertia ſententia docet, prædictum non teneri ſocium adhibere, ſi ſanus non conſueuit vti ſocio, ſecus ſi conſueuit, ita P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. num. 54. vbi ait. *Si ob infirmitatem non potes niſi ope ſocij, nec conſueueris eo vti; nõ teneris: ſecus ſi conſueueris*, eum ſequitur Garzia tom. 1. de beneficijs parte 3. cap. 1. num. 215. vbi ſic conciliat præcedentes ſententias, vt prima vera ſit de eo, qui non conſueuit vti ſocio, ſecunda vero de eo, qui conſueuit, eamdem ſententiam ſequitur P. Layman tom. 2. Theologiæ moral. lib. 4. tractat. 1. cap. 6. dubio 2.

8 Mihi hæc tertia ſententia videtur probabilis, ſed probabilior ſecunda; nam etiam ſi quis, dum ſanus eſſet, numquam fuiſſet vſus ſocio, quia tamen, ſine illo nõ poteſt implere præceptum recitandi officium, & cum illo, quem ſine onere habet, facile poteſt implere; neceſſario illo vti debet, nec obſtat argumentum primæ ſententiæ, quod nemo tenetur vti priuilegio, quod habet, nam hoc non eſt omnino verum, nam in multis caſibus obligatur aliquis vti priuilegio, vt poſſit implere aliquod præceptum, quod ſeruare tenetur, vt ſi quis haberet

beret priuilegium audiendi ſacrum in loco interdicto, tene-retur illo vti in die feſto, & qui haberet priuilegium conſe-crandi in fermentato, teneretur eo vti, ſi non haberet azymũ, vt communicaret in paſchate, vel mortis articulo, ita P. Sua-rius tom.3. in 3. par. diſp. 66. ſect. 4. caſu 2. & alij.

9 Quæres, an clericus, qui non habet redditus eccleſiaſticos, quibus ſocium conducere poſſit, teneatur illum conducere? Reſpondeo illum, qui non habet redditus eccleſiaſticos, vel patrimonij, ad cuius titulum eſt initiatus, licet ſit ditiſſimus alijs profanis redditibus, non teneri illum conducere; ſecus vero ſi illos ſufficientes haberet ad ſe alendum, & ſocium conducendum. Ratio eſt, quia nullo iure tenetur redditus mere profanos in ſeruitio eccleſiæ expendere, & ideo non te-netur officium cum ſocio recitare, cum nõ poſſit illum com-mode habere, niſi amicus, vel alius ei gratis ſe offerret, ita docet Nauarrus cap. 11. de oratione num. 14. & cap. 21. num. 14. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis ca. 28. num. 15. fin. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 183. quæſt. 5 5. P. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 48. num. 3. & 4. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 4. dicto 2. num. 289. Bonacina tom. 1. tractat. de officio diſput. 1. quæſt. 6. pun-cto 2. num. 8. fin.

10 Ex hoc infert Nauarrus cap. 11. de oratione num. 14. *pauperes clericos, vel vix potentes ſe ſuſtentare, & monachos, & monachas ſimplices non habentes, quo ſocios ad recitandum ſecum conducant, excuſari à dicendis horis, quas per ſe dicere nequeunt.* Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 145. cauſa 1. notabili 2. ait, non excuſari Religioſos, qui commode poſſunt habere ſocium, cum recitant officium.

DVBIVM TERTIVM.

Quanam infirmitas corporis excuſet infirmum à recitatione diuini officij?

1 RESpondeo, & dico primo, aduerſam corporis valetudinẽ excuſare à recitatione diuini officij, ita docẽt communiter doctores, qui hoc colligunt ex Concilio Carthaginenſi IV. cap. 49. & 52. quod refertur cap. clericus victum diſt. 91. vbi di-

Digitized by Google

vbi dicit. *Clericus, qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate vigilijs deeſt, ſtipendijs priuatus excommunicetur*. Per inæqualitatem corporis intelligitur exuberãtia, & defectus humorum, in quo conſiſtit infirmitas, vt bene notat Gloſſa in principio dictæ diſt. 91. ſi igitur ſine corporis infirmitate clericus punitur, ſi non recitet officium, ergo à contrario ſenſu, ob infirmitatem, à recitatione illius excuſatur, & ratio à priori eſt, quia infirmus nec poteſt canere in choro, nec priuatim recitare officium, ſed nemo obligatur ad impoſſibile. l. impoſſibilium ff. de regulis iuris. cap. Nemo ad impoſſibile eodem tit. lib. 6. ita docet Innocentius. & Hoſtienſis in cap. 1. de celebratione Miſſarum, Panormitanus ibi num. 10. & alij Canonici iuris interpretes. Ang. verb. hora nu. 7. Tabiena dicto 19. num, 20. Syl. quæſt. 4. dicto 1. Armilla num. 16. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. poſt medium Nauarrus cap. 1. de oratione num. 1. & in Manuali cap. 25. num. 100. Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 145. num. 1. cauſa 1. Graſſijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 54. num. 1. Aragonius 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 4. fin. cauſa 1. P. Emanuel Sà verbo, horæ num. 1. Cardinal. Toletus lib. 2. cap. 15. cauſa 1. P. Valentia to. 3. in 2. 2. diſp. 69. puncto 10. §. circa ſeptimum, cauſa prima. P. Ioannes Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 1. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap. 28. num. 19. P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. num. 54. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 181. verſ. Prima igitur. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 6. num. 1. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 12. num. 50. P. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 45. concluſione 1. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 5. dicto 1. num. 292. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſputatione 1. quæſt. 6. puncto 1. num. 1.

2 Dico ſecundo, non quamlibet corporis infirmitatem ſufficientem eſſe ad hanc excuſationem. Ratio eſt, quia non quælibet infirmitas tollit potentiam infirmo recitandi officium, & ideo ſolum illam excuſare, quæ directe, vel indirecte notabile ægrotanti nocumentum afferret, ſi officium recitaret, etiam, cum ſocio, vel non, debitis horis, ſcilicet ante febrim, vel poſt illam, ante mediam noctem, talis eſt illa, quæ impedit hominem, ne abſque graui ſalutis ſuæ detrimento, aut ſine nimio dolore, aut vexatione corporis poſſit officium recitare, aut quæ ingraueſceret ex labore poſito in recitando,

quare non excuſat illa ægritudo, quæ ita leuis eſt, vt non impediat alias actiones ordinarias capitis, & linguæ, vt ſunt colloquia grauia, & negotiorum, aut rerum grauium ordinationes, nec illa, quæ non notabiliter augetur officij recitatione. ratio eſt, quia hæc non poteſt dici moralis, aut rationabilis impotentia; huiuſmodi etiam eſſe ſolet moderatus dolor capitis, ſtomachi, aut alterius partis in hac concluſione conueniunt omnes doctores num præcedenti citati. Ponormitanus cap. 1. de celebrat. miſſarum num. 10. Nauarr. cap. 11. de oratione num. 2. & 4. & in Manuali cap. 25. num. 100. P. Sanchez dub. 45. cit. concluſion. 2. P. Reginaldus num. 181. quæſt. 1. P. Layman cap. 6. num. 1. verſ. altera cauſa, P. Fillincius dicto 2. num. 293. Bonacina punct. 1. num. 2.

3 Quæres, an febris terciana, vel quartana excuſet à recitatione officij? Reſpondeo circa hoc duas eſſe ſententias. Prima docet prædictas febres poſſe excuſare, vſque ad meridiem, vel veſperam, non tamen toto die, ratio eſt, quia ſtatis horis occurrunt, & poſt meridiem ceſſant, & iudicio medici docti, & probi non nocet ægrotanti recitatio officij, quæ ante, vel poſt febrim fit. hæc eſt communis ſententia, quam expreſſe docet Innocentius in cap. 1. de celebratione miſſarum, Panormitanus ibi num. 10. Angel. verbo, hora. num. 7. Tabiena ibi dicto 19. num. 20. Nauarrus cap. 11. de oratione nu. 3. & in Manuali cap. 25. num. 100. Aragonia 2. 2. quæſt. 83. art. 12. dub. 4. final. cauſa 1. Rodriquez par. 1. ſumm. cap. 145. nu. 1. cauſa 1. Graffijs par. 1 deciſion. lib. 2. cap 54. num. 1. P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 1. P. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. § circa ſeptimum cauſa 1. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 28 num. 28. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. num. 181. quæſt. 1. fin. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 6. num. 1. verſ. altera cauſa. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 6. dicto 2. num. 295. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 6. puncto 1. num. 2. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. artic. 1. dubio 12. num. 50.

4 Secunda ſententia docet, de habente febrim quartanam, aut aliam leuem, non poſſe dari certam regulam, ſed iudicandum eſſe arbitrio Medici, aut boni viri, ratio eſt, quia poteſt contingere, quod quartana ſit tam grauis, & ſecum afferat talia accidentia, ſcilicet vehementem capitis dolorem, vel cũ

corpo-

corporis intemperiem, vt merito cenſeatur grauis infirmitas ac proinde à recitatione excuſet, & ideo in his caſibus, quando fuerit dubium, ſtandum eſt iudicio Medici, ita Sylu. verb. hora. quæſt. 4. num. 5 dicto 1. vbi cum retuliſſet ſententiam Panormitani dicentis, quartanam, & febriculam non excuſare, ſubdit. *In hoc tamen puto, ſtandum arbitrio medici, aut boni viri*. Huic ſententiæ fauet P. Valentia loco citato, vbi ait, *vnde tertiana, aut quartana febris non ſemper omnino excuſat*. Ergo putat, quod aliquando excuſat, & P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 12. num. 50. vbi cum dixiſſet, quartanam non excuſare, ſubdit, *niſi in aliqua perſona aliquæ concurrant circumſtantiæ diuerſæ, in quo vnuſquiſque conſulat conſcientiam ſuam, an legitime ſit impeditus, & ſi opus eſt alios conſulat*. expreſſe hanc ſententiam docet P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 45. concluſione 6.

5 Pro ſolutione huius dubij, mihi videtur dicendum. Primã ſentẽtiam communem eſſe vniuerſaliter, & ordinarie veram; ſecundam vero ſententiam in aliquo caſu particulari, vt dicit P. Vaſquez, & ſignificat, etiam P. Sanchez loco citato, nec puto, doctores primæ ſententiæ hoc negare, ſed loqui, vt communiter eſſe ſolet.

6 Quæres, an ille, qui tertiana, vel quartana febri laborat, teneatur recitationem officij anteponere, vel poſtponere, intra eundem diem, quando talis ægritudo impedit, vel impeditura præuidetur tempore legitimo, ratio dubitandi eſt, quia poſſe anteponere, vel poſtponere recitationem officij, eſt veluti quodam priuilegium, quo nemo vti cogitur, ergo ad id non tenetur. Hoc tamen non obſtante, puto omnino teneri, quando commode, & ſine præiudicio ægritudinis in illa parte diei recitari poteſt, & ratio eſt, quia totum tempus diei, eſt tempus ſimpliciter legitimum, & ſufficiens ad ſubſtantiã huius præcepti implendam, & ideo ſi vna pars diei eſt impedita, debet recitari in alia, quæcumque illa ſit, ac proinde non eſt priuilegium, vt in ratione dubitandi dicebatur, hanc ſententiam ſupponunt omnes fere doctores primæ ſententiæ; expreſſe eam docet P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſtione 1. vbi ait, *ſi ante, vel poſt impedimentum poteſt commode totum officium perſoluere, id præſtare debet, ſecus, non item* P. Suares tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap. 28. num. 28. vbi addit, *Hoc autem intelligendum eſt dummodo, vel antepoſitio*

horarum nocitura non ſit futuræ febris acceſſioni, quæ ſperatur, vel poſtpoſitio, & concurſus omnium horarum in vnum tempus ſit nimis grauis, præſertim , poſt præcedentem malam corporis diſpoſitionem, nam hæc iam ſunt quaſi noua impedimenta .

7 Quæres,an infirmus excuſetur à recitatione officij , qui bonam partem diei expendit confabulationibus familiaribus, & multa colloquitur , aut libros recreandi gratia legit? Reſpondeo,circa hoc duas eſſe ſententias . Prima affirmat prædictum infirmum excuſari,ratio eſt, quia ſermones illi , & lectiones voluptatem ægris afferunt,nec morbus inde ingraueſcit,quin potius decreſcit:at vero officij recitatio eſt res ſeria, ac ſuapte natura grauat caput,ac mœrorem , & moleſtiam infert,ita expreſſe docet P.Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.45.concluſione 4.vbi ait, *Sic multi ex iunioribus valde docti Magiſtri.* Idem docet Diana par. 2. tract.12.de horis can.reſolutione 43.

8 Secunda ſententia docet,prædictum infirmum non excuſari,ratio eſt,quia in prædictis ſermonibus, & lectionibus non eſt minor difficultas, quam in officij recitatione , ita videtur ſentire Nauarrus,in cap.11.de oratione num.4.vbi ait , *illum ægrotum,qui poteſt ſerio loqui,& alia negotia profana tractare, cum ſuis amicis,ab horarum recitatione minime excuſari , quia hoc non eſt illo facilior.* idem dicit P.Reginaldus lib. 18.cap. 13.num.181 quæſt.1.fin.

Mihi prima ſententia videtur valde probabilis , nec puto Nauarrum contrarium ſentire,ſed ipſum loqui,quando cum amicis infirmus tractat negotia grauia, vt ipſe magis ſe explicat in Manuali cap.25.num.100.vbi ait,nec illam febrim excuſare,*quæ non impedit colloquia grauia ,& negotiorum,ac rerum grauium ordinationem,vt dixi in d c. 11.num.4 & 5.*

9 Quæres,an infirmus excuſetur à recitatione officij,poſtquã febris illum deſeruit, dum conualeſcit, & dum adhuc vires ſunt imbecilles? Reſpondet P.Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.45.concluſ.5.poſſe prædictum per aliquot dies non recitare,ratio, quia illa imbecillitas adhuc cenſetur infirmitas,ſecunda , quia valde veriſimile eſt,eccleſiam ægris,poſt tot labores velle requiem aliquam concedere:imo poſſe aliquando aliquem celebrare , non tamen recitare,propter infirmitatem , & citat pro hac ſententia iuniores Magiſtros valde doctos, mihi hæc ſententia videtur probabilis,

babilis,& tuta in praxi, non de quacumque infirmitate, ſed ſolum de graui, pro eo ſolum tempore, quo ad huc vires ſunt imbecilles.

DVBIVM QVARTVM.

An ad excuſandum infirmum à recitatione diuini officij requiratur iudicium Medici?

1 RESpondeo, ſi infirmitas ſit grauis, non requiri Medici iudicium, quia tale iudicium requiritur in dubio, quando quæritur, an infirmitas ſit grauis nec ne, vt certitudo habeatur, cum vero certum eſt, infirmitatem eſſe grauem, ex ſe excuſat, & poteſt infirmus propria auctoritate ceſſare à recitatione officij, ſi autem dubium ſit, an infirmitas ſit grauis, tunc Medicum conſulendum eſſe, & ipſius iudicio ſtandum, quia ratione peritiæ in arte, ad ipſum hoc iudicium ſpectat, non quod ipſe poſſit tollere hanc obligationem, cum nullam habeat iuriſdictionem: quare ſatis erit iudicium vnius Medici, qui pius, probus, & peritus in arte exiſtimetur, ita Syl. ver. hora quæſt. 4. dicto 1. Armilla num. 16. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. poſt medium, Nauarrus cap. 11. de oratione num. 3. & cap. 21. num. 16. Graffijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 54. num. 2. P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 1. verſ. quæres igitur, P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 28. num. 19. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 182. quæſt. 2. P. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 45. concluſione 2. P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 6. num. 1. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſtione 5. dicto 1. & 2. num. 292. & 293. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſtion. 6. puncto 1. num. 4.

2 Quæres, an quando dubium eſt, an infirmitas ſit grauis, nec ne, præter iudicium Medici, requiratur auctoritas, & indulgentia prælati? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima aſſirmat, ratio eſt, quia ita fit in ieiunijs, vt docet S. Thomas 2. 2. quæſt. 147. art. 4. corpore, vbi agens de ieiunio, ait. *Si cauſa ſit dubia, debet aliquis ad ſuperiorem recurrere, qui habet poteſtatem in talibus diſpenſandi.* ergo idem dicendũ eſt de recitatione diuini officij, ita Sotos lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. vbi ait. *Quamuis re dubia conſilium Medici,*

auctio-

auctoritaſque Prælati, vti in ieiunijs, intercedere debeat. Eum ſequitur Graſſijs par. 1. lib. 2. cap. 54. num. 2. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 45. concluſione 2. & 6. fin.

3 Secunda ſententia docet ſolum Medici iudicium ſufficere, dummodo ſit prudens, ac Deum timens, Ratio eſt, quia etiam in dubio, an quis debeat ſeruare ieiunium, ſatis eſt Medici conſilium de grauitate morbi iudicātis, & ita eſt vſu receptū; nam raro, & rari ſuper ieiuniorum omiſſione conſulunt prælatos, & nullibi fere eſt conſuetudo cleri, exceptis paucis Regularibus, vt conſulatur prælatus, circa recitationem officij; cum vero S. Thomas loco citato dicit, quando eſt dubium de ieiunio recurrendum eſſe ad ſuperiorem, loquitur de diſpenſatione, vt ipſemet ibi addit, dicens, *qui habet poteſtatem in talibus diſpenſandi*, ſed iudicium, an ieiunium noceat infirmo, pertinet ad ſolum medicum, ſic etiam iudicium, an officij recitatio noceat infirmo, pertinet ad medicum, & non ad prælatum, ita docet Nauarrus cap. 11. de oratione num 3. & cap 21. num. 16. P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 1. verſ. quæres. P. Reginald. lib. 18. cap. 13. nu. 182. quæſt. 2. verſ. quod autem.

4 Pro ſolutione præſentis dubij mihi videtur, cum diſtinctione reſpondendum: nam quando dubium eſt, an infirmitas ſit grauis, & per conſequens, an ſit ſufficiens ad excuſandum infirmum à recitatione officij, tunc ſi Medicus non dubitat, ſed certum profert iudicium de grauitate morbi, & per conſequens de excuſatione à recitatione officij; dico, tunc auctoritatem prælati non eſſe neceſſariam, ratio eſt, quia prælatus non poteſt augere certitudinem à Medico habitam, & licet poſſet augere, non tamen tenetur infirmus omnem certitudinem quærere; neque requiritur auctoritas prælati, propter iuriſdictionem, quia nulla relaxatio neceſſaria eſt, vbi conſtat de cauſa excuſante, ſed ſi Medicus etiam dubius eſſet, tunc neceſſario requiri Prælati conſenſum, non propter ſolam certitudinem, ſed propter vſum iuriſdictionis, nam in caſu dubij videtur Prælatus poſſe aliquid condonare, per modum diſpenſationis, & relaxationis, & hoc à Regularibus neceſſario ſeruari debet, tum quia facile poſſunt ſuum prælatum conſulere, tum etiam, quia per priuilegia ſolent, circa hoc maiorem habere poteſtatem, ita Graſſijs par. 1. deciſionum

lib. 2.

lib.2.cap.54.num.2.Malderus 2.2.tract.10.cap.2.dub.5.P.Io: Azor.tom.1.lib.10.cap.13.quæſt.1.fin. P.Suarius tom. 2.de religione lib.4.de horis can.cap.28.num. 20. P.Reginaldus lib.18.cap.13.num.18 2.quæſt.2.fin.P.Fillincius tom. 2.tract. 23.cap.9.quæſt.5.dicto 2.num. 293. & in hoc 2.caſu videtur loqui Sotus.

5 Quæres,an in caſu prædicto teneantur clerici ſæculares ſuũ Epiſcopum conſulere? Reſpondet P.Suarius dicto num.20. difficile eſſe,omnes clericos ad hoc obligare, nam hoc poſſunt facile eius familiares,non vero omnes clerici eiuſdem ciuitatis,nedum totius diœceſis. Dices conſulatur tunc Parochus, vel quicunque alius paſtor, cui proxime incumbit ſpiritualis cura talium clericorum,reſpondet,hoc nihil conferre,quia prædicti non habent propriam iuriſdictionem in hoc exteriori foro,nec ſunt prælati; eſt valde probabilis ſententia, ſed mihi non videtur neceſſarius conſenſus prædictorum in foro exteriori, ſed in foro conſcientiæ, quare puto, quando non poteſt clericus ſuum Epiſcopum cõſulere,optimum eſſe conſilium, vt in foro cõſcientiæ,ſi commode poteſt ſuum conſulat confeſſarium.

6 Quæres, quid facere debeat Regularis,ſi ob aliquod impedimentum,non poſſet conſulere prælatum, & Medicus eſſet dubius de grauitate morbi,ac proinde, an recitatio officij ſit nocitura infirmo? Reſpondeo,circa hoc duas eſſe ſententias, prima abſolute docet, quando medicus dubitat,an morbus grauis ſit,vel leuis,ac proinde, an recitatio officij ſit nocitura infirmo,tunc non teneri infirmum officium recitare,ratio eſt, quia non tenetur ſe exponere periculo grauis damni,ita docet Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.6.puncto 1.num.5.eum ſequitur Diana par.2 tract.12.de horis canon. reſolutione 28.

7 Secunda ſententia diſtinguit, ſi excuſatio futura ſit diuturna,tunc teneri infirmum omnino conſulere prælatum,& eius indulgentiam poſtulare,ſi poſſet,ſi vero excuſatio ſit pro vno aut altero die,tunc ſi poſſit dubium practice deponi,excuſationem tutam eſſe,tunc autem dicitur dubium practice deponi,quando,vel dubium non eſt æquale,ſed plura ſunt, quæ fauent excuſationi,vel non eſt tam purum dubium, quin admittat probabile iudicium, quod illa cauſa ſit ſufficiens ad excuſandum, cum vero non poteſt dubium practice deponi,

tunc

tunc tutiorem partem eſſe ſequendam, recitando diuinum officium, etiam ſi ſit, cum aliquo onere, vel periculo diſpẽdij, quod non poterit eſſe multum graue, quando res tam dubia eſt, ita docet P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 28. num. 21. eum ſequitur P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 5. dicto 2. num. 2. quæſt. 3. fin. quoad primum membrum diſtinctionis, Bonacina, etiam loco citato addit, ſi periculum ſit tantummodo leuis damni, ægrotum teneri recitare, quia poſſeſſio ſtat pro præcepto, quod obligat ſaltem, cum leui incommodo. Mihi prima ſententia videtur probabilis quando timeretur graue periculum. Secunda vero probabilior, & tutior, ſed fortaſſe non differunt in re, ſed in modo dicendi, nam prima loquitur in dubio de periculo grauis nocumenti, ſecunda vero de leui.

8 Quæres, quid facere debet Regularis, quando ſimile dubiũ occurreret, & nec medicus, nec prælatus conueniri poſſet? Reſpondeo, tunc arbitrio prudentis viri vtendum eſſe, & ſi bona fide infirmus ſe excuſari exiſtimans propter indiſpoſitionem, quam experitur, omiſerit recitationem officij, non peccabit, ita docet P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 45. concluſione 6. fin. P. Filliucius tom. 2. tractatu 23. cap. 9. quæſt. 5. dicto 2. num. 193. idem etiam docet P. Suarius loco citato num. 21. ſed addit, *ſi bona fide procedatur, deponendus eſt ſcrupulus, ſemper tamen in fauorem præcepti inclinandum eſt*, quod ſi obijcias, in dubijs melior eſt conditio poſſidentis? Reſpondet. *Hic non eſt dubium de præcepto, ſed de excuſatione, & ideo ſicut poſſidet hæc perſona ius tuendi ſalutem ſuam, ita eccleſia, ſeu prælatus poſſidet ius exigendi obſeruantiam præcepti ſui, & hoc ius grauius eſt, & magis reſpiciens commune bonum; ideoque cæteris paribus præferendum eſt*, & in hoc conſentit etiam Bonacina loco citato, ſed licet hæc doctrina P. Suarij optima ſit, tamen in hac materia videtur mihi nimis ſcrupuloſa, nam conijceret infirmum in magnam anguſtiam.

DV-

DVBIVM QVINTVM.

An cæcus excuſetur à recitatione diuini officij?

1 RESpondeo, circa hoc dubium, duas eſſe ſententias. Prima affirmat excuſari, teneri tamen ſupplere per pſalmos, vel Pater noſter, & Aue Maria, ita ſignificat S. Antoninus 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 5. vbi ait. *Si quis omiſit officium, propter aliquam neceſſitatem, puta, propter defectum viſus, compenſat tamen æquiualens per pſalmos, vel orationem dominicam, non peccat mortaliter*, expreſſe hanc ſententiam docent Ang. ver. hora; num. 9. *S*ylu. ibi quæſt. 4. dicto 3. Tabiena dicto 20. num. 21. Armilla num. 16. *S*otus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. poſt medium. Cardinalis Toletus lib. 2. cap. 14. cauſa 1.

2 Secunda ſententia docet, cœcum non excuſari à recitatione officij, ſed teneri memoriter recitare, ſi ex longa conſuetudine illud memoria retinet, vel cum ſocio, ſi illum commodè habere poteſt, recitando pſalmos alternis verſibus; lectiones vero, & alia, audiendo, Ratio eſt, quia ſicut debitor tenetur ſoluere eo modo, quo poteſt, vnde ſi non poteſt totum, tenetur ſoluere, ſaltem partem, quam poteſt, ita cœcus, cum teneatur totum officium recitare, ſi non poteſt totum, ſed ſolum aliquam partem memoriter recitare, procul dubio ad id tenetur; Sotus loco citato dicit, hanc ſententiam eſſe tutiorem, ſed dubitat, an ſit cœcus ad id in rigore cogendus. expreſſe hanc ſententiam docet Nauarrus cap. 11. de oratione num. 13. vbi ait, *non poſſe me mihi perſuadere, quod eſt excuſatus ab horis dicendis, qui poteſt commode habere ſocium, cum quo eas commode more ſolito alternatim dicat, ſiue ægrotet, ſiue ſit cæcus*, Graffijs tom. 1. deciſionum lib. 2. cap. 54. num. 4. P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 3. & 5. P. *S*uarius to. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 28. num. 14. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. quæſt. 7. num. 185. P. *S*anchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dubio 46. concluſione 2. P. Valentia tom. 3. diſput. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. circa ſeptimum. Tertia cauſa verſ. ſi tamen. P. Filliucius tom. 2 tract. 23. cap. 9. quæſt. 4. dicto 2. num. 289. & hæc ſententia mihi videtur probabilior; ratio eſt, quia cœcus memoriter recitando, vel cum ſocio, quem ſine difficultate habere poteſt, commode poteſt

Digitized by Google

implere præceptum recitandi,ergo ad id tenetur,neque ſupplementum per pſalmos,& Pater noſter, quod requirunt doctores primæ ſententiæ eſt neceſſarium,niſi fiat per recitationem alicuius horæ canonicæ memoriter,vel cum ſocio , modo prædicto .

3 Quæres,an cœcus, qui memoriter recitare poteſt tantum pſalmos,teneatur illos,cum ſocio recitare,& lectiones,& alia audiendo? Reſpondeo,circa hoc duas eſſe ſententias . Prima negat,ratio eſt,quia pſalmi, ſine lectionibus non conſtituunt matutinum,ergo cœcus,qui non poteſt legere lectiones, non tenetur recitare ſolum pſalmos, nec tenetur eas audire à ſocio,ita docet Sancius in ſelectis diſputationibus diſp. 15. nu. 2.vbi ait,cœcum non teneri matutinum recitare,licet memoria retineat pſalmos,cum lectiones legere nequeat: nec teneri ſocium quærere,quia præceptum recitandi non ad id obligat , ſed ſolum permittit poſſe recitari,cum ſocio,imo,& ſi aliquis cœco ſe offerat in ſocium ad recitandum, non teneri illum admittere,quia recitare,cum ſocio eſt priuilegium,quo vti non cogitur,eum ſequitur Diana par.2.tract. 12. de horis canonicis reſolutione 43. ad hanc ſententiam accedit Nald. in ſumma,verbo, officium diuinum.num.18. vbi dicit,non obligari ad recitandum cum ſocio , quia hoc onus eſt perſonale .

4 Secunda ſententia docet, cœcum non excuſari ab omnibus horis dicendis,quas memoriter recitare poteſt , eo quod non poteſt dicere per ſe aliquam partem hymnorum , vel lectionum,quam memoria non tenet,ſicut non excuſatur à ieiunãdo quadrageſimam, eo quod excuſetur a ieiunando aliquot dies,propter impotentiam,ita Nauarrus cap.11. de oratione num.15.verſ.ſexto.& num.13.merito inferebat,clericum habentem beneficium pingue,qui cum eſſet ſanus ſolebat cũ ſuis familiaribus officium recitare,non excuſari à recitando, eo,quod cœcus ſit, ſi cum eadem facilitate id facere poſſit, ſicut antea faciebat,idem docet P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis cap.28.num.14.P.Sanchez tom.2.conſiliorũ moralium lib.7.cap.2.dub.47.num.3.dicto 1.hæc ſententia mihi videtur probabilior,& tutior,quia cum cœcus teneatur præceptum recitandi implere, tenetur id facere meliori modo,quo poteſt,ſed prædictus modus eſt facilis, quando commode poteſt ſocium habere,ergo ad id tenetur .

5 Quæ-

5 Quæres,an ſi cœcus nihil poſſet memoriter dicere nec ſolus, nec cum ſocio, teneatur ita cum ſocio officium recitare, vt non tantum audiat illum omnia recitantem,ſed etiam, cum illo ſimul,dicat ſaltem verſus ad ſe pertinentes? Ratio dubitandi eſt, quia hic modus recitandi ſufficiens eſt in omni rigore ad huius præcepti obligationem implendam,& facilis, nec addit graue onus,præter curam habendi ſocium, ergo,ſi cœcus hoc modo poteſt ſatisfacere præcepto, ad id tenetur. Reſpondeo,licet optimum ſit conſilium id facere,cœcum tamen ad id non teneri, ratio eſt, quia hæc eſſet diligentia extraordinaria,& nimis oneroſa,ad quam hoc præceptum non obligat,in hoc conueniunt omnes doctores ſupra citati, tam illi,qui cœcum à recitatione excuſant, quam illi qui illum obligant,quando poteſt officium memoriter recitare, conſequenter excipient illum, qui nihil poteſt memoriter recitare, expreſſe hanc ſententiam docet P.Suarius tom.2 de religione lib.4.de horis canon.cap.28.num.16.P.Filliucius tom. 2.tract.23.cap.9.quæſt.4.dicto 3.num.290.

6 Quæres, an cœcus teneatur memoriæ mandare diuinum officium, vt illud memoriter recitet? Reſpondeo circa hoc dubium,duas eſſe ſententias.Prima affirmat; Paludanus in 4.diſt.15.quæſt.5.art.1.concluſione 3.fin. de illis,qui carent breuiario,ait,ſi neſciant officium addiſcant ipſum,Nauarrus cap.19.de oratione num.81 & 82. dicit,beneficiarium cœcũ non excuſari à choro, quia poteſt memoriæ mandare totum pſalterium,& ſic cantare,cum alijs, vnde videtur illum obligare ad pſalterium addiſcendum, vt illud poſſit memoriter recitare, Bonacina tom. 1. tractatu de officio diſputat.1. quæſt.6.puncto 2.num.14 dicit,cœcum ad id teneri, vt præcepto ſatisfaciat.

7 Secunda ſententia negat,cœcum ad hoc teneri, ratio eſt, quia hoc eſt medium difficillimum,ad quod non obligat hoc præceptum,ita expreſſe docet Sotus lib.10. de iuſtitia quæſt. 5.art.3.poſt medium vbi dicit,*Addiſcere vero officium,vt memoriter dici poſſit,nemo lege cogitur, quia res eſt non omnibus bene poſſibilis*. P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap.4. §.1.art. 2.dub.12 num.33.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2. dubio 46. concluſione 1. num.4.vbi addit,quod hanc ſententiam ſequuntur multi iuniores valde docti Magiſtri, quorum aliqui dicunt,hoc eſſe verum,licet ille habeat

Nnn 2 tena-

tenacem memoriam, eam ſequitur Macignus cap. 14. num.9. & hæc ſententia eſt magis probabilis.

8 Quæres, an cœcus, qui non poteſt recitare maiorem partem officij, teneatur recitare minorem, quam poteſt? Reſpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima negat, ratio eſt, quia maior pars trahit ad ſe minorem, ita docet Nauarrus de quacunque infirmitate, & impotentia in cap. 11. de oratione num. 15. verſ. octauo, & num. 17. corollario 10. idem affirmat de loco, Rodriquez tom. 1. quæſt. Regularium, quæſtione 42. art. 10. de omnibus dicit, non teneri officium recitare illum, qui non poteſt totum, licet poſſit partem aliquam commode recitare, P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 5. idem affirmat de cœco, ſic etiam, P. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubitat. 9. num. 54. P. Sanchez tom. 2. conſil. moralium lib. 7. cap. 2. dubio 47. num. 5. dicto 3. P. Filliucius tom. 2. tract. 2. cap. 9. quæſt. 6. dicto 1. num. 294.

9 Secunda ſententia docet, cœcum, qui non poteſt recitare maiorem partem officij, teneri recitare minorem, quam poteſt. Ratio eſt, quia, vt docet Caietanus 2. 2. quæſt. 147. art. 7. ad 3. & Nauarrus in Manuali cap. 21. num 27. qui non poteſt implere totum præceptum eccleſiæ, tenetur partem, quam poteſt, vnde qui non poteſt ieiunare totam quadrageſimam, tenetur ieiunare partem, quam poteſt, & qui vouit ſeruare caſtitatem & matrimonium contraxit, licet non poſſit totam ſeruare, quia tenetur reddere debitum, tamen tenetur ſeruare partem, quam poteſt, ſcilicet non petendo debitum, ita cœcus, qui non poteſt recitare totum officium, tenetur recitare partem, quam poteſt, ſcilicet illam, quam memoria retinet, & ſi non poteſt ſolus, tenetur, cum ſocio, quem habere commode poteſt; hanc ſententiam docet P. Suarius tom. 2. de religione lib. 3. de horis à num. 24. vſque ad 28. & in num. 24. docet, hanc quæſtionem non ſolum locum habere in impedimēto infirmitatis, ſed etiam in alijs, vnde bene infert, qui tota die fuit legitime occupatus, vt nullam horam diei dicere potuerit, & ante mediam noctem poteſt, ſaltem completorium recitare, cur non obligabitur? & is, qui breuiarium non habet, tantum ſcit memoria primam, & completorium, cur non tenebitur illas horas dicere, etiam ſi minorem partem officij contineant? & num. 27. dicit, non eſſe veram generalem regulam pro omnibus caſibus, & impedimentis, videlicet, vt

Digitized by Google

qui non poteſt dicere tot horas, vt contineant ſaltem maiorem partem totius officij, nullam dicere teneatur, eum ſequitur P.Reginaldus lib.18.cap.13.num.183.quæſt.4.verſ. quā-quidem P.Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib.7.cap. 2.dub.46.num.6.loquens de cœco, ait. *Nota, quod etiam ſi totam horam non ſciat memoriter, ſi tamen ſcit magnam partem, tenetur ad illam*, & dubio 47. num.3. dicto 1.dicit non excuſari cęcum à recitatione officij, ſi non poteſt dicere aliquam partem hymnorum, pſalmorum, vel lectionum, quæ memoria non tenet, & tom.1. in præcepta Decalogi lib.1.cap.19. num.8.concluſione 2. ait, *quando breuiarij defectu non poteſt integre officium recitari, tunc quæcumque hora canonica poſſit recitari, tenetur quis ad illam*, & idem cenſet de cęco, P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.6.dub.1.verſ.ſed retenta, loquēs de cęco, & alijs impeditis ait, *Si indubitatum ſit, te integram aliquam horam, etiam minimam v.g. tertiam recitare poſſe, licet alias horas non poſsis, teneris illam recitare*, Graffijs par. 1. deciſionum lib.2.cap.54.num 3.dicit, illos, qui ſocium habere non poſſunt, teneri ea recitare, quæ memoriter ſciunt. idem docet Bonacina tom.1.tract.de officio diſput.1.quæſt.6. puncto 2.num.7.

10 Pro ſolutione dubij, dico primo, ſi cœcus non poſſit præcipuas, & ſubſtantiales partes alicuius horæ recitare, v.g.tertiæ, non teneri ad recitandum alias partes minores, ratio eſt, quia reſpectu talium partium non eſt obligatio præcepti, cū non contineant orationem canonicam, in hoc conueniunt omnes doctores, tam primæ, quam ſecundæ ſententiæ, nam regula Nauarri in prima ſententia num. 8 tradita, reſpectu cuiuſque horæ ab omnibus recipitur: expreſſe P. Suarius to. 2.de religione lib.4.de horis cap.28.num. 26. P.Layman to. 2.lib.4.tract.1.cap.6.dubio 1.dicto 2. P.Filliucius tom. 2. tractatu 23.cap.9.quæſt.6.dicto 1.num.294.

Dico ſecundo cœcum. qui non poteſt recitare maiorem partem totius officij, teneri ad recitandum partem minorem, quam poteſt, etiam ſi ſit minima hora, dummodo ſit integra, aut maior eius pars, ratio eſt, quia quælibet hora per ſe eſt canonica oratio à reliquis officij partibus diuidua, ſed quando præceptum eſt de re diuidua, qui non poteſt totum præceptum implere. tenetur partem, quam poteſt, vt patet in præcepto ieiunij quadrageſimalis, quod in ſingulis diebus integre

tegre impleri poteſt,ſic etiam præceptum recitandi officium, quod in ſingulis horis impleri poteſt,in hoc conueniunt omnes doctores ſecundæ ſententiæ.Regula autem Nauarri ſolũ locum habere poteſt, quãdo præceptum eſt de re indiuidua, tunc enim ille,qui non poteſt implere totum præceptum,nõ tenetur ad partem,vt qui non poteſt ieiunare toto die,ſed ſolum,vſque ad vndecimam noctis horam,non tenetur,vſque tunc ieiunare,vt bene docet P.Sanchez tom. 1. in præcepta lib.1.cap.19.num. 5. & licet admitti poſſit reſpectu infirmi, non tamen poteſt,reſpectu cœci,in quo nullum poteſt timeri periculum ſalutis.

11 Quæres, an ſi cœcus ratione beneficij ſui deberet choro intereſſe,excuſetur,propter cœcitatem a reſidentia, ſeu aſſiſtẽtia in choro? Reſpondeo negatiue, ſed ad illam teneri,& ibi recitare prout poterit,audiendo partem alterius chori,& recitando cum ſuo choro,quæ memoriter ſcit. Ratio eſt, quia beneficium illum obligat ad recitandum, & ideo tenetur facere,quantum poteſt,vt ſatisfaciat huic obligationi, ita declarauit ſacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid.ſeſſ. 24.cap.12. his verbis. *Cœcus non excuſatur a recitatione ſuarum horarum,ſi beneficium obtineat, licet in alijs ſit priuilegiatus*. Hanc declarationem affert P.Suarius tom.2. de religione lib.4.de horis canon.cap.28.num.15. & dicit,intelligendã eſſe de recitatione in choro,ad quam præbendatus cœcus tenetur ratione ſui beneficij:idem docet Nauarrus cap. 19.de oratione num.81.P.Reginaldus lib.18.cap.13.quæſt. 7.num. 185.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.9.quæſt.4. dicto 2.num. 289.Macignus cap.71. nu.59. Bonacina to.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.6. puncto 2.num.12.

12 Quæres,an ſurdus excuſetur a recitatione officij? Reſpondeo,ſi ſurdus ſit etiam cœcus, eum non teneri niſi ad illam officij partem recitandam,quam memoria retinet, vt dictum eſt de cœco,quia non poteſt,cum ſocio recitare, cum illum non poſſit audire,ſi vero ſit tantum ſurdus, & non cœcus,cũ poſſit legere,eum teneri officium per ſe ipſum recitare,ita docet Nauarrus cap.19.de oratione num.80. Graffijs par.1. deciſionum lib.2.cap.54.num.4.P.Suarius lib.4. de horis ca. 28.num.17.P.Filliucius tom.2.tract.23. cap.9.quæſt.4.dicto 4.num.291.

Dices ſurdus non poteſt ſe ipſum audire, ergo non tenetur

tur officium recitare. Reſpondet P. Suarius loco citato ſatis eſſe, vt poſſit mente attendere, & cognoſcere quid dicat, & an recte dicat, nam hoc præceptum per ſe non obligat ad audiendum, ſed ad dicendum, & fortaſſe fere ſemper ſurdus ſe ipſum dicentem audit, quod ſi ſolus officium dicere non poſſit, non tenebitur illud dicere, cum ſocio, quia non poteſt partem, quam ille dicit audire, & ſic non recitaret integrum officium, nec illi commode reſpondere, niſi per diligentem obſeruationem motus labiorum alterius, quæ ſollicitudo nimia eſt, ad quam præceptum non obligat, nec moraliter id fieri poſſet, cum debita decentia, & decore, & idem dicit de ſurdaſtro, qui nō poteſt audire, ſine magna vociferatione alterius, idem dicit P. Filliucius loco citato, Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 6. puncto 2. num. 9.

Secunda cauſa, quæ a recitatione diuini officij excuſat, eſt impotentia ex parte animi, quæ multiplex eſſe poteſt, prima eſt ignorantia, quæ duplex eſt, ſcilicet iuris, & facti, circa quā occurrunt aliquot dubia.

PRIMVM DVBIVM.

Quænam ignorantia excuſet à recitatione diuini officij.

1 RESpondeo, & dico primo, ignorantiam iuris, in hoc præcepto nō poſſe eſſe probabilem, & ad excuſandum ſufficientem, præſertim in clericis in ſacris, vel habentibus beneficium, Ratio eſt, quia hoc præceptum eſt tam publicum, & notum, vt non poſſit inuincibiliter ignorari, præſertim ab illis, qui tenentur ſcire ſui ſtatus obligationem, & communiter, dum examinãtur ad ordines, vel beneficia, ſolent interrogari de obligatione recitandi diuinum officium, quam habent, poſſet tamen hæc ignorantia dari in aliquo puero habente beneficium, vel in aliquo ſimplici Regulari, vel Moniali ignorante obligationem Regulæ, & tunc, ſi eſſet inuincibilis, excuſaret, præſertim, ſi fidem adhiberent alicui viro, vel confeſſori, quem probum, & doctum exiſtimarent, qui diceret, ipſos ad id non teneri, ita docet P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 28. num. P. Filliucius tom. 2. tractatu 23. cap. 9. quæſt. 2 dicto 1. num. 281.

2 Dico ſecundo ignorantiam facti, quæ coincidit, cum natu-

rali.

rali obliuione,circa vnam,aut alteram diei horam,poſſe ſæpe contingere,circa totum vero diei officium,non poſſe moraliter inueniri,cum igitur,naturalis obliuio talis re vera eſt, omiſſionem officij excuſat a culpa,ſiue ſit vnius,ſiue plurium horarum,Ratio eſt, quia illud dicitur naturaliter oblitum, quod in mentem non venit, & ideo voluntarium non eſt,ac proinde neque peccatum,tunc autem id continget, quando neque obligatio recitandi, nec recitatio ipſa actu venit in mentem,ante lapſum tempus obligationis,quando vero quis aliquoties expertus eſt,ſolere ſe obliuiſci alicuius horæ quādo conſueto tempore illam non recitat,vel quando alijs negotijs,vel ſtudijs nimis occupatus eſt, præuenire debet modum aliquem,vel ſignum;quo memoria excitetur,ſed poteſt etiam hæc ipſa præuentionis occaſio,ex inaduertentia omitti,ideo hæc naturalis obliuio in hominibus timoratæ conſcientiæ regulariter excuſare ſolet,ſaltem a graui culpa,ita docet P.Suar.loco cit.num.4.& P.Filliucius loco citato dicto 2.num.282.

3 Quæres,an ignorantia recitandi diuinum officium excuſet à recitatione,vt ſi clericus accipiat ordinem ſacrum,vel beneficium,aut Regularis,vel Monialis emittat profeſſionem, per quam choro deputatur, neſciens recitare officium,excuſetur à culpa mortali,ſi illud non recitet? Reſpondeo, ſi prædictus clericus,vel regularis, poteſt commode ſocium idoneum habere, qui officium ordinet,non excuſari ob ignorantiam, quia poteſt ſimul,cum illo officium recitare,ſi vero non poteſt commode ſocium habere,& ipſe ſcit linguam latinam,ac proinde intelligit rubricas Breuiarij,nō poſſe excuſari; quia facile poteſt inuenire pſalmos,lectiones,& reliqua talis feriæ, vel ſancti, & minus malum eſt aliquot leues defectus committere,quam totū officium omittere,ſi quis vero eſſet adeo rudis,vt ex ſe non poſſet officium recitare, nec ſocium commode habere,à quo iuuetur,licet peccauerit, cum ordinem, vel beneficium ſuſcepit, aut profeſſionem emiſit, cum tali ignorantia;excuſari tamen pro aliquo tempore, dummodo in illo faceret moralem diligentiam, vt addiſcat. Ratio eſt, quia ſuppoſita tali ignorantia,moraliter officium recitare non poteſt,ſi vero moralem diligentiam non adhiberet, non excuſari,quia eſſet in mora,ac proinde ſemper in culpa;ita Nauarrus cap.11.de oratione num.20.& 21.38.& 39.P Azorius

rius tom.1.lib.10.cap.13.quæſt.18.P.Suarius tom. 2. de religione lib.4.de horis cap.28.num.5.P.Reginaldus lib.18.cap.13.num.190.verſ his congruenter.P.Filliucius tom. 2. tract.23.cap.9.quæſt.2.dicto 3.num.283.

4 Quæres,an ſi quis ob aliquam occaſionem vrgentem ſacros ordines,vel beneficium ſuſciperet, aut profeſſionem emitteret,neſciens recitare officium,aut non habens breuiarium; ſed bona fide ſperans, ſe ab aliquo fore iuuandum, vel breuiarium habiturum,poſſit a peccato mortali excuſari in ipſa ſuſceptione ordinum,vel beneficij, aut profeſſionis emiſſione,cum ineptus ſuſceperit onus, cuius obligationem explere non poteſt:vrgens autem occaſio eſſet, ſi periculum eſſet, non ſuſcipiendi ordines,vel amittendi beneficium ſibi ad victum neceſſarium, aut per multum tempus differendi profeſſionem? Reſpondeo prædictum non ſolum tunc excuſari a peccato mortali,propter bonam fidem, & vrgentem occaſionem,ſed nec etiam poſtea,ſi vno,vel altero die non recitaret,donec diligentia debita præſtita, poſſit inſtructorem,vel breuiarium habere,ita Nauarrus cap.11.de oratione num.20. vbi ait,ineptos accipieendo beneficia regulariter peccare, ergo putat eos excuſari,ſi ex occaſione ea recipiant, & num. 21.ait. *Licet accipendo peccent,non recitando tamen vno,vel altero die,donec diligentia debita præſtita, poſſint habere breuiarium,vel inſtructorem non peccant*. idem docet P.Azorius to. 1.lib.10 cap.13.quæſt.18.P.Suarius tom. 2. de religione lib. 4.de horis canonicis cap.28.num.6.P.Reginaldus lib.18.cap. 13.num.190.verſ.bene monet.P.Sanchez to.2. conſiliorum moral.lib.7.cap.2.dub.51.num.3.

5 Quæres,an metus mortis poſſit excuſare a recitatione diuini officij? Reſpondeo affirmatiue.Ratio eſt,quia lex eccleſiaſtica non obligat,cum tanto rigore, nec eſt minor cauſa excuſationis in tali metu, quam in graui infirmitate, quam,ſupra dub.3.num.1. cum communi ſententia diximus,excuſare per accidens vero poſſet talis metus non excuſare, vt ſi in fidei,& catholicæ Religionis iniuriam cederet,nimirum quando directe,& expreſſe eſſet ab hæreticis,vel infidelibus incuſſus ad hunc finem, ne clericus, vel Regularis officium recitet,ac proinde retrahatur a debito Dei cultu.Ratio eſt, quia in tali caſu confeſſio fidei eſt de iure diuino, non obſtante periculo mortis ; præterea bonum Religionis eſt diuinum,&

commune,quod præferendum eſt corporali vitæ, ita P.Azorius tom.1.lib 10.cap.13.quæſt.19. P.Suarius lib.4. de horis cap.28.num.30.P.Filliucius cap.9.num.296.

6 Quæres,an quando grauis metus mortis eſſet ab ipſo clerico,vel Regulari conceptus ex malitia, & crudelitate hæreticorum,vel infidelium, inter quos verſatur,excuſet eum a recitatione officij? Reſpondeo affirmatiue,ratio eſt,quia tunc omiſſio recitationis officij non eſſet, contra confeſſionem fidei,cum poſtuletur ab infidelibus in contemptum Religionis catholicæ,nec ſequeretur ſcãdalum,quia eſſet occulta.hic caſus occurrere poteſt,quando clerici,vel Religioſi,inter hæreticos,vel infideles verſantur,aut iter faciunt,cum illis.ita P.Suarius lib.4.de horis cap.28.num. 31. vbi addit,etiam ſi metus directe eſſet incuſſus ab hæreticis, ad hunc finem,ſi non ſequatur ſcandalum, vel contemptus Religionis, non eſſet intrinſece malum,cedere tali timori, & propter illum officium omittere, ratio eſt, quia tunc non exigeretur actio poſitiua veræ religioni contraria, ſed ſolum carẽtia actionis, quæ per ſe,& intrinſece non habet hanc contrarietatem,idem etiam docet P.Filliucius tom.2.tract.23.cap.9. quæſt.7.dicto 2.num.297.

7 Quæres,an carentia breuiarij ſit cauſa ſufficiẽs ad excuſandum a recitatione officij? Reſpondeo hanc cauſam dupliciter poſſe contingere.primo,ſine culpa.ſecundo,cum culpa, ſine culpa eſſet,ſi quis in itinere,vel nauigatione breuiarium omitteret,vel furto ei auferretur, & eſſet in loco, in quo non poſſet illud inuenire, vel propter paupertatem non poſſet emere;tunc ſine dubio excuſaretur. Ratio eſt,quia illa carentia breuiarij,impotentiam recitandi inducit,ſed ad impoſſibile nemo tenetur.l.impoſſibilium ff.de regulis iuris.& cap. nemo ad impoſſibile:eodem titulo.lib. 6. cum culpa vero eſſet,ſi quis voluntarie breuiarium in mare,vel in ignem proijceret,tunc non ſolum peccaret mortaliter illud proijciendo, ſed etiam omnes aliæ officij futuræ omiſſiones eſſent peccatum,quia in illa cauſa ſunt voluntariæ, & moraliter præuiſæ, & ideo quoad internam, & veram malitiam in illa committuntur,ſed poſtea propter impotentiam tempore omiſſionis nouam culpam non committeret, ita docet communis ſententia,quam ſequitur Paludanus 4.diſt.15.quæſt.5.art.1 concluſione 3.S.Antoninus 3.par.tit 13.cap.4.§.5,Ang.verb.hora.

ra.num.9.Tabiena ibi dicto 20.num.21.Sylues quæſt.4.dicto 3.Armilla num.16.Sotus lib.10.de iuſtitia quæſt.5 art.3.medio,Nauarrus cap.11.de oratione num.38.& 39.& in Manuali cap.25,num.101.verſ.tertia cauſa.Rodriquez par 1.ſumm. cap.145.verſ.tertia cauſa,Graffi.s par.1 deciſion. lib. 2 cap. 54.num.6.Aragonius 2.2 quæſt.83.art.12. dub.4.verſ.tertia cauſa,Garzia tom.1.de beneficijs par.3 cap.1. nu.97.P.Azorius tom.1.lib.10.cap.13.quæſt. 16.& 18. Cardinalis Toletus in ſumma lib.2.cap.14.§.tertia cauſa. P.Valentia tom.3.in 2.2 diſp.6.quæſt.2.puncto 10.§.circa ſeptimum,verſ. tertia cauſa,P.Suarius tom.2. de religione lib.4. de horis cap.28. num.7.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2. dub.51.concluſione 1.& 2.P.Reginaldus lib.18.cap.13.num. 189.quarta cauſa,P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.6.num. 1.5.quarta eſt.P.Filliucius tom.2.tract.23. cap.9.quæſt.3.dicto 1.num.284.dicto 2.num.285.& dicto 3. num. 286.Bonacina tom. 1.tract. de officio diſputat. 1. quæſt.6. puncto 2. num.4.

8 Quæres, an ſi quis ſtatim ac proiecit breuiarium vere pœniteat,ſe illud proieciſſe, imputentur ei futuræ officij omiſſiones,tamquam voluntariæ in cauſa? Reſpondeo negatiue. Ratio eſt, quia illa proiectio per veram pœnitentiam non eſt amplius ei voluntaria, & per conſequens neque omiſſiones recitadi officium ex tali proiectione prouenientes. ita docet Nauarrus in Manuali cap. 25. num. 101. verſ.tertia cauſa,Aragonius 2.2.quæſt.83.art.12. dub.4.verſ. tertia cauſa.expreſſius Cardinalis Toletus lib.2.cap 14.§.tertia cauſa, vbi ait, *Qui vero proiecit breuiarium, vt ſe impoſſibilitaret ad recitandum,peccat quoties non recitauerit,niſi poſtea pœnituerit,* idem etiam expreſſe docet P.Valentia loco citato, vbi ait, *Si eum de hac ſuppoſitione pœniteat, iam ea ſuppoſitio non eſt illi voluntaria,& conſequenter, neque omiſſio recitandi proueniens ex tali ſuppoſitione,ac proinde non peccat*. idem docet P. Sanchez loco citato concluſione 2. & citat pro hac ſententia Maiorem in 4.diſt.12.quæſt.3.& Sandoual lib.de officio can. 5.par.cap.5.

9 Quæres,an ſi quis ſolum indirecte eſt cauſa omiſſionis officij, quia per negligentiam culpabilem iter faciens reliquit domi breuiarium, peccet mortaliter ob talem cauſam indirecte voluntariam futurarum omiſſionum recitandi officiū?

Reſpondeo, ſi bona fide id fecit, poſſe ipſum a graui culpa excuſari. Ratio eſt, quia talis obliuio regulariter eſt naturalis, & ideo negligētia, quæ ibi interuenit, vel eſt leuis, & adeo humana, vt non ſufficiat ad voluntarium perfectum, vel adeo remota, reſpectu effectus non recitandi, vt non ſufficiat ad voluntarium in cauſa, quia tunc non videtur effectus ſufficienter præuiſus. huic ſententiæ, fauet Nauarrus cap. 11. de oratione num. 38. verſ. ſeptima cauſa, vbi ait, excuſari illum, qui peregre proficiſcendo, oblitus eſt domi breuiarium, idem dicit Graffijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 54. num. 6. & P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 16. qui dicit, hunc iuſtam habere excuſationem, expreſſe P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap. 28. num. 9. & P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 3. dicto 3. num. 286. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 6. punct. 2. num. 10.

10 Quæres, an qui hora 6. vel 9. initiatur ſubdiaconatus ordine, vel profeſſionē emittit, excuſetur a peccato mortali, ſi illa die officium diuinum non recitet, vel quia caret breuiario, vel quia non habet ſocium, qui ipſum in ordinando officio adiuuet? Reſpondeo, & dico primo, prædictum non teneri integrum illius diei officium recitare, ſed ſolum veſperam, & completorium, ad ſummum, nonam. Ratio eſt, quia ſolum tenetur ad illas horas, quæ reſpondent tempori, quo cœpit obligatio, nam licet horæ officij præcedentis poſſint poſtponi, & totum officium intra diem naturalem abſolui, tamen illud eſt quaſi priuilegium fauoris, non vinculum neceſſitatis, hoc eſt præuenire poſſumus, vel poſtponere recitationem officij diuini, ſed ad id non tenemur, ſed obligatio prædicti ſubdiaconi, vel profeſſi cœpit circa meridiem, ergo non retrotrahitur ad præteritum diei tempus, cum igitur illa diei pars, quæ reſtat, ex quo prædictus eſt initiatus, vel profeſſionem emiſit, non ſit deſtinata integro officio perſoluendo, ſed tantum ab hora ſexta, vſque ad completorium non tenebitur ad totum officium, ſed tantum ab hora ſexta ita in caſu ſimili docet Melchior Cano relect. 5. de pœnitentia fol. 170. verſ. quid illo primo, vbi dicit eum, cui ſolet hora 12. accidere quartana, & tunc non poteſt recitare veſperas, & completorium, non teneri mane hoc recitare, ſed tantum id officium, quod pro illo tempore, antequam ſuperueniat quartana debetur, & reddit rationem, quia facultas, quæ datur ab eccle-

ſia

Digitized by Google

ſia anteponendi diuinum officium, intra diem tamen naturalem, eſt priuilegium fauoris, non vinculum neceſſitatis, ita expreſſe docent P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 17. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis cap. 28. num. 8. & 24. fin. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 191. verſ. ſecundum eſt, P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 7. vbi ait, ita viri doctiſſimi ex Societate a me conſulti, P. Layman tom. 2. lib. 4. tract. 1. cap. 6. dubio 4. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 3. dicto 2. num. 285. Beia par. 1. caſu 24.

11 Dico ſecundo, ſi bona fide prædictus ordinem ſacrum ſuſcepit, vel profeſſionem emiſit, credens, ſe ſtatim habiturum breuiarium pretio emptum, vel commodato acceptum, vel donatum ab aliquo, & ſe officium recitaturum oportuno tempore, quia commode poterit habere ſocium, a quo dirigatur, eum excuſari, etiam a peccato veniali, ſi omnem diligentiam adhibuit, vt prædicta haberet. Ratio eſt, quia non peccauit, quando initiatus eſt, vel profeſſionem emiſit, propter bonam fidem, neque quando officij recitationem omiſit, propter impotentiam, ob carentiam breuiarij, vel ſocij, ergo numqam peccauit, ſi vero fuit in culpa, non excuſari a tota culpa, ſed ſolum a tanta, ſcilicet ab illa parte, quæ reſpondet omiſſioni matutini, & horarum, non vero a culpa, quæ reſpondet omiſſioni veſperarum, & completorij. ita P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 18. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 28. num. 8. fin. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 190. verſ. bene monet. P. Filliucius loco citato num. 285. Nauarrus cap. 11. de oratione num. 20. dicens, non excuſari illos, qui, priuſquam habeant breuiaria, vel diſcant regere illa, accipiunt beneficia, vel ſacros ordines, loquitur, quando ſine bona fide id faciunt, quos tamen num. 21. dicit, non peccare, non recitando vno, vel altero die, donec diligentia debita præſtita, poſſint habere breuiarium, vel inſtructorem.

12 An illi, qui in itinere breuiarium, ſine culpa, vel cum culpa amiſerunt, & aliud habere non poſſunt, teneantur memoriter recitare diuinum officium, vel partem notabilem, quam poſſent? Reſpondeo affirmatiue, ſicut ſupra cauſa prima, dubio 5. num 10. dictum eſt de cœco, quare, licet non poſſent omnes horas dicere, ſi tamen aliquas, vel aliquam tantum integram ſcirent, ad illam recitandam teneri. Ratio eſt, quia debitor tene-

tenetur debitum ſoluere eo modo, quo poteſt, ita Tabiena verbo, horæ, dicto 20. num. 21. vbi ait, quod in conſtitutionibus fratrum prædicatorum dicitur, quod itinerantes dicant officium, vt ſciunt, & poſſunt, Nauarrus cap. 11. de oratione num. 15. dicto 6. P. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. §. circa ſeptimum tertia cauſa, verſ. ſi tamen, Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5 art. 3. poſt medium, licet dubitet, an ad id ſit cogendus, P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 5. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 28. num. 10. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 3. dicto 4. num. 287.

13 Quæres, an ſi quis recitatis pſalmis matutinis, non habeat lectiones ad manum, vel quia non habet breuiarium, ſed ſolum diurnum, vel quia ratione itineris eas legere non poſſit, & inſtet neceſſitas perſoluendi officium, quia putat probabiliter, cum ad hoſpitium peruenerit, ſe non habiturum tempus, recitandi totum officium, licite poſſit recitare laudes, & cœteras horas, & differre lectiones, vſque ad noctem, quando erit in hoſpitio? Reſpondeo affirmatiue, Ratio eſt, quia carentia breuiarij excuſat, & hæc non eſt interruptio voluntaria, ſed neceſſaria ex iuſta cauſa, vt patet, & eadem ratione idem dicendum eſt, ſi non haberet lectiones de ſancto, vel quid ſimile, ita docet Philiarchus par. 1. lib. 1. cap. 6. concluſ. 1. P. Layman tom. 2. Theologiæ moral. lib. 4 tract. 1. cap. 5. nu. 7. verſ. adde ſecundo. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſput. 1. quæſt. 3. puncto 4, num. 5. fin. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 24. num. 5 fin. P. Reginaldus lib. 18. cap. 12. ſect. 5. num. 166. fin. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. ca. 7. quæſt. 5. dicto 3. num. 233.

14 Quæres, an ſi quis ſciret memoriter ſolum pſalmos, non autem lectiones, orationes, & capitula, aut partem horarum, teneatur ea recitare? Reſpondeo negatiue. ratio eſt, quia illa, vt ſic, non ſunt horæ canonicæ, nec officiũ diuinum, ad quod tantum clerici, & Religioſi obligantur. ita Nauarrus cap. 11. de oratione num. 15. dicto 7. & 8. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 28. num. 10. fin p. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 3. dicto 4. num. 287. Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 121. Diana par. 2. tract. 12. de horis canonicis reſolutione 30.

15 Quæres, an ſi quis haberet ſolum diurnum, cum quo poſſet reci-

recitare inuitatorium,hymnum,& pſalmos, ſine lectionibus, & reſpouſorijs, teneatur recitare officium? Reſpondeo,circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima negans ducitur,quia, quamuis lectiones, & reſponſoria reſpectu pſalmorum,ſint minor pars, eſt tamen maxime principalis, & ſubſtantialis, ita vt,abſque illis non ſit officium canonicum,ita docet Sancius in ſelectis diſputationibus diſput.15.num.2.quem ſequitur Diana parte 2.tractatu 12 de horis canonicis reſolutione 43.

16 Secunda ſententia affirmat,prædictum teneri ad officium recitandum. Ratio eſt,quia pſalmi,& reliqua,quæ ex diurno recitare poteſt,eſt maior pars officij,lectiones vero,& reſponſoria reputantur parua materia,quæ non eſt ſufficiens ad tollendam moralem integritatem officij,ita expreſſe Nauarrus cap.11.de oratione num.15.dicto 8.& num. 18.dicto 11.vbi ait,*ridendos fuiſſe quoſdam,qui facientes iter, excuſabant ſe,ob defectum breuiarij ab omnibus horis,cum poſſent omnia,præter lectiones,& reſponſoria maiora,memoriter dicere*, & affert rationem,*quoniam omnes præfati tenebantur de præcepto recitare omnia,quæ poterant memoriter*. P.Azorius tom.1. lib.10.cap. 13.quæſt.4.& 5.docet,eum,qui poteſt maiorem partem officij recitare,ad id præcepto, & lege teneri, quia cum poſſit præceptum implere,eo ipſo debet, idem docet P.Leſſius lib. 2.de iuſtitia cap.37.dubit.9.num.54.P.Filliucius tom.2.tract. 23.cap.9.quæſt.6.dicto 1.num.294.

17 Pro ſolutione huius dubij,Reſpondeo, cum P.Thoma Sanchez tom.1.in præcepta lib.1.cap.19.num.7.verſ.ſecundo deducitur,vbi ait,*ſi matutinum eſſet feriæ,vel ſancti ſimplicis,eum non excuſari, quia omiſſio trium lectionum, & earum reſponſoriorum,quæ ad integrum matutinum deſiderantur, eſſet materia parua,ac proinde moralem matutini integritatem non tolleret;ſecus,ſi eſſet matutinum feſti duplicis, aut ſemiduplicis, in quo nouem lectiones,& octo reſponſoria omittenda eſſent:tunc enim, cũ ea ſit pars notabilis, qua omiſſa,nõ ſatisfit integre moraliter præcepto,ideo nullatenus id præceptum obligat.* Ego addo illum, qui tantum habet diurnum,teneri in officijs ferialibus,& ſancti ſimplicis,non ſolum ad recitandum matutinum,cum laudibus,ſed etiam ad omnes alias horas, cum integræ habeantur in eo,& in officio ſancti duplicis, & ſemiduplicis,ad laudes,& omnes reliquas horas, cum in eo habeantur antipho-

næ,

næ,hymni,capitula,& orationes,& conſtituant maiorem partem officij,cum partibus ſubſtantialibus, & ex his patet reſponſio ad rationem primæ ſententiæ.

DVBIVM SECVNDVM.

An cenſuræ eccleſiaſticæ excuſent à recitatione diuini officij, præſertim excommunicatio, & interdictum?

1 RESpondeo,& dico primo,excommunicatum,& interdictum non excuſari ab onere dicendi officium. Ratio eſt,quia hæ cenſuræ non tollunt ordinem, nec beneficium, nec profeſſionem,ergo neque onus annexum recitandi,ſecũdo quia excommunicatio non liberat debitorem à ſoluendo cap. intelleximus de iud. cap. vere de ſenten.excommunic. tertio quia prædicti poſſunt priuatim diuinum officium recitare,etiam in loco interdicto,ſine vllo peccato, ergo nulla eſt ratio,cur debeant excuſari, nam alioquin ex culpa commodum reportarent, præterea ſi quis ex voto teneretur officium recitare,non excuſaretur, ob cenſuras,ergo neque illi, qui ex præcepto eccleſiæ ad id tenentur,ita docent communiter doctores.ita *S.*Antoninus 3.par.tit.24.cap.76.verſ. tertio fin.Ang. verbo,hora.num.5. Tabiena dicto 14. num.15. Sylu.quæſt.3.Armilla num.12.Sotus *lib.*10. de iuſtitia quæſt. 5.art.3.poſt medium Nicolaus de Ploue in tract. ſacerdotali tit.de horis canon.quæſt.12. Nauarrus cap. 7. de oratione num.16 corollario 11.& cap.21.nu.17. verſ. decimo quarto, & *in* Manuali cap.25. num. 102. quarta cauſa Couarruuias lib.3.variarum reſolut.cap.13.num.8. verſ. duodecimo,Rodriquez par.1. ſummæ cap.141 concluſ.14.num.15. Graffijs par.1.deciſionum lib.2.cap.50.num.19.& 21.P. Valentia to. 3.diſp.6.quæſt.2. puncto 10 §.circa ſeptimum verſ. excludit. P.Henriquez lib.13.de excommunicatione cap.7. num. 2.P. Azorius tom.1.lib.10.cap.5. quæſt.6. P.Suarius tom.5.in 3. par.de cenſuris diſp.12.ſect. 2.num.17.& diſp.26 ſect.2.num. 1.& tom.2.de religione lib.4. de horis canon. cap.28.num.2. P.*L*eſſius lib.2.de iuſtitia cap.37.dubit.9.num.45. P.Sanch. tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dub.54.concluſ.1. P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.4.num.4.P.Filliucius tom. 2.tract.23.cap.9.quæſt.1.num.280.

2 Di-

Digitized by Google

2 Dico ſecundo, initiatum ordine ſacro, etiam ſi ſit irregularis, ſuſpenſus, ſeu depoſitus, & actu ſuis ordinibus degradatus, non excuſari à recitatione officij; ratio eſt, quia hæc obligatio eſt annexa ordini, cuius character eſt indelebilis, item quia per hæc priuatur clericus commodis, & honoribus, non autem ab oneribus releuatur, ita docent omnes doctores nu. præcedenti citati, Turrecremata cap. qui autem diſt. 91. num. 11. 12. & 13. Nauarrus cap. 7. de oratione num. 17. corollario 12. Corduba in ſumma quæſt. 186. Sandoual lib. de officio canonico par. 5. cap. 5. P Sanchez tom. 2. conſiliorum moraliũ lib. 7. cap. 2. dubio 54. concluſione 1. & lib. 8. de matrimonio diſp. 8. num. 11. fin.

3 Dico tertio, excommunicatum non poſſe recitare officium cum alijs, quia tenetur aliàs vitare, ſed teneri illud dicere ſolum, ita doctores omnes citati, quare nec Abbas poteſt illud recitare, cum ſuo monacho, nec Abbatiſſa cnm ſua moniali, ita Nanarrus cap. 7. de oratione tom. 16. fin. P. Sanchez loco citato num. 12. nec poſſe excommunicatum dicere, Dominus vobiſcum, ſed debere illud omittere, quia hoc ſpectat ad ordinem, ita S. Antoninus 3. par. tit. 24. cap. 76. verſ. tertio fin. Ang. verbo, hora. num. 5. Tabiena num. 15. Sylu. quæſt. 3. Armilla num. 12. Nicolaus de Ploue in tractatu ſacerdotali tit. de horis canonicis quæſt. 12. Nauarrus cap. 22. de oratione num. 85. verſ. ſextum, P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moral. lia. 7. cap. 2. dub. 54. num. 3. P. Filliucins tom. 2. tract. 23, cap. 9. quæſt. 1. num. 280.

4 Dico quarto, irregularem depoſitum, & degradatum, non poſſe dicere, dominus vobiſcum, nec officiare in eccleſia, quia his priuantur, cum ſint actus ordinis, ita Sylu. verbo, horæ. quæſt. 3. Tabiena ibi num. 15. P. Sanchez loco citato num. 4. P. Filliucius loco citato, prædictos tamen poſſe cum alijs in choro officium ſoluere, quia hoc non ſpectat ad ordinē, tantum enim priuantur adminiſtratione ſacramentorum, exequutione eccleſiaſtica iuriſdictionis, & ſuſceptione ordinum, ita expreſſe docet Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. poſt medinm, Nauarrus cap. 21. de oratione num. 17. P. Sanch. nu. 4. citato, P. Filliucius tom. 2. tractatu 23. cap. 9. quæſtione 1. num. 280.

5 Quæres, an dum recitatur diuinum officium, poſſit licite diaconus, & ſubdiaconus dicere, Dominus vobiſcum. Re-

ſpondeo,circa hoc aliquos affirmaſſe illos, qui tenentur recitare diuinum officium,dum illud recitant licite hoc dicere poſſe,cum prohibitum non legatur,ita quidam,quos,ſine nomine refert Gulielmus Durantus in rationali diuinorum officiorum lib.4.cap.14.num.8.

Communis tamen ſententia docet,neminem in recitatione diuini officij licite poſſe vti hac ſalutatione,Dominus vobiſcum,niſi ſolum ſacerdotem, adeo vt, nec ipſe Diaconus poſſit ea vti,niſi cum cantat euangelium,quia tunc vtitur officio prædicationis, & pronunciat doctrinam ab ipſo Chriſto immediate prolatam, & cum cereum paſchalem benedicit,quia tunc Chriſti reſurrectionem repreſentat,& licet nullus ſit canon,qui hoc prohibeat,tamen cum generalis eccleſiæ vſus ita obſeruet,non eſt ab ea diſcedendum,& in breuiario Pij V. à Clemente VIII. recognito in rubricis generalibus tit. 30 de oratione num.3. ſic dicitur. *Ante orationem, etiam quando aliquis ſolus recitat officium, ſemper dicitur verſus, Dominus vobiſcum,* Reſpondetur, *Et cum ſpiritu tuo. Qui verſus non dicitur ab eo,qui non eſt,ſaltem in ordine diaconatus, nec à diacono, præſente ſacerdote, niſi de illius licentia*, hanc ſententiam expreſſe docuit Gulielmus Durantus loco citat. & Nauarrus in cap.22.de oratione num.85.verſ.quintum,vbi ſequens ſententiam Gulielmi ſolis presbyteris id dicit licere, ſed quia rubrica breuiarij citata id concedit,etiam diaconis. ideo P.Sanchez tom.2. conſiliorum moralium lib.7.cap.2. dub 55 num.2. dicit, *Non poteſt ſubdiaconus dicere Dominus vobiſcum*, & hæc ſententia eſt vera, & communis in praxi

Tertia cauſa,quæ à recitatione diuini officij excuſat, eſt repentina,& grauis occupatio quam,ſine ſcandalo,aut graui detrimento non poſſumus prætermittere, & tempus non permittit, vt poſſit officium recitari.

PRIMVM DVBIVM.

Quænam conditiones requirantur,vt repentina occupatio excuſet à recitatione officij?

1 RESpondeo,duas præcipue conditiones requiri. Prima eſt, vt ſit actio neceſſaria, nam ſi non ſit talis,differri poteſt

poteſt in aliud tempus,imo debet eſſe ita neceſſaria, vt prudenter iudicetur præcepti huius neceſſitatem ſuperare, quare non excuſat diuina contemplatio,etiam altiſſima, quia licet ſit actio optima,non tamen eſt neceſſaria,& multo minus excuſat compoſitio orationis,aut carminum, etiam iu laudẽ Dei,vel ſanctorum,ſed opus huius præcepti eſt neceſſarium; Secunda conditio eſt,vt actio ſit honeſta,nam turpis non poteſt eſſe neceſſaria, duplex autem poteſt eſſe neceſſitas actionis honeſtæ, quæ à recitatione diuini officij excuſat;vna eſt iuſtitiæ,vt ſi quis ex officio teneatur legere,vel concionari,& non poſſit id commode,nec bene facere,ſi diuinum officium recitet,excuſabitur. Altera eſt charitatis, vt ſi propter recitationem officij neceſſe ſit omittere lectionem,vel concionẽ, cum populi ſcãdalo, vel infamiæ Religionis, aut propriæ perſonæ,vel ſi eſſet neceſſarium relinquere curam infirmi, quæ non poſſit ad horam dimitti,ſine graui damno illius, & hac ratione excuſatur ille,qui per totum diem occupatus eſſet in audienda confeſſione exiſtentis in articulo mortis,vel in vitando magno ſcandalo, vel in componendis grauibus inimicitijs,& rixis ad arma concurrentium, ita vt ſolum ſupereſſet tampus ad eſum,& ſomnum,& ſimilia,quæ fundantur in illo principio Sancti Bernardi lib.de præcepto, & diſpenſatione,vbi dicit, Quod propter charitatem introductum eſt, non obligat cum eiuſdem charitatis diſpendio, & ita docent commuuiter doctores. ita Henricus de Gandauo quodlib. 15.quæſt.12,Maior in 4.diſt.12.quæſt. 6. Sylu.verbo,horæ q. 13.num.18.Tabiena dicto 21.num.22. Armilla num. 16.Nauarrus cap 11.de oratione num.34.& in Manuali cap.25.nu. 101.Rodriquez par.1.ſumm.cap.145.§. ſecunda cauſa.Graſſijs par.1.deciſionum lib. 2.cap.54.num 7. Aragonius 2.2.q. 83.art.12.dub.4.verſ.ſecunda cauſa.Cardinalis Toletus lib.2. cap.14.verſ.altera cauſa P.Valentia tom.3. diſput.6.quæſt.2. puncto 10.§. circa ſeptimum verſ. ſecunda cauſa. P.Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canon.cap.28. num.32.P. Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib.7.cap.2.dubio 52. concluſione 1.P.Reginaldus lib.18.cap.13.num.187 verſ.tertia cauſa,P.Layman tom.tom.2.lib.4.tract.1. cap 6. verſ. tertia eſt.P.Filliucius tom.2.tract.23.cap. 9. quæſt.8.& 9.num. 298.& 300.Bonacina tom.1,tract.de officio diſputat.1.quæſt. 6.puncto 2.num.1.

2 Quæres, an confeſſarij excuſentur, quando non poſſent omnium confeſſiones audire, ſi diuinũ officium recitarent? Reſpondeo affirmatiue, quando eſt magna pœnitentium copia, & inſtat dies vltima iubilei, vel præcepti eccleſiæ, tunc enim poſſunt licite omittere officium, ſi illud recitare non poſſunt niſi omittendo confeſſiones aliquorum, qui propter hoc non conſequentur iubileum, vel non adimplebunt præceptum eccleſiæ. huic ſententiæ conſentiunt Tabiena verbo, horæ. num. 22. & Armilla num. 16. qui dicunt illos, qui ad non impediendum magnum fructum, non dicunt officium, non peccare mortaliter, Nicolaus de Ploue in tractat. ſacerdotali, tit. de horis canon. quæſt. 7. dicit, excuſari à peccato mortali illum, qui ex occupatione operis liciti, vt quia multũ ſcripſit, vel audiuit confeſſiones, omiſit recitare horas, Nauarrus ca. 11. de oratione num. 34. dicit, confeſſarios excuſari. *Septimana ſancta, aut tempore talis iubilei, ad quod quærendum oporteat eos omnium omnes in vna hebdomada confeſſiones audire.* idem docent P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 15. P. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap 2. dub. 52. num. 3. P. Layman tom. 2. lib. 4. cap. 6. tract. 1. verſ. tertia eſt. Bonacina loco citato num. 1.

3 Quæres, an peregrinatio ſponte ſuſcepta ad pia loca excuſet à recitatione officij? Reſpondeo negatiue, Ratio eſt, quia hæc non eſt neceſſitas, præterea, etiam in itinere eſt tempus recitandi, ita docet Nauarrus cap. 11. de oratione num. 33. P. Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 14. P. Valentia tom. 3. diſp. 6. quæſt. 2. puncto 10. § circa ſeptimum. verſ. excludit. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canonicis cap. 28. num. 12. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 193. verſ. quartum eſt. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſp. 1. quæſt. 6. puncto 1. num. 9. Nicolaus de Ploue in tract. ſacerdotali tit. de horis canonicis quæſt. 6.

4 Quæres, an beneficiarius obligatus ſolum, ratione beneficij ad recitandum officium, liberetur ab ea obligatione, eo quod ſtudeat, conſtituto vicario, cum ſtipendio, qui beneficio deſeruiat? Reſpondeo negatiue. Ratio eſt, quia onus recitandi officium eſt perſonale, ergo, qui ad id tenetur, non poteſt aliũ ſubſtituere, qui loco ſui recitet, & quamuis ſubſtitutus recitet ex obligatione ſtipendij, & pacto cum beneficiario, non propterea beneficiarius liberatur ab onere, quia tunc re vera

Digitized by

non fieret,quod præceptum eſt; ſed quædam pia actio non præcepta,quæ per ſe non ſufficit ad excuſationem culpæ.ita Gloſſa in cap.licet.8.quæſt.1.& Ioann.Imola, quem refert,& ſequitur Nauarrus in cap.11.de oratione num. 32. vbi dicit, hanc eſſe communem praxim,idem docent Nicolaus de Ploue loco citato P.Azorius tom.1. lib.10.cap.13. quæſt.13.P. Suarius tom.2.de religione lib.4.de horis canon. cap.28.nu. 12.P.Reginaldus lib.18.cap.13.num.193. verſ. quartum.Bonacina loco cit.

5 Quæres,an ſi neceſſitas actionis iuſtæ non ſit repentina,ſed continua,excuſet,vt ſi actio docendi publice, concionandi, vel audiendi confeſſiones, ad quas quis ex iuſtitia obligaretur,frequenter recitationem diuini officij impediret? Reſpõdeo negatiue.Ratio eſt,quia tunc ſignum eſſet illud exercitiũ non eſſe accomodatum tali clerico,Religioſo, aut beneficiario,& ideo,qui voluntarie illud ſuſciperet, vel ſuſceptum retineret,non poſſet excuſari,quia non neceſſitate, ſed voluntate impeditur: nam licet officium docendi, concionandi,& audiendi confeſſiones non ſit alienum à ſacerdote, vel Religioſo, ſi tamen propter incapacitatem perſonæ non poſſit officium recitare,vt illi muneri ſatisfaciat,peccaret mortaliter illud voluntarie ſuſcipiendo: in hoc conueniunt omnes doctores ſupra num.1.citati,qui dicunt repentinam occupationem excuſare,quia cum rara ſit,tunc eſt vera neceſſitas,& ideo præceptum humanum affirmatiuum,non obligat, cum tanto rigore, quin per epicheiam excuſationem admittat,ſicut per ſimilem cauſam poteſt omitti præceptum audiendi ſacrum,& hoc expreſſe docet P.Suarius tom.2. de religione lib.4.de horis cap.28.num.33.P.Filliucius tom.2.tract. 23.ca. 9.quæſt.8.dicto 1.num.298. Molſeſius cap. 5. num.38.Bonacina tom.1. tract.de officio diſputat.1. quæſt. 6. puncto 2 num.3.

6 Quæres,an ſemper neceſſarium ſit,obligationem charitatis tantam eſſe, vt ſit peccatum mortale,actionem neceſſariam omittere propter recitationem officij? Reſpondeo,circa hoc, duas eſſe ſententias. Prima affirmat. Ratio eſt, quia cum præceptum recitandi officium obliget ſub peccato mortali, non poteſt omitti, niſi ad euitandum maius peccatum; ita vt tunc occurrat veluti perplexitas,& cõcurſus duorum præceptorum,vnum v.g.eſt de recitando officio,alterum concio-

nandi

nandi ad euitandum ſcandalum: in hac perplexitate minus malum eſt eligendum, ſcilicet, omittere recitationem officij, quia tunc illud, non recitare, amittit rationem peccati. Hanc ſententiam docuit Henricus de Gandauo quodlib. 15.q.12. quem ſequitur Sylu. verb horæ. num. 18.

7 Secunda ſententia docet, licet in caſu prædicto, & ſimili vera ſit prima ſententia, non tamen ſemper eſſe neceſſariam tantã obligationem, vt quis licite excuſari poſſit à recitatione officij, nam ſæpe ceſſat obligatio recitandi officium, non ſolum, propter vitandum peccatum, ſed etiam propter vitandum incommodum proprium, vel proximi, vt ſi ſcholaris velit publicam actionem litterariam integro die habere, & ideo officium recitare non poſſit, non tenetur actionem omittere, etiam ſi id abſque peccato poſſit, vel ſi quis lecturus lectionem oppoſitionis, in qua re plurimum intereſt ſua, vel reipublicæ, doctum ſe oſtendere, ſi ſimul recitare non poſſit, excuſabitur, ſic etiam aliquando non erit peccatum mortale, non ſubuenire proximo ægrotanti, & tamen ex charitate illi ſuccurrere, licite poteſt omitti officium, ratio eſt, quia præceptũ humanum non obligat, cum talibus circumſtantijs, & tanto grauamine, ita docet Maior in 4. diſt. 12. quæſt. 6. ad 5. fin. Nauarrus cap. 11. de oratione num. 34. & in Manuali cap. 25. nu. 101. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 28. num. 35. P. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. art. 1. dub. 12. num. 51. P. Sanchez tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 52. concluſione 4. num. 4. P. Filliucius tom. 2. tract. 23. cap. 9. quæſt. 9. dicto 2. num. 301. Palacios 4. diſt. 15. diſp. 9. fol. 148.

8 Quæres, an excuſetur ille, qui potuit futuram occupationẽ præuidere, & anticipando tempus, officium recitare, & ex negligentia, vel malitia non recitauit? Reſpondeo Doctores communiter docere, illum, qui intra eundem diem naturalẽ, ſine magna difficultate poteſt officium anteponere, vel poſtponere, teneri ad id faciendum, & non excuſari, ſed peccare mortaliter, ſi recitationem omittat, ita Henricus quodlib. 15. quæſt. 12. Sylu. verb. horæ. num 18. Tabiena num. 22. Armilla num 16. Nauarrus cap. 11. de oratione num. 34. Aſtenſis lib. 6. de clericatu, & tonſura tit. 1. art. 6. quæſt. 5. Graſſijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 54. num 7. & 8. Carolus Macignus cap. 14. num. 3. & cap. 15. P. Valentia tom. 3. in 2. 2. diſp. 6. quæſt. 2.

puncto

Digitized by Google

puncto 10.§.circa ſeptimum.verſ. ſecunda cauſa. P. Sanchez tom.2.conſil.moral.lib.7.cap.2.dub.52.concluſione 1.P.Layman tom.2.lib.4.tract.1.cap.6.§.tertia eſt.P.Filliucius tom.2. tract.23.cap.9 quæſt.9.§.ex quibus num.302.Bonacina tom. 1.tract.de officio diſp.1.quæſt.6.puncto 2.num.1.

9 Alij vero diſtingunt, nam ſi occupatio requirit totum diei tempus, ita. vt pro corporis neceſſitatibus vix parum moraliter ſubtrahi poſſit,tunc dicũt, nec præuentionem,nec poſtpoſitionem,intra eumdem diem eſſe neceſſariam,quia nec ante,nec poſt relinquitur tempus recitandi; ſi vero occupatio ſit ſolum magnæ partis diei,tunc ſi impedimentum futurum ſit,& potuit præuideri, neceſſarium eſſe præuenire tempus, recitando prius officium,vel ſi poſt illam ſupereſt tempus,neceſſarium eſſe officium poſtponere.Ratio eſt,quia præceptum recitandi officium obligat pro tota die. ita docet P.Ioannes Azorius tom.1.lib.10.cap.13.quæſt.15.P.Suarius tom.2.de religione lib 4.de horis canonicis cap.28. num.36. P.Reginaldus lib.18.cap.13.num. 187. verſ.aduerte fin.& hæc ſententia mihi magis placet,quia melius explicat difficulatem. addunt etiam prædicti doctores, quod ſi quis potuiſſet prius recitare,& non fecit,poſſet etiam excuſari,vel quia præuidere non potuit repentinum impedimentum,vel quia non aduertit;quod ſi peccauerit,negligenter ſe gerendo, non præueniendo tempus,vel etiam malitioſe nolendo præuenire,cum potuerit, ſi tamen pœniteat prioris negligentiæ,& peccati, ſuppoſita occupatione,excuſabitur, quia tunc eſt moraliter impotens ad implendum recitandi præceptum,ita P.Suarius & P.Reginaldus locis citatis.P.Filliucius to.2. tract.23.cap. 9.quæſt.9.num.304.fin.

Quarta cauſa, quæ à recitatione diuini officij excuſat, eſt diſpenſatio ſummi Pontificis, vel aliorum Prælatorum, circa quam ſunt aliquæ difficultates examinandæ. ſit igitur.

PRIMVM DVBIVM.

An ſummus Pontifex poſſit diſpenſare, cum initiatis ordine ſacro, & cum beneficiarijs & Regularibus, ac Monialibus, vt non recitent diuinum officium?

1 RESpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima docet, non poſſe ſummum Pontificem diſpenſare, cum prædictis, vt nullum officium recitent, quia hæc obligatio eſt de iure diuino, poſſe tamen diſpenſare in modo, ſcilicet, ne hoc, vel illud officium recitent, quia hoc eſt de iure eccleſiaſtico: ita expreſſe docet Panormitanus cap. 1. de celebratione miſſarum num. 3. Philippus Decius in cap. quæ in eccleſiarum num. 53. de conſtitutionibus, Turrecremata in cap. Eleutherius 91. diſt. 95. Maior in 4. diſt. 12. quæſt. 6. ad primum. Ang. verb. hora num. 6 Roſella ibi num. 13. Sotus lib. 10. de iuſtitia quæſt. 5. art. 3. ad 3. Graffijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 50. num. 5.

2 Secunda ſententia docet, poſſe ſummum Pontificem, cum prædictis diſpenſare, ne vllum omnino officium recitent, ac proinde eius diſpenſationem excuſare. Ratio eſt, quia tota obligatio recitandi diuinum officium, eſt ſimpliciter de iure eccleſiaſtico, in quo ſine controuerſia poteſt ſummus Pontifex diſpenſare, tollendo omnem obligationem. Doctores vero primæ ſententiæ, quia nituntur falſo fundamento, nimirum, quia putant præceptum recitandi officium eſſe de iure diuino, ideo putant ſummum Pontificem in eo diſpenſare non poſſe; ſed decipiuntur, quia tale præceptum, nec in ſacris litteris inuenitur, nec, Chriſtus Dominus ſuis Apoſtolis traddidit. hæc ſecunda ſententia eſt communis, & vera, quam docent Cardinalis, & Ioannes de Lignano in Clementina 1. de celebratione miſſarum Sylu. verbo, horæ quæſt. 8. Tabiena ibi num. 15. Armilla num. 11. Nauarrus cap. 11. de oratione num. 31. & in Manuali cap. 25. num. 102. verſ. quarta cauſa, Palacios 4. diſt. 15. diſp. 9. Aragoius 2. 2. queſt 83. art. 12. dub. 4. verſ.

Digitized by

verſ.quarto diſpenſatio.Margarita confeſſorum fol.162.Cardinalis Toletus lib.2.cap.14.§.quarta cauſa.P. Gregorius de Valentia 2.2.diſp.6.quæſt.2.puncto 10.§.circa ſeptimum,ver. quarta cauſa.P.Azorius tom.1.lib.10.cap. 1. quæſt.7.& cap. 13.quæſt.9.P.Suarius tom.2.de religione lib.4. de horis can. cap.28.num.38.P.Sanchez tom.2.conſiliorum moralium lib. 7.cap. 2.dub.53.nu.2.P.Vaſquez opuſc.de beneficijs cap. 4.§. 1.art.1.dub.12.num.54. vbi citat pro hac ſententia Ioannem Briaert quodlibet.4.propoſit.7.P.Reginaldus lib.18. cap.13. num.186.P.Filliucius tom.2.tract.23. cap.9. quæſt.10.num. 303.Rodriquez par.1.ſummæ cap.145.verſ.quarta cauſa,Bonacina tom.1. tractatu de officio diſp.1.quæſt.6. puncto 3. num.1.

3 Dices beneficiarius, naturali iure tenetur officium recitare, nam beneficium datur propter officium,ergo ea conditione, & lege clericus beneficium recipit, vt eccleſiaſticum perſoluat officium, ergo recitatio diuini officij eſt de iure diuino naturali,ergo non poteſt in eo ſummus Pontifex diſpenſare? Reſpondeo negando conſequentiam,nam hoc ipſum eſt de iure eccleſiaſtico,vt beneficium detur propter officium.Poſſet enim Pontifex beneficia inſtituere propter alia munera, ſine hac obligatione ſpeciali recitandi officium: nam hoc, nec iuſtitiæ æquitati, nec Religioni intrinſecè repugnat,ergo non obſtante inſtitutione beneficiorum,quæ nunc eſt,poteſt aliquem eximere à tali onere, & hoc eſt diſpenſare.

4 Quæres,an ſummus Pontifex in hoc de facto diſpenſet?Nauarrus cap. 11.de oratione num.31.dicit, *vix tamen id facit*, & in Manuali cap.25.num.102.dicit, *quamuis Papa in hoc diſpenſare poſſit, rariſſime tamen ſolet.* P. Vaſqnez loco citato dicit,de diſpenſatione Pontificis, *hæc autem rariſſima eſſe ſolet,& debet.*Cardinalis Toletus lib.2.cap.14.§. quarta cauſa, dicit,*Papa non diſpenſat abſolute,ſed commutat in aliquas orationes alias.*Ratio eſt,quia,vt dicit, Valentia loco citato,raro poteſt occurrere legitima cauſa diſpenſandi, ſi tamen ſine iuſta,& legititima cauſa diſpenſaret,valida eſſet diſpenſatio, quia nō excedit limites iuris humani,ita P.Suarius loco citato num.40.P.Valentia 2.2.diſp 6.quæſt.2. puncto 10.§.circa ſeptimum,verſ.quarta cauſa.P.Filliucius tom.2. tract.23. cap.9.quæſt.10.dicto 1.num 303.fin.Bonacina tom.1.tract.de officio diſp.1.quæſt.6. puncto 3. num.1.

DVBIVM SECVNDVM.

An poſſit Epiſcopus diſpenſare, cum ſuis ſubditis, vt non recitent diuinum officium?

1 RESpondeo, circa hoc dubium duas eſſe ſententias. Prima negat. Ratio eſt, quia Epiſcopus non poteſt ordinarie diſpenſare in iure communi, niſi in caſibus ei ſpecialiter conceſſis in ipſo iure communi, vel per receptam conſuetudinem; hoc autem eſt ius commune, & in eo nihil ſpeciale conceſſum eſt Epiſcopis, ergo. Ratio à priori eſt, quia lex ſuperioris per inferiorem tolli non poteſt. Clement. ne Romani: de electione, initio. ita docet Archidiaconus, & Turrecremata in cap. Eleutherius 91. diſt. Armilla verbo, horæ. nu. 13. Nauarrus cap. 11. de oratione num. 24. Grailijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 54. num. 9. P. Ioannes Azorius tom. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 11. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis canon. cap. 11. num. 6. cap. 23. num. 17. & cap. 28. num. 40. P. Sanchez tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 53. concluſione 2. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 186. P. Filliuc. tom. 2. tract. 23 cap. 9. quæſt. 10. dicto 2. num. 304. Macignus cap. 29. num. 2. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſput. 1. quæſtione 3. puncto 1. num 19. & quæſt. 6. puncto 3. num. 2.

2 Secunda ſententia docet, quamuis proprie loquendo non poſſit Epiſcopus, cum ſuis ſubditis in hoc diſpenſare, poſſe tamen in aliquo caſu particulari dubio licentiam dare, vt aliquis ſuus ſubditus per aliquos paucos dies officium non recitet, vt ſi eſſet dubius, an cauſa, quam habet, ſit ſufficiens, ſed hoc potius eſſet per modum interpretationis, quam diſpenſationis, ita Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 145. cauſa 4. P. Suarius tom. 2. de religione lib. 4. de horis can. cap. 28. num. 40. fin. P. Reginaldus lib. 18. cap. 13. num. 186. vbi ait, poſſe Epiſcopum rationabiliter eccleſiaſticum præceptum interpretando in caſu dubio, dare licentiam ſubdito, omittendi recitationem, perinde ac dat laborandi in die feſto, aut non ieiunandi in die ieiunij, idem docet P. Sanchez tom 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dub. 53. concluſione 2. num. 3. P. Filliucius loco citato. Prædictæ duæ ſententiæ veræ ſunt, nec ſunt contrariæ, nam poſterior eſt limitatio prioris, & ideo

ideo doctores pro vtraque citati, non ſibi ipſis contradicunt.

3 Quæres, an Prælati *Regulares*, reſpectu ſuorum ſubditorũ, & Abbatiſſæ reſpectu ſuarum Monialium, poſſint, circa recitationem officij diuini diſpenſare? Reſpondeo, circa hoc tres eſſe ſententias, prima affirmat, poſſe prædictos prælatos iuſta de cauſa, cum ſuis ſubditis in hoc diſpenſare, etiam ſi ſint profeſſi ad chorum, dummodo non ſint ſacris ordinibus initiati, ſicut poſſunt diſpenſare in alijs ſtatutis Religionis, Ratio eſt, quia tota hæc obligatio pendet ex conſuetudine, ita P. *Leſſius* lib. 2. de iuſtitia cap. 37. dubit. 9. num. 51. vbi ait, *poſſe diſpenſare, quando cauſa ſubeſt, ſicut in alijs ſtatutis obligatorijs poteſt, imo ſi in aliquo Ordine, vel Monaſterio eſt conſuetudo, vt profeſſi, non dum ordinati, in ſtudijs verſantes, vel alijs negotijs occupati, propter quæ choro intereſſe nequeunt, non recitent officium, ibi non opus eſt diſpenſatione.* Eum ſequuntur Gauantus in comment. in rubric. miſſalis tom. 2. ſect. 1. cap. 5. tit. 1. num. 6. Villalobos in ſumma tom. 2. tract. 24. dub. 9. num. 12. Bonacina tom. 1. tract. de officio diſput. 1. quæſt. 2. puncto 2. num. 9. Diana par. 2. tractat. 12. de horis canon. reſolutione 19. P. *Sanchez* tom. 2. conſiliorum moralium lib. 7. cap. 2. dubio 53. concluſione 2. putat, poſſe in caſu dubio, ſicut poteſt Epiſcopus.

4 Secunda ſententia negat, prædictos diſpenſare poſſe, Ratio eſt, quia licet Regulares, & Moniales, ratione conſuetudinis teneantur diuinum recitare officium, tamẽ conſuetudo hæc, cum tanto rigore eſt introducta, vt Prælati numquam ſoleant nec audeant in ea diſpenſare, nam hanc conſuetudinem hoc modo introductam, ſupponunt multa priuilegia à ſummis Pontificibus conceſſa Prælatis Religionum ad diſpenſandũ cum ſuis ſubditis in officio diuino, non ſimpliciter, ſed cum debilibus, vel quo ad aliquas circumſtantias, ita docuit Vmbertus ſuper conſtitut. Fratrum Prædicatorum cap. 1. quem referunt, & ſequuntur Cardinales Zabarella, & Turrecremata in cap. Eleutherius 91. diſt. Tabiena verb. horæ. dicto 16. nu. 17. Nauarrus cap. 11. de oratione num. 25. Durant. lib. 3. de ritibus cap. 23. num. 4 Albertus de ferrarijs tract. de horis ca. num. 9. Graſſijs par. 1. deciſionum lib. 2. cap. 54. num. 9. Raphael de la Torre 2. 2. tom. 1. controuerſia 7. diſp. 7. num. 14. Macignus de horis can. cap. 22. num. 8.

5 Tertia ſententia diſtinguendo, conciliat vtramque ſenten-

Qqq 2 tiam;

Digitized by Google

tiam;nam ſi conſuetudo eſt introducta, cum tanto rigore,vt Prælati numquam ſoleant,nec audeant in ea diſpenſare, clarum eſſe,non poſſe;quia conſuetudo, ſicut poteſt dare,ita etiam auferre iuriſdictionem,ſi vero aliqua Religio ex vi ſuæ inſtitutionis aliquid habet peculiare circa hoc,illud ſeruare poſſe, ſicut in Religione Sancti Franciſci non tantum conſuetudine, ſed etiam ex præcepto Regulæ tenentur iuuenes profeſſi ad chorum, officium recitare; ſi Prælati illius Religionis ex eadem Regula,vel inſtitutione ſua habent generalem poteſtatem diſpenſandi in præceptis Regulæ, poſſe etiā in hoc diſpenſare,quia tunc non diſpenſant in iure communi ſed in proprio,niſi hoc ſpecialiter excipiatur, vel ordine ſcripto,vel conſuetudine,ita docet P.Suarius tom.2. de religione lib.4.de horis canon.cap.28.num.41. quem ſequuntur P.Reginaldus lib.18.cap.13.num.186.verſ.notaſſe item.& P. Filliucius tom.2. tractatu 23. cap.9. quæſtione 10.dicto 2. num.304.

6 Pro ſolutione præſentis dubij dico,ſecundam ſententiam eſſe omnino ſequendam in praxi, cum ſit probabilior,& tutior,nec tertia ſententia ab ea differt,nam, vt fatetur P.Suarius loco citato,de facto conſuetudo eſt, vt non diſpenſetur. Ratio huius noſtræ concluſionis eſt, quia conſuetudo vniuerſalis, qua Religioſi tenentur diuinum officium recitare, vim legis habet,ac proinde eſt,ſicut reliquæ leges eccleſiaſticæ,ergo,ſicut non poſſunt Prælati Religionum, pro arbitrio ſuo diſpenſare,cum ſuis ſubditis in alijs obligationibus communium præceptorum,& legum eccleſiaſticarum, ita neque etiam in hac de recitatione officij. vnde bene infert P.Reginaldus lib.18.cap.11.ſect.2.num. 141. parum tutam eſſe diſpenſationem,quam ratione ſtudiorum nonnulli ſuperiores dant ſuis Religioſis profeſſis, quandoquidem recitatio horarum canonicarū non eſt talis, neque tantus ſtudiorū obex,

CAPVT XIII.

De priuilegijs à ſummis Pontificibus, Regularibus conceſſis, circa recitationem officij.

1 PRimum priuilegiū eſt Sixti iv.qui cōceſſit omnibus Fratribus Minor. nō valentibus perſoluere diuinū officium

bene,

bene, ac diligenter in choro, prout tenentur, quod ſi per defectum viſus, vel auditus, aliquid prætermiſerint, non teneantur illud omiſſum iterum perſoluere: ſed dicant vnum pſalmum in fine horarum, & hoc ſufficiat eis: Hoc priuilegium habetur in libro dicto, Monumenta Ordinis, primæ impreſſionis fol. 62. & ſecundæ fol. 66. conceſſione 93. & in ſupplemento fol. 100. conceſſione 383. & in compendio priuilegiorum mendicantium. verbo, officium diuinum ſecundo. §. 2. & refert Nauarrus cap. 19. de oratione num. 84. concluſione 9. Rodriquez tom. 1. quæſtionum regularium quæſt. 42. art. 3. Ludouicus Miranda in Manuali Prælatorum regularium tom. 1. quæſt. 37. art. 20. Prædictum priuilegium conceſſit 7. Martij 1482.

2 Circa hoc priuilegium ait Nauarrus loco citato, non videri priuilegium, ſed ius commune, adeo vt ſæpe numero non ſit neceſſe ſupplere etiã alio pſalmo. Hoc, quod dicit Nauarrus verum eſt, quando id, quod omiſſum eſt, parum eſt, & ſine culpa, aut quando ex impotentia excuſatur, ſi vero ſit omiſſum cum aliqua negligentia, vel culpa veniali, tunc vtile erit priuilegium, Rodriquez loco citato dicit, hoc priuilegium reſtringendum eſt, quod, qui ob defectum auditus dolo, & lata culpa aliquid prætermiſerint, non poſſint illud ſupplere cum pſalmo, Miranda loco citato ait, hoc priuilegium, & ſimilia intelligenda eſſe, quando defectus contingit non ex dolo, aut malitia, ſed ex humana fragilitate.

3 Secundum priuilegium eſt Innocentij VIII. qui conceſſit, quod quando Fratres Minores aliquid dimittunt de diuino officio, non ex dolo, poſſint ſupplere, cum aliquo pſalmo, vel dicendo orationem Dominicam, vel Aue Maria, habetur in monumento ſecundæ impreſſionis fol. 69. conceſſion. 149. & in compendio priuilegiorum Mendicantium loco citato §. 3. & in compendio priuilegiorum Societatis Ieſu verbo, horæ canonicæ. §. 4. & referunt Nauarrus, Rodriquez, & Ludouic. Miranda locis citatis: Idem priuilegium iiſdem verbis conceſſit Alexander VI. vt habetur in ſupplemento fol. 99. conceſſione 362. & in compendio priuilegiorum mendicantium loco citato §. 3. & referunt Rodriquez, & Miranda locis citatis.

4 Circa hoc priuilegium notat Nauarrus loco citato verſ. 2. Hoc priuilegium intelligendum eſſe de parte non notabili

& quan-

& quando tam exiguum eſt, quod omittitur, quod licet omitteretur cum culpa, & non suppleretur, non imponit neceſſitatem repetendi, ſub pœna peccati mortalis; Rodriquez in dicto art. 3. notat illa verba priuilegij huius, *non ex dolo*, & dicit, ſi quid prætermiſerint dolo, & lata culpa, non poſſe eos illud ſupplere cum pſalmo, aut dicendo orationem Dominicam, vel Aue Maria, & idem dicit Miranda in dicto art. 20.

5 Tertium priuilegium eſt Leonis X. qui conceſſit, quod quicunque dixerit, poſt quamlibet horam diei, infraſcriptam orationem, & in fine illius vnum Pater noſter, & Aue Maria pro felici ſtatu ſuæ Sanctitatis, & eccleſiæ ſanctæ Dei, conſequatur plenariam remiſſionem omnium defectuum in illa hora humana fragilitate commiſſorum. Oratio autem eſt ſequens. [Sacroſanctæ, & indiuiduæ Trinitati, Crucifixi Ieſu Chriſti Domini noſtri humanitati, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ fœcunditati, ſiue integritati, & omnium ſanctorum vniuerſitati, ſit ſempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobiſque remiſſio peccatorum per infinita ſæculorum ſæcula Amen. Et Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium, & beata vbera, quæ lactauerunt Chriſtum Dominum. Pater noſter, Aue Maria.] Hoc priuilegium habetur in ſupplemento fol. 61. conceſſione 268. & in compendio priuilegiorum mendicantium verb. officium diuinum ſecundo. num. 5. Idem Leo ampliando prædictam gratiam, conceſſit, quod non ſolum ſufficiat ſupraſcriptam orationem dicere, pro ſupplemento vnius horæ, quando dicitur per ſe ſola, ſed etiam omnium horarum, quæ dicuntur ſimul, ſiue vno contextu, licet aliquod paruum interuallum inter vnam, & aliam fiat. Habetur in ſupplemento fol. 94. Hoc priuilegium habetur etiam in compendio priuilegiorum mendicantium loco citato num. 6. & refert Nauarrus cap. 19. de oratione concluſione 10. num. 89. verſ. ſecundo eſt. Cardinalis Toletus in ſumma lib. 2. cap. 13 fin. Rodriquez tom. 1. quæſtionum regular. quæſt. 42. art. 3. fin. Ludouicus Miranda in Manuali Prælatorum regulariũ quæſt. 37. art. 20.

6 Circa hoc priuilegium Nauarrus loco citato concluſ. 10. docet, hoc eſſe verum priuilegium, non ſicut ſupradicta, quæ videntur potius declarationes iuris communis, quam priuilegia, & nu. 89. fin. ait. Caueat is, qui hoc priuilegio vti volet,

ne fiat

Digitized by Google

ne fiat ei occaſio negligētius, & laxius horas ſuas recitandi, concepta fiducia remiſſionis per prædictæ orationis dictionem habendæ. Rodriquez loco citato aduertit, quod in prædicto priuilegio dicitur humana fragilitate, & non humana malitia, & dolo, & idem dicit Miranda loco cit. fin.

7 Quartum priuilegium eſt Innocentij IV. qui conceſſit Fratribus minoribus, vt quando ratione itineris, vel alterius rei cauſa extra conuentus, ſeu loca ſua quemlibet, vel quoslibet eorum contingerit degere, poſſint diuinum officium fratres, cum fratribus, aut ſimul, cum alijs regularibus perſonis, vel quilibet ſeparatim facere alio, quam Romano ordine placuerit, & quod id ſufficiat ad perſoluendum debitum, ad quod ratione Regulæ tenentur, nec iterum proprium officium dicere teneantur: habetur in ſupplemento fol. 138. conceſſione 305. & in compendio priuilegiorum meneicantium verb. officium diuinum primo. §. 4. hoc priuilegium conceſſit in bulla XI. XII. Kal. Iulij Pontificatus anno 1. qui fuit 1193 ita refert Rodriquez in collectione priuilegiorum Apoſtolicarũ tom. 1. fol. 17.

8 Circa hoc priuilegium eſt dubium, an ſit reuocatum per bullam Pij V. breuiario romano præfixam, per quam reuocantur omnes permiſſiones, priuilegia, &c. Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias, Prima dicit, non eſſe reuocatum, ratio eſt, quia Pius V. reuocauit priuilegia, quando omittitur ſemper formula recitandi officium, iuxta breuiarium Romanum, non vero quando omittitur aliquibus diebus, iuſta de cauſa per priuilegium particulare, ſicut eſt in caſu noſtro ita docet Rodriquez par. 1. ſummæ cap. 142. concluſion. 2. Vega par. 1. ſummæ cap. 128. caſu 25. Petrus Ledeſma 2. par. ſummæ tract. 9. dub. 15. concluſione 3. vbi dicit, hanc ſententiam non eſſe improbabilem, & ſequi poſſe.

9 Secunda ſententia, docet per dictam bullam Pij V. eſſe reuocata omnia priuilegia tecitandi per aliud breuiarium diuerſum à Romano, etiam pro paucis diebus, vt colligitur ex verbis prædictæ bullæ, ita docet Garzia tom. 1. de beneficijs par. 3. cap. 1. num. 179. Mihi prima ſententia videtur vera, quando prædicti Religioſi non haberent proprium breuiarium, quia tunc ex impotentia excuſarentur à recitatione officij, vt ſupra dictum eſt, ideo ipſis liceret illud recitare meliori modo, quo poſſent: Secunda vero ſententia videtur probabilior,

& om-

Digitized by Google

& omnino vera, vt aperte conſtat ex verbis expreſſis ipſius bullæ.

10 Quintum priuilegium eſt Innocentij VIII. qui conceſſit, quod Fratres minores profeſſi, neſcientes per ſe plenè perſoluere officium diuinum, non teneantur ad id ſub pœna peccati mortalis, donec ſciuerint illud, dummodo faciant, quod in ſe eſt, & dicant, ſicut ſciunt, & vltra dicant horas laicorum fratrum. hoc priuilegium habetur in monumento Ordinis primæ impreſſionis fol. 65. & ſecundæ 96. conceſſione 156. & in ſupplemento fol. 100. cōceſſione 373. & in compendio priuilegiorum mendicantium verb. officium diuinū 2. §. 4. & refert Nauarrus in cap. 19. de oratione num. 84. concluſione 9. verſ. tertio eſt, & Rodriquez tom. 1. quæſt. regular. quæſt 42. art. 5. fin. notat loco cit. Nauarrus, hoc non eſſe priuilegium, nam conſtat, eos iure communi ad plus non obligari, imo, neque forte ad tantum, propter obligationem, qua per hoc priuilegium obſtringuntur recitare horas laicorum.

11 Simile priuilegium conceſſit Clemens VII. Monialibus, & Fratribus imperitis, ſequentis formæ. Quia ſunt nonnullæ ex ſororibus ſub cura Fratrum minorum degentes, quæ propter imperitiam neſciunt recitare officiū perfectè, conceſſit, quod tales iudicatæ à Prælatis, vel confeſſoribus earum, ſeu etiam earum Abbatiſſis, recitando officium ſororum laicarum, cenſeantur ſatisfeciſſe obligationi de dicendo officium, quod dicere tenebantur, & idem de fratribus imperitis. Hoc priuilegium habetur in compendio priuilegiorum mendicantium. verb. officium diuinum primo. §. 16. & verbo, Moniales. §. 30 Prædicta priuilegia ſunt neceſſaria fratribus minoribus, quia ipſi ſtatim, poſt profeſſionem emiſſam, tenentur, ratione voti ad perſoluendum officium diuinum, licet non ſint ſacris ordinibus initiati, ac ſi ſacros ordines haberent.

12 Ex priuilegijs Monachorum Sancti Benedicti, pro neſcientibus recitare officium diuinum. Eugenius IV. conceſſit, quod Monachi clerici, in ſacris tamen non conſtituti, etiam ſi profeſſi, ad canonicas horas recitandas ex debito minime teneātur, debeat tamen Prior pſalmos aliquos, aut Pater noſter, aut officium, quod laicis monachis iniungitur, prædictis huiuſmodi monachis clericis, qui aliqua forte rationabili cauſa horas canonicas non recitauerint, iniungere; vt illud Apoſtoli in omnibus impleatur: qui non laborat, non manducat. hoc priui-

priuilegium habetur in compendio priuilegiorum mendicantium verb.officium diuinum primo. §.17.

13 Sextum priuilegium eſt Eugenij IV.anno domini 1436.cōceſſum Congregationi Sanctæ Iuſtinæ,& Iulij II.anno Domini 1507.conceſſum Congregationi Montis Oliueti, & Congregationi Camaldulenſi, & Leonis X. anno Domini 1513. Quod Fratres in officijs Monaſteriorum occupati, ideoque in choro intereſſe nequeuntes, aut qui alias non docti ſunt, aut minus experti, vt officium diuinum commode dicere poſſint (dummodo in ſacris, non ſint ordinibus conſtituti) licet profeſſionem emiſerint,ad perſoluendnm integre diuinum officium non tenentur, ſed Prælati conſideratione ſubditorum,vltra officium Beatæ Virginis, ad quod obligatos remanere ſummus Pontifex voluit, aliquid aliud dicendum, illis imponere poſſunt,quod cum animi alacritate perſoluāt. hoc priuilegium referunt Rodriquez tom.1. quæſt.Regular. quæſt.42.art.5.& Hieronymus à Sorbo Capucinus in annotatione in compendio priuilegiorum mendicantium verbo, officium diuinum,tertio.num.2.

14 Circa prædictum notat Rodriquez loco citato; hoc priuilegium nullum eſſe,ſi occupatio,ignorantia, & imperitia,ita dictos fratres premit,vt ab recitando officio diuino ſint exēpti,& ſimiliter explicandum eſſe ſequens priuilegium,à Clemente VII. conceſſum Congregationi Clericorum Regularium,qui communiter Theatini nuncupantur: Quod prædicationi verbi Dei,audientiæ confeſſionum, & ſacræ Theologiæ,& ſacrorum canonunm ſtudijs inſiſtentes ad ſuam,& animarum fidelium vtilitatem, & qui occupantur infirmitate propria,aut infirmorum fratrum curatione,ſatisfaciant, pro horis canonicis,recitando certum numerum pſalmorum per Priorem eis aſſignandorum,numero non minus ſeptem, aut ſex,cum deuotione,aut orationem dominicā ſepties, & ſymbolum Apoſtolorum bis:grauiter autem ægrotantes,orationem Dominicam ſepties in die recitantes: ſeptem horis canonicis ſimiliter ſatisfaciant. Hoc priuilegium refertur in compendio priuilegiorum S.Hieronymi Hiſpanicæ collecto à P.Garſia anno 1591.fol.103. §.70. & referunt Rodriquez art.5.citato fin.& F. Hieronymus à Sorbo loco citato in annotatione num.6.

15 Septimum priuilegium eſt Leonis X. conceſſum Fratribus

minoribus, vt quando fratres prædicti habent aliquas occupationes, poſſint ſine conſcientiæ ſcrupulo anteponere, ſiue poſtponere officium diuinum, vt puta dicendo matutinum, ante mediam noctem, quacumque hora voluerint, & alias horas de mane vſque ad veſperas excluſiue, etiam ſi occupatio non ſit multum neceſſaria: ſed ſatis eſt, quod cogitent tunc deuotius, ac quietius dicere. hoc priuilegium habetur in ſupplemento fol. 60. conceſſione 128. & in compendio priuilegiorum mendicantium, verbo, officium diuiuum primo. nu. 12. & refert Nauarrus cap. 19 de oratione num. 88. conclnſione 9. verſ. octauo eſt, vbi ait, hoc non eſſe vere priuilegium, quia nihil continet, quod iure communi non concedatur, idemque priuilegium refert Rodriquez tom. 1. quæſt. Regularium, quæſt. 42. art. 5. fin. & art. 18. in principio, & in fine articuli ait, hoc priuilegium parum, aut nihil concedere, cum id ſecundum ius ordinarium ipſis concedatur, ſolum enim aliquid operabitur, quando occupationes non ita ſint neceſſariæ, vt ſecundum epicheiam, cum ſupradictis non intelligatur clare, & manifeſte eſſe diſpenſatum. Mihi tamen videtur prædictum priuilegium non parum concedere, vltra ius commune, per vltimam clauſulam, in qua dicitur, etiam ſi occupatio non ſit multum neceſſaria.

16 Simile priuilegium, ampliatum habetur in compendio priuilegiorum Societatis Ieſu verbo, horæ canonicæ §. 2. ſcilicet. Ratione itineris, aut alterius occupationis, quando creditur, quod maiori cum deuotione dicetur diuinum officium, poteſt illud à noſtris recitari mane totum, vſque ad completorium incluſiue. Pius V. minor. vt in manuſcripto fol. 79. pag. 2. & in eodem compendio Societatis Ieſu §. 3. dicitur; poteſt à noſtris abſque vllo ſcrupulo matutinum officium ante ſolis occaſum recitari. Idem Pius V. eiſdem vbi ſupra, Rodriqu. tom. 1. quæſtionum regularium quæſt. 42. art. 18. final. refert prædicta duo priuilegia, ex Vera crux in ſuo compendio manuſcripto, & addit, quæ conceſſio magnum priuilegium habet, cum concedat, vt mane, etiam completorium poſſit recitari.

Hic referenda erant quatuor alia priuilegia conceſſa, pro infirmis à Martino V. Eugenio IV. Leone X. & Iulio III. ſed quia ea explicata ſunt ſupra in capite de cauſis excuſantibus ab offic. diu. recitãdo, du. 1. n. 5. & 6. ideo hic prætermittũtur.

17 Octa-

Digitized by Google

17 Octauum priuilegium eſt Eugenij IV.conceſſum Monachis Congregationis S.Benedicti in Hiſpania, vt quilibet pro tẽpore Abbas,Prior,ſiue Prælatus quorumlibet Monaſteriorũ Hiſpaniæ,poſſit libere diſpenſare cum omnibus, & ſingulis præſentibus, & futuris monachis quorumcumque Monaſteriorum huiuſmodi, qui ſine tœdio non poſſunt dicere horas canonicas,quod tempore infirmitatis, vel poſtquam conualuerint,loco horarum,ac officiorum, ad quæ alias tenentur, dicant aliquid certum ad arbitrium ipſorum Monaſteriorũ Superiorum,& non teneantur ad aliud officium canonicum, ac cum Prælatis ipſis ſimili modo quilibet presbyter monachus, per quemuis eorum eligendus etiam diſpenſare poſſit. hoc priuilegium habetur in compendio priuilegiorum mendicantium verbo,infirmi fratres.num.8. & refert Rodriquez tom.1.quæſtionum regularium quæſt.42.art.7. fin.vbi vocat copioſius priuilegium,Ludouicus Miranda tom.1. Manualis Prælatorum Regularium quæſt.37.art.16.concluſione vnica vbi vocat priuilegium amplius,atque copioſius.

18 Simile Priuilegium conceſſit Martinus V. vt Fratres Sancti Hieronymi,dum fuerint infirmi,& etiam ſenes, & valetudinarij,qui tenentur ad horas canonicas,ſatisfaciant recitando aliquos pſalmos, vel id quod ſuis confeſſoribus viſum fuerit. habetur in compendio priuilegiorum mendicantium,verb. infirmi fratres.num.11. & in compendio priuilegiorum Societatis Ieſu,verbo,infirmi.§.2.& referunt Rodriquez tom.1. quæſtionum regularium quæſt.42.art.7.fin.& par.1. ſummæ cap.142.concluſione 2.vbi dicit,non eſſe reuocatum per bullam Pij V: breuiario præfixam; Vega in ſumma par.1 cap. 128.caſu 25.Petrus Ledeſma 2.par.ſummæ tract.9.cap 4.dubio 5.concluſione 3.Garzia tom.1.de beneficijs par.3.cap.1. num.180.Simile priuilegium conceſſit Leo V.Fratribus minoribus, ita refert Rodriquez in oraculis viuæ vocis num. 13.

19 Nonum priuilegium eſt Leonis X.conceſſum Fratribus minoribus,vt poſſint officia feriarum,quæ ſunt prolixiora anticipare diebus,quibus ſunt otioſi, & officia feſtiua,quæ ſunt breuiora reſeruare in illos dies, quibus credunt ſe fore occupatos concionibus,& confeſſionibus,modo id non faciant in fraudem,ſed ad melius ſtudendum,prædicandum, & confeſſiones audiendum. habetur in ſupplemento fol. 59. conceſſ.

.170.& refertur à Nauarro cap. 19. de oratione num.88.concluſione 9.verſ. nono eſt. vbi ait. *Quod tamen non videtur priuilegium, quia tantumdem, & amplius poſſe fieri, iure communi ſupra oſtenſum eſt, cap.* 10. idem priuilegium refert Rodriquez tom.1.quæſtionum regularium quæſt.42.art. 5. in principio,& addit cum Nauarro, *non eſſe priuilegium, cum quaſi ſimile, & tantumdem conceſſum ſit a iure communi, ſecundum enim legem ordinariam, cum ſuperuenerit aliqua occupatio ſubbito, vel eo modo, quo non poteſt ei prouideri, neque omitti, ſine ſcandalo, aut peccato, eſt iuſta cauſa non recitandi horas canonicas.* Ludouicus Miranda tom.1.Manualis Prælatorum Regularium quæſt.37.art.19.refert idem priuilegium, & in concluſione ait.D*ico eſſe valde vtile, atque proficuum, ad pacandas, & aſſicurandas timoratas conſcientias in caſu, ſiue caſibus, quibus non ſit tam ſtricta, et arcta neceſsitas; nam omne priuilegiũ vltra ius commune, ſemper aliquid debet operari, et aliquid de nouo concedere.*

20 Quæres, an hoc priuilegium ſit reuocatum per bullam Pij V.breuiario Romano præfixam. Reſpondet Ludouicus Miranda art.19 cit.fin.non eſſe reuocatum, *quia Pius V.tollit libertatem recitandi per aliud breuiarium, quam ſupradictum, & aliter recitandi officium diuinum, reuocando omnia priuilegia in contrarium, quando tolleretur vſus breuiarij ſupradicti, non tamen, quod aliquando, interueniente aliqua iuſta, & legitima cauſa, in aliquo caſu, vel caſibus, recitari non poſsit. ad modum contentum in priuilegio ſupradicto, cum id, & aliquid amplius liceret, ſecundum ius commune, nec Pius V, reuocat ius commune.* Sed quamuis repentina,& grauis occupatio excuſet à recitatione officij, vt ſupra probatum eſt in 3.cauſa, tamen omiſſio officij ex tali cauſa, non repugnat vſui breuiarij, ſicut repugnat dicere officium de ſanctis, qui fuerunt hebdomada præterita feria 5.& ſabbato huius hebdomadæ, & officium feriæ quintæ huius hebdomadæ recitare hebdomada præterita.v.g. in feſto Sanctorum Apoſtolorum Philippi,& Iacobi,& in feſto inuentionis ſanctæ Crucis, quare mihi videtur eſſe reuocatum, vel ſaltem non eſſe in vſu.

21 Decimum priuilegium, eſt Leonis X.qui conceſſit, ne Fratres minores mutuo ſe impediant in officio diuino, aut alijs ſint faſtidioſi, vt illa, quæ in ordinario iubentur dici ſecretè, ſub ſilentio, tam in horis canonicis, quam etiam in miſſa, non tenean-

Digitized by Google

teneantur proferre vocaliter,ſed ſatisfaciant dicendo mẽtaliter,aut legendo,inter ſe per librum,quia aliqui deuotius ſic dicunt,& abſque impedimento, & faſtidio aliorum,& quod eodem modo poſſit facere, qui ſolus dicit officium per ſe, cum prolatio verbalis ſit præcipue, vt ab alijs intelligatur. hoc priuilegium habetur in ſupplemento fol. 59. conceſſione 170.& in compendio priuilegiorum mendicantium,verbo, officium diuinum primo num.9. & refert Nauarrus cap.19. de oratione num.88.concluſione 9.verſ.ſexto,& cap.20.num. 14.poſt medium,Rodriquez tom.1.quæſt.regular. quæſt.42. art.4. Ludouicus Miranda tom.1. Manualis Prælator.regul. quæſt.57.art.17.

22 Circa hoc priuilegium, notat Nauarrus loco citato,hoc nõ eſſe priuilegium, quatenus continet ſufficere illa dicere, abſque expreſſione vllius verbi,quod audiri poſſit ab alio,nã de iure communi nemo tenetur officium recitare voce,ſic alta,vt poſſit ab alijs audiri,ſed ſatis eſt, vt verba vere pronũcientur,& vox,inter dentes,& labia formetur: Eſſe vero priuilegium, quatenus continet ſufficere dicere mentaliter,abque vlla voce ſecreta,vel publica,quia de iure communi omnis oratio publica,etiam ſecreto dicenda, requirit verba,ſaltem ſecreto,inter dentes,& labia formanda, cum omnes canones,& ſtatuta breuiariorum habeant, vt dicantur,& nulla, quod mente tantum concipiantur,quia proprie aliud eſt dicere,& aliud cogitare;confirmatur, quia aliud eſt agendum de his,quæ in primo, & ſecundo memento miſſæ ſunt concipienda,& aliud de ijs, quæ ſunt ſecreto dicenda, denique quia nemo auderet aſſerere ſufficere verba conſecrationis mentaliter dicere,licet ſufficiat ſecreto illa dicere, ita,vt nemo illa audiat,idem etiam, & ijſdem fere verbis dicunt Rodriquez,& Miranda locis citatis,& addit Miranda, hoc eſſe ampliſſimum priuilegium,& valde conducens pro ſcrupuloſis fratribus.

23 Vndecimum priuilegium eſt eiuſdem Leonis X.qui conceſſit,vt fratres minores,dicendo horas canonicas, & alia officia diuina in choro,vel extra,ſatisfaciant præcepto capituli, dolentes.de celebratione miſſarum,de dicendo ſtudioſe pariter,& deuote,ac etiam Regulæ ſuæ, etiam ſi propter aliquã fatigationem,vel aliam cauſam dicant ſedendo,aut deambulando,vel non integre verba proferendo, pro vt ſcripta ſunt,

pro-

propter negligentiam, aut imperitiam, vel malam prolationẽ naturalem propter defectum linguæ, ſeu alias qualitercumque ore imperfecto dicant, aut, cum mentis diſtractione, & ſenſuum vagatione, dum tamen non ex malitia hæc faciant. Conceſſit etiam, vt qui cum talibus male proferentibus, vel alios ſupradictos defectus facientibus, dicunt officium, non teneantur reiterare ab alijs imperfecte dicta, aut ab eis non integre audita, propter diſtantiam localem, vel ſtrepitum, ſeu aliam cauſam: ſed ſatisfaciant præcepto eccleſiæ, & Regulæ ſuæ qualitercumque audiendo, quæ alij debent dicere præſertim in choro. Hoc priuilegium habetur in ſupplemẽto fol. 59. conceſſione 169. & in compendio priuilegiorum Societatis Ieſu, verbo, horæ canonicæ. §. 5. & illud referunt Nauarrus cap. 19. de oratione num. 85. concluſ. 9. verſ. quinto eſt, Rodriquez tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 42. art. 2. & Ludouicus Miranda tom. 1. Manualis Prælatorum regularium quæſt. 37. art. 12.

24 Circa hoc priuilegium, notat Nauarrus loco citato num. 85. eſſe potius declarationem iuris communis, quia iure communi poſſumus recitare horas ſedentes, & deambulantes, etiam, ſine vlla cauſa, quanto magis ob fatigationem, vel aliã cauſam, ob quam priuilegium iſtud indulget. Secundo, quia iure communi non tenemur repetere horas, in quibus per negligentiam, vel ignorantiam, aut malam pronunciationem naturalem, vel defectum linguæ, defectus aliquos admittimus, vel dicendo noſtrum penſum, vel audiendo ſociorum, niſi defectus efficiant partem adeo notabilem, vt ob illam repeti, & reiterari debeant, idem etiam docet Rodriquez art. 2. & Miranda art. 12. concluſ. 1. & 2.

25 Notat ſecundo Nauarrus loco citato num. 86. hoc priuilegium non eſſe intelligendum de omittentibus partem notabilem, tum quia diuerſa eſt ratio de omiſſione partis notabilis, quæ ſub peccato mortali debet iterari, & de parte non notabili, quæ ad ſummum, cum peccato veniali omittitur, tum etiam, quia priuilegia reſtringenda ſunt non amplianda cap. quæ contra iura. de regulis iuris lib. 6. cap. porro. de priuilegijs. idem docet Rodriquez quæſtione 42. num. 2. circa illa verba priuilegij, *vel non integre verba proferendo*, vbi notat, non ſatisfacere præcepto recitandi illos, qui dum recitant, omittunt tantam partem verſuum, vel pſalmorum deglutien-

Digitized by Google

glutiendo,corrumpendo, vel ſyncopando verba,ſyllabas,vel litteras,adeo quod ex ita omiſſis, vel corruptis fiat pars notabilis horæ, idem etiam docet Miranda loco citato art.12. concluſione 3.

26 Notat tertio Nauarrus loco citato num.88. verſ.ſecundo reſpondetur. hoc priuilegium non excuſare à peccato,etiam veniali eum,qui admittendo aliquos defectus in eo cōtentos peccaſſet, niſi fuiſſet priuilegiatus; quia ſolum concedit,vt non obſtantibus illis defectibus,ſatisfaciant præcepto Concilij generalis cap.dolentes,& multi ei ſatisfaciunt, peccando venialiter. Rodriquez dicta quæſt.42. art.2. verſ.ex quibus,ait.In conceſſione Leonis X. tantum conceditur, quod ſatisfaciat præcepto, & idem docet Miranda in dicto art.12. concluſione 3.fin.vbi addit,ſolummodo enim conceditur in fauorem eius,vt non obſtantibus dictis defectibus,ſatisfaciat decreto *Cap.Dolentes*.etiam ſi eos poſtea non ſuppleat.

27 Quarto,& vltimo notat Nauarrus,ibidem,illud, quod in prædicto priuilegio dicitur de euagatione, & diſtractione, intelligendum eſſe,ita,vt ſaltem virtute attendat ad id, quod dicit,quod clare ſignificat, id,quod de malitia addit, quod ipſum etiam eſt de iure communi. Rodriquez art.2. citato verſ.ex quibus.ait verba illa priuilegij,*Dum ex malitia hæc nō ſtant*.intelligenda eſſe de malitia voluntaria, per quam perditur attentio,ad minus virtualis, ſatisfaciendi præcepto recitandi horas canonicas, non autem de malitia non tollente prædictam attentionem. idem docet Miranda loco citato concluſione 4.

28 Dices,ſi hoc priuilegium, & aliqua ſupradicta nihil concedunt,vltra ius commune,ergo nihil proſunt. Reſpondet Nauarrus cap.19.de oratione concluſione 9.num.86. multum conferre ad pellendos ſcrupulos, & idem reſpondet Rodriq. art. 2.cit poſt medium,Miranda tom.1.quæſt.37.art.12.concluſione 1:ait,*multum conferunt ad pellendos ſcrupulos, & pacandas multorum timoratas conſcientias, atque etiam, quando cauſæ in id de iurecommuni requiſitæ non ſunt ita vrgentes, vt ſecundum epicheiam, & iuſtam legis interpretationem intelligantur eſſe claræ,& manifeſtæ*. Secundo reſpondet Nauarrus loco citato num.88.verſ.ſecundo reſpondetur.*prodeſſe ad tollendum obligationem, qua Religioſi nonnumquam obſtringi poſſunt ad ſupplendum,ſub pœna peccati venialis aliquos defectus,*

qui

qui ſolo peccato veniali admittuntur.

29 Duodecimum priuilegium,eſt eiuſdem Leonis X. qui conceſſit, quod Religioſi Ordinis Minorum, qui officium diuinum ſoluerint per librum,conſequantur remiſſionem dimidiæ partis peccatorum commiſſorum illa die, qua prædictũ ſoluunt officium,habetur in ſupplemento fol.94. pag.1.conceſſione 298 & in compendio priuilegiorum mendicantiũ, verbo,officium diuinum tertio.num.2. & in compendio priuilegiorum Societatis Ieſu,verbo,indulgentiæ §.18. & illud referunt Nauarrus cap.19.de oratione num. 88. concluſione 10.& Rodriquez tom. 1. quæſtionum regularium quæſt.42. art.6.ex hoc priuilegio dicit Nauarrus loco citato, *videtur colligi,melius eſſe dicere horas ex libro, quã memoriter, ſi enim id non eſſet tale,non conceſſiſſet tam magnam indulgentiã illud agenti*,& probat, tum quia recitans prolixe memoriter facilius diſtrahitur ad extranea,quam ſi ex libro, præſertim ſi eſt indoctus,& non intelligit ea,quæ recitat;tum etiam, quia ex lectione non parum iuuatur tertia ſpecies attentionum, quæ eſt ad verba, & hoc dicit Nauarrus eſſe vere priuilegium,& idem dicit Rodriquez art.6.citato.

30 Quæres,an lucretur prædictam indulgenttiam ille,qui officium diuinum dicit partim legẽdo, partim vero memoriter, vt faciebat Nauarrus? Reſpondeo negatiue. Ratio eſt,quia, vt docent communiter doctores in materia de indulgentijs; indulgentiæ tantum valent,quantum ſonant, ſed hæc indulgentia conceditur illis,qui officium diuinum ſoluerint per librum,ergo probabiliter tamen crederem,illam lucrari,qui ſolum diceret memoriter Pater noſter, Aue Maria,Credo,& Inuitatorium,& in fine pſalmorum Gloria Patri,& Filio,&c. tum quia hæc eſt parua materia,tum etiam, quia,non videtur pars eſſentialis;quare,nec illam lucrantur,qui dicunt matutinum legendo, reliquas vero horas memoriter,quia nomine officij intelliguntur omnes horæ canonicæ nocturnæ,& diurnæ, & priuilegia ſunt reſtringenda.

31 Decimumtertium priuilegium,eſt Pij V.conceſſum Fratribus minoribus die 8. Ianuarij anno Domini 1569. Dilectis filijs Miniſtro Generali,& vniuerſis fratribus Ordinis Minorum de obſeruantia indulſit,vt qualibet quinta feria,quæ totius Quadrageſimæ,aut Aduentus non fuerit,aut aliquod feſtum,aut aliqua octaua non inciderit,omiſſo occurrenti officio,

Digitized by Google

cio, illud de Corpore Chriſti, iuxta illud, quod in præſenti bruiario Romano in eius ſolemnitatis die recitandum proponitur, recitare libere, & licite valeant: diſtrictius inhibens quibuſcumque locorum Ordinarijs, & quibus vis alijs quacumque authoritate fulgentibus, vel cuiuſcumque gradus exiſtentibus, ne dictos fratres, & eorum quemlibet quouis prætextu, ſuper præmiſſis quo modolibet moleſtare, perturbare, aut inquietare, ſub excommunicationis ſententia alijsque arbitrio ſuo moderandis, & infligendis pœnis audeant, vel præſumant. hoc priuilegium refert Rodriquez tom. 1. quæſtionum regularium quæſt. 42 art. 16. & fuit conceſſum per bullam, vt refert idem Rodriquez in collectione priuilegiorum Apoſtolicorum tom. 2. fol. 405. in prima bulla Pij V.

32 Quæres, an occurrente feſto ſimplici, poſſint prædicti fratres recitare officium Sacramenti? Reſpondeo, circa hoc duas eſſe ſententias. Prima negat, ratio eſt, quia non eſt credendum, Pontificem voluiſſe feſtum ſimplex occurrens excludere, nam in prædicto priuilegio ait Pius V. aut aliquod feſtū, quæ propoſitio, cum ſit indefinita æquipollet vniuerſali, comprehēdens quodcumque feſtum, etiam ſimplex, hanc ſententiam ſequuti ſunt aliqui, quos, ſine nomine refert Rodriquez in dicto art. 16.

Secunda ſententia affirmat, tum quia vſus omnium Prouinciarum eſt in contrarium, tum etiam, quia in rubrica breuiarij fratrum minorum dicitur, vt prædictum officium ſacramenti, ſolum occurrente feſto duplici, ſemiduplici, aut octaua non recitetur, & ad argumentum primæ ſententiæ reſpondet, licet illa verba, ſecundum ſuam ſignificationē, etiam feſtum ſimplex comprehndant, tamen ex antecedentibus reſtringenda eſſe ſolum ad feſtum duplex, aut ſemiduplex; dixerat enim Pontifex, *vt in qualibet quinta feria, quæ totius Quadrageſimæ, aut Aduentus non fuerit*, ex quibus verbis infertur, quod in vigilijs Sanctorum totius anni, extra quadrageſimam, & aduentum feria quinta occurrentibus, poteſt recitari officium de ſacramento, ſed vigiliæ ſanctorum præferuntur ſanctis ſimplicibus, nam occurrente vigilia, cum ſancto ſimplici, totum officium fit de vigilia cum commemoratione ſancti in laudibus. Cum igitur officium ſacramenti excludat vigilias, multo magis excludet ſanctos ſimplices, cū

ſint inferioris gradus, quam vigiliæ, hanc ſententiam docet, & probat Rodriquez in dicto art. 16. quæ mihi videtur probabilior, ſed ſi alicubi eſſet vſus in contrarium, iudico ſequẽdum eſſe vſum, tamquam priuilegij interpretem, vt communiter docent doctores de conſuetudine recepta reſpectu legum.

33 Decimumquartum priuilegium eſt, Iulij III. conceſſum Præpoſitis Generalibus Societatis Ieſu, quo poſſint Patres eiuſdẽ Societatis ex facultate Præpoſiti Generalis, aut eius, quem ipſe ad id ſubſtituerit, ſine ſcrupulo officium diuinum miſſæ poſtponere iuſtis de cauſis, ſuper quo conſcientia licẽtiam impartientis oneratur, hoc priuilegium conceſſit Iulius III in conſtitutione ſua, quæ incipit Dilecto Filio Ignatio, ſub Datum Romæ die 22. Octobris 1552. habetur in libro litterarum Apoſtolicarum Societatis Ieſu Romæ impreſſo anno 1615. fol. 68. & in cõpendio priuilegiorum Societatis Ieſu, verbo horæ canonicæ §. 1. poſt priuilegium addit compilator. *Hac facultate, dum opus fuerit, vti poterunt itinerantes; Reliqui vero ex conceſsione ſuperioris.* Hoc priuilegium refert F. Hieronymus à Sorbo loco infra citando num. 4.

34 Hoc priuilegium nunc nihil concedit vltra ius commune; nam communis doctorum ſententia docet nunc nullum eſſe peccatum, miſſam celebrare, non recitato matutino, cum laudibus, cum nullus ſit ordo, inter matutinum, & miſſam, vt nouiſſime probaui in libro 1. de præcipuo ſacerdotis officio cap. 4. dubio 3. num. 17. & num. 18. vbi refero doctores: quando vero hoc priuilegium fuit conceſſum, communis ſententia docebat, eſſe peccatum mortale, miſſam celebrare, non recitato matutino, & ideo tunc fuit valde vtile, nam fuit anno 1552. quæ ſententia ſpatio 90. annorum, ita mutata eſt, vt omnes fere, qui poſtea ſcripſerunt, & ſcribunt, contrariam ſequantur.

35 Decimumquintum priuilegium Pauli III. Iulij III. & Gregorij XIII. conceſſum Patribus Societatis Ieſu, vt non tenẽãtur dicere horas canonicas in choro. Paulus III. in conſtitutione ſua, ſub datum Romæ anno 1540. quinto Kal. Octobr. Pontificatus ſui anno 6. ſic ſtatuit. *Socij omnes quicumque in ſacris fuerint, quamuis beneficia eccleſiaſtica, aut eorum reditus non habeant, teneãtur tamen ſinguli priuatim, ac particulariter, & non communiter ad dicendum offi[c]ium, ſecundum eccleſiæ ritum.*

tum. habetur in libro litterarum Apoſtolicarum Societatis Ieſu Romæ impreſſo anno 1615.fol:8.Iulius III.in Conſtitutione ſua, quæ incipit Iulius Epiſcopus, ſub datum Romæ anno 1550.12.Kalend. Auguſti Pontificatus ſui anno primo, ſic ſtatuit. *Socij autem omnes, cum presbyteri eſſe debeant, ad dicendum officium, ſecundum communem eccleſiæ ritum, ſed priuatim, & non communiter, vel in choro teneantur*; habetur in prædicto libro litterarum Apoſtolicarum fol.59. Prædictam conſtitutionem integram refert P.Ioannes Azorius tom.1. inſtitut.moralium lib.13.cap.7.& in compendio conſtitutionem prædictã Pauli III.& Gregorius XIII. in conſtitutione ſua, quæ incipit Gregorius Papa, ſub datum Romæ die vltima Februarij 1573.Pontificatus ſui anno primo, ſic ait. *Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ſocijs prædictis, vt horas canonicas ſinguli, & priuatim, iuxta vſum Romanæ eccleſiæ, non autem communiter, ſeu in choro recitare teneantur*. habetur in prædicto libro litterarum Apoſtolicarum fol.131.

36 Prædictum priuilegium refertur in compendio priuilegiorum Societatis Ieſu, verbo horæ canonicæ §.6. & illud refert Rodriquez tom.1.quæſtionum regularium quæſt. 42. art.20. fin.vbi ait; *Licet Religioſi Societatis Ieſu tria tantum vota ſimplicia promittentes, ſint vere Religioſi, ſecundum Conſtitutionem Gregorij decimitertij, non tamen tenentur dicere officium diuinum in choro, prout illis conceſſerunt Paulus tertius, Iulius tertius, & Gregorius decimustertius, prout refertur in compendio Societatis Ieſu; imo nec etiam, extra chorum tenentur ſacris non initiati; prout in eorum Conſtitutionibus, à ſede Apoſtolica approbatis continetur*, & F.Hieronymus à Sorbo Capucinus in annotatione ſua in compendio priuilegiorum mendicantiũ, verbo, officium diuinum, tertio.num.5.ait, *Societatis Ieſu profeſſi, quouſque ſacro ordine initiantur, non obligantur ad diuinũ officium perſoluendum*.

37 Quæres, an Moniales gaudeant, & vti poſſint prædictis priuilegijs conceſſis regularibus? Reſpondeo affirmatiue, ratio eſt, quia cum ſentiant omnia onera Religionis, debent etiam ſecundum ius gaudere fauoribus, & priuilegijs, orationibus, quibus gaudent viri religioſi, & ſpecialiter, circa recitationem diuini officij. Confirmatur, quia Moniales per communicationem ſunt participes omnium priuilegiorum, immunitatum, gratiarum, fauorum, & indultorum ſpiritualium, &

temporalium religioſis ſuorum ordinum conceſſorum. De Monialibus *S*anctæ Claræ, & Sancti Dominici extat priuilegium communicationis *S*ixti IV. quod habetur in libro monumenta ordinum in prima impreſſione fol.66. & in ſecunda fol.148.conceſſione 362. & in compendio priuilegiorum mendicantium,verbo communicatio priuilegiorum. num.2. & refert Rodriquez tom. 1. quæſtionum regularium quæſt. 33.art.13.& *L*udouicus Miranda tom.2. Manualis Prælatorũ regularium quæſt.46 art.2.& idem *S*ixtus IV. in bulla aurea conceſſit omnia priuilegia,& indulta eremitarum Sancti Auguſtini,& Carmelitarum, & ſeruorum S.Mariæ, ordinibus conceſſa,ſororibus,oblatis,&c. habetur in ſupplemento primæ impreſſionis fol 66.& in ſecunda fol.149. conceſſione 367.& in prædicto compendio num.3. & idem *S*ixtus communicauit ſororibus trium ordinum B.*F*ranciſci omnia priuilegia,tam ſpiritualia,quam temporalia mendicantium ordinibus conceſſa,habetur in ſupplemento fol.109.conceſſione 464.& in prædicto compendio num. 4. Denique idem *S*ixtus conceſſit,vt ſorores ſanctæ Claræ, ſub obedientia fratrum minorum obſeruan.exiſtentes, gaudeant omnibus priuilegijs,exemptionibus, & gratijs conceſſis in genere ſororibus reformatis ſororis *C*ollectæ, habetur in prædicto libro monumenta Ordin.ſecundæ impreſſionis fol.261. conceſſione 677.& in ſupplemento fol.96.conceſſione 338.& refertur in compendio priuilegiorum mendicantium,verbo,communicatio priuilegiorum. num. 5. prædictas conceſſiones,& communicationes priuilegiorum refert etiam *L*udouicus Miranda tom.2.Manualis Prælat.regularium quæſt. 46.art. 2.vbi notat,quod in prædictis conceſſionibus, ſolum indulgetur communicatio priuilegiorum conceſſorum Fratribus Minoribus, & *P*rædicatoribus per Sixtum quartum,& prædeceſſores ſuos, non autem concedendorum per alios ſummos Pontifices ſucceſſores, & idem notauit Rodriquez dicta quæſt.55.art.13.

38 Bonifacius Octauus ſtatuit ad inſtar Innocentij Quarti, quod quæcumque Moniales commiſſæ fuerint gubernationi Fratrum Minorum virtute alicuius indulti, gaudeant priuilegijs conceſſis, & concedendis prædictis fratribus. habetur in dicto lib.monumenta Ordin. primæ impreſſionis fol.32.& in ſupplemento fol.33.conceſſione 35. & refertur in compẽ-

dio

Digitized by Google

dio priuilegiorum prædicto num.6. Clemens Septimus omnia priuilegia conceſſa, & concedenda quibuſcumque ordinibus mendicantibus,& non mendicantibus induſſit ſororibus Sanctæ Claræ; habetur in dicto compendio priuilegiorum mendicantium num.19. Prædictas integras conſtitutiones Pontificum refert Rodriquez tom.1.quæſtionum regularium quæſt.55.art.1.& 13.& Miranda tom. 2. quæſtione 46. artic.2.

39 Quod vero omnia ſupradicta priuilegia,circa recitationem officij diuini, ſint etiam per communicationem conceſſa Monialibus,docet expreſſe Rodriquez tom. 1. quæſtionum Regularium quæſt.42.art.2. ſed dubium eſt,an ſint etiam cõceſſa illis monialibus,quæ non ſunt ſub cura ſuorum fratrum? ad quod dubium mihi probabiliter videtur reſpondendum affirmatiue. Ratio eſt, quia licet ab initio priuilegia conceſſa fuerint tantum monialibus ſub cura fratrum eiuſdem Ordinis exiſtentibus quia tamen ſummi Pontificis authoritate translatæ ſunt ſub cura ordinariorum, cenſendum eſt, fuiſſe translatas cum omnibus priuilegijs,& gratijs, quibus prius gaudebant,non enim iuſtum fuiſſet eas ſine cauſa priuare proprijs priuilegijs, cum nullam culpam in prædicta translatione commiſerint, ſed potius ſummo Pontifici obedientiam præſtauerint, nec debent eſſe deterioris conditionis illæ, quæ ſunt ſub cura Ordinariorum, quam illæ,quæ ſunt ſub cura Religioſorum, & idem dicendum puto de illis monaſterijs,quæ de nouo fiunt ſub cura Ordinariorum:æquũ enim eſt,vt gaudeãt ijſdem priuilegijs,& gratijs, quibus gaudent illæ,quæ ſub cura Regularium ſunt,vel fuerunt,ratio eſt, quia eo ipſo,quo ſummus Pontifex confirmat aliquod monaſterium,ſecundum Regulam,& conſtitutiones alicuius Religionis approbatæ, cenſetur etiam concedere illi omnia priuilegia,indulta,exemptiones,& gratias eiuſdem ordinis,quæ enim ſentiunt onera,debent etiam ſentire & commoda.

40 Quæres, an Regulares poſſint nunc prædictis vti priuilegijs? Reſpondeo affirmatiue, ijs tamen exceptis, quæ viuæ vocis oraculo conceſſa ſunt,ratio eſt, quia Gregorius Papa XV.omnia reuocauit,& annullauit in Conſtitutione ſua,quæ incipit.Romanus Pontifex edita die 2.Iulij 1622.Pontific.ſui anno 2.tenoris ſequentis.

41 Motu proprio,& ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris,

Digitized by Google

noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Omnia,& ſingula indulta,facultates,priuilegia,gratias,& conceſſiones quaſcumque ſpirituales,& eccleſiaſticas, tam ad forum interius,quam ad exterius ſpectantia, ac tam ad ſupplicationem partium,quam motu,ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus à ſede Apoſtolica, quæ tamen viuæ vocis oraculo hactenus quandocumque, & qualitercumque,ex quauis etiam de neceſſitate exprimenda cauſa,quibuſuis Collegijs,Capitulis,Ordinibus,tam mendicantium,quam non mendicantium, Societatibus,etiam Societati Ieſu, ac Congregationibus quibuslibet,ſiue eorum,& eorum reſpectiue Præpoſitis,Decanis, Magiſtris,Miniſtris,Prælatis,Prioribus, Rectoribus, Generalibus, vel Prouincialibus, quocumque nomine nuncupatis, Superioribus,etiam quomodolibet exemptis, ac ſedi prædictæ immediatè ſubiectis, cuiuſcumque dignitatis,præminentiæ,aut quouis priuilegio munitis, non tamen ad ſupplicationem Regum conceſſas,in ijs videlicet,quæ non ſunt ſortita effectum,tenore præſentium reuocamus, caſſamus,tollimus,abrogamus,& annullamus,ac reuocata,caſſa,ſublata,abrogata,& annullata, viribuſque & effectu vacua perpetuo fore,& eſſe,neque in poſterum cuiquam ſuffragari poſſe,vel debere,neque aliquem ijs de cætero vti vllo modo poſſe,etiam ſi expreſſa,& ſpecifica mentio,etiam de verbo, ad verbum de ijs facienda eſſet, Decernimus, & declaramus,firmis tamen, & in ſuo robore permanentibus omnibus indultis,& alijs conceſſionibus prædictis viuæ vocis oraculo S.R.E.Cardinalibus ad ipſorum,vel aliorum quorumcumque fauorem propria S.R.E.Cardinalium manu firmatis,pro ipſis,vel alijs factis,& de quibus ijdem S.R.E.Cardinales teſtimonium in ſcriptis præbuerunt.

42 Deinde Vrbanus Papa Octauus in conſtitutione ſua,quæ incipit,Alias fel.rec.Gregorius Papa XV.edita die 20.Decẽbris 1631.Pontificatus ſui anno 9. extendit prædictam Conſtitutionem Gregorij Papæ XV. etiam ad indulta, & priuilegia S.R.E.Cardinalium manu firmata, etiam intuitu,contẽplatione,ſeu ad inſtantiam Imperatoris,Regum, & Principũ quorumcumque,aut alias quomodolibet conceſſa.

Prædictæ Conſtitutiones habentur in libello, cuius titulus eſt,Bullæ, & Decreta recentiora fol.64.& 66.

43 Quæres,quænam priuilegia ex prædictis ſint viuæ vocis oraculo

culo conceſſa? Reſpondeo, Primum priuilegium ſupra cap. 13.num. 1. relatum,conceſſum fuiſſe à Sixto Quarto die 7. Martij anno Domini 1482. viuæ vocis oraculo, ita refert F. Emanuel Rodriquez in noua collectione, & compilatione priuilegiorum Apoſtolicorum Regularium mendicantium, & non mendicantium,tom.1.fol.237. in libris Lugduni impreſſis anno 1609.poſt bullas Sixti Quarti titulo. viuæ vocis oracula Sixti IV. proponuntur,num.4.

44 Secundum priuilegium ſupra num.3.relatum,fuit ab Innocentio Octauo viuæ vocis oraculo conceſſum,ita refert idem F.Emanuel Rodriquez in prædicto libro tom.1.fol.247. poſt bullas Innocentij Octaui titulo. Sequuntur quædam viuæ vocis oracula num.5.

45 Tertium priuilegium ſupra num.5.relatum,fuit à Leone X. viuæ vocis oraculo conceſſum menſe primo ſui Pontificatus qui fuit anno Domini 1513. ita refert idem Rodriquez in prædicto libro tom.1.fol. 337 poſt bullas Leonis X. titulo Oracula viuæ vocis Leonis Papæ X. num.48.& 69.

46 Quintum priuilegium ſupra num.10.relatum,fuit ab Innocentio Octauo viuæ vocis oraculo conceſſum,ita refert idem Rodriquez in prædicto libro tom.1. fol.247.eodem titulo, num.11.

47 Septimum priuilegium ſupra num.15.relatum,fuit à Leone X.viuæ vocis oraculo conceſſum,teſtimonio S.R.E.Cardinalis Laurentij tituli ſanctorum quatuor coronatorum, ita refert idem Rodriquez in prædicto libro fol. 334. titulo prædicto num.26. Ampliatio ſeptimi priuilegij ſupra num.16.relata fuit à Pio V.viuæ vocis oraculo cōceſſa,teſtimonio Cardinalis Carbelli,ita refert idem Rodriquez in prædicto libro tom.2 fol.449.poſt bullas Pij V.titulo viuæ vocis oracula Pij V.num.2.

48 Nonum priuilegium ſupra num.19.relatum,fuit a Leone X viuæ vocis oraculo conceſſum, ita refert idem Rodriquez in prædicto libro tomo. 1. folio 336. in oraculis viuæ vocis num.44.

49 Decimum priuilegium ſupra num.21.relatum, fuit etiam à Leone X viuæ vocis oraculo conceſſum, ita refert idem Rodriquez in prædicto libro tom.1.fol.333. in oraculis nu.12.

50 Vndecimum priuilegium ſupra num.23.relatum,fuit etiam à Leone X. viuæ vocis oraculo conceſſum, ita refert idem Ro-

Rodriquez in prædicto libro to.1.fol.332. in oraculis nu.11.

51 Duodecimum priuilegium ſupra num.29.relatum,fuit etiã à Leone X.viuæ vocis oraculo conceſſum,teſtimonio Cardinalis Surrentini litteris ſuo ſigillo munitis, ita refert idem Rodriquez in prædicto libro tom.1.fol.339. in oraculis viuæ vocis num.73.

52 Dices,ſi Regulares nunc non poſſunt prædictis vti priuilegijs,cur illa retulimus. Reſpondeo duplici ratione,prima,vt ea ſciantur,ſecunda, quia poterit aliquando ab aiiqua Religione impetrari ab eodem D. N. Vrbano VIII. vel ab alijs ſummis Pontificibus eius ſucceſſoribus, vt prædicta priuilegia viuæ vocis oraculo conceſſa, iterum confirmentur,& per bullas concedantur,ita,vt poſſint Religioſi licite illis vti, nõ obſtantibus prædictis conſtitutionibus Gregorij Papæ XV.& Vrbani Octaui, & alijs in contrarium quibuſcumque.

Omnia ſubijcio correctioni S.R.Eccleſiæ.

LAVS DEO ET B MARIÆ SEMPER VIRGINI.

Digitized by Google

INDEX
RERVM, ET VERBORVM NOTABILIVM,
Quæ in hoc Tractatu de Diuino, & Eccleſiaſtico Officio, ſeu de Horis Canonicis continentur.
Primus numerus folium, ſecundus.
Paragraphum denotat.

A

Actus Interni.

1 PRobabile eſt poſſe Eccleſiam aliquos actus internos per ſe præcipere, & prohibere. f 115. §. 7.

2 Poteſt Eccleſia actus purè internos præcipere, & prohibere, quatenus ſunt neceſſarij ad externos debito modo præſtandos, vt ſint actus virtutis. ibidem 8.

Additio officio Diuino.

1 SI Diuino officio aliquid addatur, veluti pars ipſius, idque perpetuo ritu ſtatuendo eſt graue peccatum ex ſuo genere 104. 1.

2 Si additio non fieret ritu perpetuo, vt ſi quis in choro faceret commemorationem alicuius Sancti, quæ iuxta Breuiarium facienda non eſſet, poſſet à peccato mortali excuſari ex ignorantia, vel indiſcreta deuotione. ibidem 2.

3 Si additio fieret in materia graui, cum omiſſione alicuius partis Officij, vt in omiſſis lectionibus, aliæ non approbatæ legerentur, eſſet duplex peccatum. f 105 3.

4 Si quis in choro faceret cæremonias inſolitas, vt ſiſe in terram proſterneret, dum Ieſu nomen profertur, peccaret venialiter, à quo poſſet excuſari, ſi putaret eſſe deuotionem, præſertim, ſi bis, vel ſemel id faceret. ibidem 4.

S. Ambroſius.

1 S. Ambroſius fuit Primus, qui conſuetudinem alternatim in Choro pſalmos canendi in Eccleſia Occidentali introduxit. f. 53. 5.

Attentio.

1 Vide verbo Diſtractio.
2 Canonici, & Beneficiarij diuinum Officium in choro, abſque interna attentione recitantes, peccant mortaliter, & ad fructuum reſtitutionem tenentur. f.122. 2.
3 Probabilius eſt non teneri ad reſtitutionem, ſi habuerint propoſitum repetendi, & id præſtiterint. f.123. 5.
4 Probabilius eſt Regulares, & Moniales peccare mortaliter, ſi in choro, dum pars notabilis officij recitatur, voluntariè internam attentionem non habuerint. f.127. 2.
5 Beneficiarius qui recitat diuinum Officium ſine debita attentione, tenetur fructus reſtituere. f.271. 2.
6 In Priuata Diuini Officij recitatione eſt neceſſaria ex præcepto, ſub peccato mortali attentio non ſolum externa, ſed etiam Interna, actualis vel virtualis. f.421. 2.
7 Proponuntur argumenta Patris Ioannis de Lugo, quibus probat, internam attentionem non eſſe neceſſariam. f.428. 4.
8 Soluuntur prædicta argumenta. f.442. 30.
9 In recitatione Diuini Officij requiruntur duo actus interiores, ſcilicet attentio ex parte intellectus, & intentio, ſeu propoſitum orandi ex parte voluntatis. f.325. 8.
10 Attentio in oratione vocali triplex eſt, Prima ad verba: Secunda, ad ſenſum verborũ: Tertia ad Deũ, vel ad rẽ pro qua oratur f.426.9
11 Quæcunque attentio ex tribus prædictis poteſt eſſe actualis, vel virtualis. ibidem 10.
12 Quamuis recitans Diuinum Officium aduertenter circa alia diuagetur ſi non aduertat per hoc diſtrahi ab officio, ſatisfacit huic præcepto. f.427. 11.
13 Ille qui dum recitat Officium, aduertit ſe diuagari, ſi mediocrem adhibeat diligentiam, vt attendat, nullo modo peccat; ſi eam non adhibeat peccat tantum venialiter. f.428. 12.
14 Ad Eccleſiaſticum præceptum recitandi Diuinum Officium implendum neceſſaria eſt aliqua attentio, dum illud recitatur. f.429. 13.
15 Ad præceptum implendum recitandi Diuinum Officium ſufficit illud incipere, cum propoſito orandi, & in eo perſeuerare formaliter vel virtualiter, dum illud recitatur. ibidem 14.
16 Ad præceptum Diuinum Officium recitandi adimplendum, non requiritur neceſſario attentio actualis, ſed ſufficit virtualis f.430. 15.
17 Probabilius eſt, non ſufficere quamcumque ex illis tribus attentionibus ad hoc præceptum implendum, ſed requiri primam, ſcilicet ad verba, & tertiam ad Deum, ſaltem virtualiter, non autem ſecundam. f.433. 18.
18 Quæcunque ex tribus attentionibus ſufficit, etiam minima, quæ eſt ad verba, modò adſit animus orandi, & vacandi Deo. ibidem.

Ille,

Digitized by Google

19 *Ille qui habet primam attentionem ſi excludat meliorem, quia non eſt capax illius, vel ex rationabili cauſa, ne caput defatiget. ſatiſfacit huic præcepto.* f.434. 21.

20 *Qui diuinum officium recitat voluntarie, ſine vlla attentione, ex ſuo genere peccat mortaliter.* f.436.25.

21 *Qui ex defectu attentionis non implet præceptum recitandi Diuinum officium, tenetur illud iterum recitare intra eumde die* f.437. 27.

22 *Qui dum recitat Diuinum officium voluntarie diſtractus, habet propoſitum illud iterum recitandi, non peccat mortaliter, ſed tantum venialiter propter irreuerentiam.* f.438. 28.

23 *Ille qui dum recitat diuinum officium, ex propoſito occupat ſe in actionibus externis, quæ impediunt attentionem neceſſariam, vt ſcribere, legere peccat mortaliter.* f.341. 1.

24 *Ille, qui, dum recitat diuinum officium, occupatur in actionibus, quæ non requirunt tantam aduertentiam, vt induens ſe, vel calceans, non peccat mortaliter.* f.443. 5.

25 *Si quis eſſet tam diligens, & habilis, vt legendo, vel ſcribendo attenderet ad recitationem officii, quantum eſſet neceſſarium, non peccaret mortaliter, ſed venialiter propter irreuerentiam.* f.444 6.

26 *Lauare faciem, & manus, induere, & exuere ſe, dum recitatur officium diuinum, ſi id fiat abſque nimia feſtinatione, etiam ſine vlla iuſta cauſa, nullum eſt peccatum.* f.445. 7.

27 *Qui dum recitat diuinum officium, occupatur in actionibus ad ipſum officium ſpectantibus, ſcilicet voluendi cartas, parandi libros, nullo modo peccat.* f.446. 9.

28 *Qui diuinum officium recitat in Miſſa de præcepto, ſatiſfacit vtrique præcepto, non ſolum, quando ſacerdos ſubmiſſa voce orat, ſed etiã dum alta voce pronunciat.* f.447. 3.

Audiendarum Confeſſionum occupatio.

1 *EXcuſatur ſacerdos à recitatione officii, qui per totũ diẽ occupatus fuit in audiẽda cõfeſſione exiſtemis in articulo mortis* f.483 1.

2 *Excuſantur confeſſarii, quando non poſſunt omnium confeſſiones audire, ſi diuinum officium recitarent.* f.484. 2.

3 *Quando eſt magna pœnitentium copia, & inſtat dies vltima Iubilæi, vel præcepti eccleſiæ, poſſunt confeſſarii licite omittere officium ſi illud recitare non poſſunt, niſi omittendo confeſſiones aliquorum, qui propter hoc non conſequerentur Iubilæum.* ibidem.

4 *Si neceſſitas audiendi confeſſiones, ad quas quis ex iuſtitia tenetur, frequenter recitationem officii impediret, non excuſaret à recitatione officii.* f.485. 5.

5 *Licet officium audiendi confeſſiones, non ſit alienum à ſacerdote ſi tamen propter incapacitatem perſonæ, non poſſit, officium recitare, vt illi muneris ſatiſfaciat, peccat mortaliter illud voluntarie ſuſcipiendo, vel retinendo.* ibidem.

B.

Beneficiarius, & Beneficium.

1 *BEneficiarius non peccat mortaliter, ſi ſemel aut bis Diuinum Officium, aut partem notabilem ex negligentia omiſerit recitare in choro cum animo ſupplendi.* f. 149. 13.

2 *Si Beneficiarius ſemper omitteret illas Officij partes, quas ſine mulcta poteſt omittere, non peccaret mortaliter ſi bona fide procederet, ſecus verò ſi haberet formale, vel virtuale propoſitum ſemper illas omittendi,* f. 151. 17.

3 *Beneficium eſt quicunq; redditus certus ex bonis Eccleſiaſticis, qui habetur titulo clericali, & datur in perpetuum.* f. 204. 6.

4 *Non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica redditus illi, qui dantur propter actionem temporalem matriculariis, vt pulſent campanas, organa, & Clericos doceant Grammaticam &c.* ibidem 7.

5 *Quando puer, qui ante rationis vſum beneficium Eccleſiaſticum adeptus eſt, teneatur diuinum officium recitare?* f. 205. 9.

6 *Quodcunque beneficium Eccleſiaſticum, quantumuis tenue inducit obligationem recitandi diuinum Officium.* f. 209. 2.

7 *Quodnam Beneficium dicatur tenue?* f. 210. 3.

8 *Clericus, qui à principio recepit pingue beneficium, ſed progreſſu temporis factum eſt tenue, tenetur diuinum recitare officium.* f. 214. 13.

9 *Quando Beneficium tenue obligat ad aliquod ſeruitium Eccleſiæ, pro quo præter fructus Beneficii ſunt aſſignatæ diſtributiones tennes, obligat ad recitationem officii.* f. 215. 15.

10 *Si quis haberet plura Beneficia tenuia, ſed omnia ſimul reddant competentes fructus, obligatur ad recitandum diuinũ officium.* 216. 16.

11 *Clericus, cui dantur redditus Eccleſiaſtici, tanquam ſtipendium ob actionem temporalem, non tenetur diuinum recitare Officiũ.* ibid. 2.

12 *Si Penſio datur à Summo Pontifice Religioſo profeſſo, ſed Laico v.g. militi S. Ioannis, nõ tenetur recitare Officium B. Mariæ* f. 220. 9.

13 *Clericus, qui ratione ſacrorum Ordinum, vel Beneficiarius recitat quotidie diuinum Officium, ſi penſionem reciperet, non teneretur recitare Officium B. Mariæ.* f. 222. 11.

14 *Capellania collatiua obligat ad recitandum Officium.* f. 223. 2.

15 *Capellania non collatiua non obligat ad officium.* f. 224. 3.

16 *Clericus in minoribus habens cappellaniam collatiuam, ſi abſens ſit ratione ſtudiorum, non ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi per alium recitet diuinum Officium.* ibidem 5.

17 *In cappellaniis computandi ſunt, etiam illi fructus, qui dantur promiſſis.* f. 125. 6.

18 *Ille, qui habet Beneficium, non ſibi collatum, ſed ſolum commendatum integrè, quoad totam eius adminiſtrationem, tenetur diuinum Offi-*

Digitized by Google

Officium recitare. f.226 1.

19 Si Beneficium ſit ſolum commendatum, quoad publica ſeruitia Eccleſiæ non obligat illum, cui commendatur, ad recitandum officium. f.227.2.

20 Coadiutores Beneficiorum non tenentur diuinum officium recitare. ibidem 1.

21 Beneficii coadiutor ſolum tenetur ad id, ad quod datus eſt coadiutor, ſcilicet ad adminiſtranda ſacramenta, vel ad canendum in choro f.229 3.

22 Si Beneficii coadiutor habeat propriam penſionem ſuper Beneficium tenetur recitare Officium B. Mariæ. ibidem 4.

23 Habentes Præſtimonia tenentur diuinum officium recitare f.230.2.

24 Manualia Beneficia poſſidentes tenentur diuinum Officium recitare. f.231.2.

25 Habentes plura Beneficia Eccleſiaſtica non tenentur plura officia recitare ſed vnum tantum. f.133.2.

26 Plura habens Beneficia etiam iniuſtè, non tenetur, niſi ſemel quotidie officium recitare f.234.5.

27 Beneficiarius non tenetur diuinum Officium recitare ratione ſolius tituli ante acquiſitam pacificam poſſeſſionem, niſi per eum ſtet f.238.3

28 Beneficiarius non tenetur diuinum recitare Officium quando in poſſeſſione Beneficii eſt alter, contra quem litigat. f.237.5.

29 Beneficiarius tenetur diuinum Officium recitare, quando lis aduenit poſt acceptam poſſeſſionem. f.238.6.

30 Poſt titulum, & pacificam poſſeſſionem Beneficii, ſtatim tenetur Beneficiarius diuinum recitare officium, quamuis non ſtatim fructus recipiat. ibidem 7.

31 Quando quis ſua culpa, vel voluntate non recipit fructus ex beneficio, tenetur diuinum recitare officium, vt ſi eius pater recipit. f.239 8.

32 Quando quis ſacris ordinibus non initiatus, non reſidet cauſa ſtudiorum, & ideo nullos fructus recipit ex beneficio, tenetur diuinum officium recitare. f.240.10.

33 Ille, qui per Irregularitatem, vel Depoſitionem ex toto amitteret Beneficium non teneretur officium recitare. 342.3.

34 Si quis in minoribus exiſtens excommunicatus vel irregularis reciperet Beneficium, vel per ſimoniam, quia collatio eſt nulla, non tenetur diuinum officium recitare. ibidem 4.

35 Si Beneficiarius eſſet per Iudicem ſuſpenſus, vt per annum non recipiat fructus, teneretur eo anno Officium recitare. f.243.6.

36 Quando Beneficium habet annexam aliquam adminiſtrationem, vt canonicatus, ſi voluntate Papæ reſeruentur omnes fructus Beneficii ſed non diſtributiones, ille, qui habet titulum, tenetur officium recitare. f.245.3.

37 Si ablatio fructuum Beneficii, non eſt perpetua, ſed pro aliquo tempore,

Digitized by Google

pore etiam ſi violenta, & ſine ſpe recuperationis, non excuſat ab obligatione recitandi officium. f.247.3.
38 Beneficiarius ſi primis ſex menſibus ab obtento Beneficio officium non dixerit, excuſatur à reſtitutione fructuum à Concilio Lateranenſi. f.250.4.
39 Decretum Concilii Lateranenſis eſt omninò ſeruandum, tanquam vſu receptum. f.251.7.
40 Ille qui primis ſex menſibus ab obtento Beneficio Officium non recitauit peccauit mortaliter. f.252.8.
41 Qui intra ſex primos menſes ſciens Officium recitare, noluit, ſolum peccat mortaliter qui vero neſcit excuſatur à peccato. f.253.10.
42 Qui poſt ſex menſes ab obtento Beneficio officium non dixit, tenetur fructus reſtituere. f.254.12.
43 Ante Concilium Lateranenſe nulla fuit obligatio reſtituendi fructus nec de iure naturali, ac diuino, nec eccleſiaſtico. f.257.3.
44 Non poteſt Beneficiarius, qui diuinum Officium non recitauit, reſtitutionem fructuum facere in bonis ſpiritualibus. f.258.5.
45 Non eſt neceſſarium, vt Confeſſarius iniungat pro pænitentia illi, qui Officium omiſit, vt dicat Officium omiſſum, ſed quodcunque opus bonum. f.260.9.
46 Reſtitutio fructuum facienda eſt in conſcientia, ante Iudicis condemnationem licet delictum ſit occultum. f.261.2.
47 Beneficiarius, qui non recitat diuinum Officium, tenetur reſtituere omnes fructus omnium Beneficiorum quæ habet, cum cura, & ſine cura f.263.4.
48 Obligatio reſtituendi pro rata, eſt etiam pro omiſſione vnius diei f.266.7.
49 Taxa, quæ ſeruari debet, cum exacta proportione, eſt illa, quam Pius Quintus in ſua Conſtitutione ſtatuit, & declarauit. f.267.9.
50 Pro omiſſione dimidiæ horæ, vel maioris partis nihil eſt reſtituendum. f.268.12.
51 Quando omiſſio recitationis eſt leuis, puta vnius pſalmi, licet fructus Beneficii ſint copioſi non oritur obligatio reſtitutionis. f.269.13.
52 Quando omiſſio partis officii eſt peccatum mortale, ſed pars fructuum illi parti reſpondens eſt parua, oritur obligatio reſtitutionis ſub peccato veniali. f.270.15.
53 Quando quis tam frequenter omittit horam, vt licet pars fructuum illi correſpondens leuis ſit, tamen cum omiſſionibus aliis coniuncta ſit materia grauis, tenetur ſub peccato mortali reſtituere. ibidem 16.
54 Beneficiarius, qui recitat diuinum Officium ſine debitâ attentione, tenetur fructus reſtituere. f.271.2.
55 Qui recitat diuinum Officium cum debita attentione, ſine intentione ſatiſfaciendi obligationi, tamen per illum actum ſatiſfacit obligationi. f.273.5.

Bene-

56 Beneficiarius, qui per multos annos bona fide, & ſine peccato diuinũ officiũ non recitauit, nõ tenetur Beneficii fructus reſtituere. f.275 2.

57 Beneficiarius, qui dum eſſet in peccato mortali diuinum Officium recitauit non tenetur Beneficii fructus reſtituere. f.282 9.

58 Qui recitat diuinum Officium ob finem mortaliter malum ſatisfacit præcepto, & ſi ſit Beneficiarius, non tenetur fructus Beneficii reſtituere. ibidem 19.

59 Qui habet plura Beneficia in diuerſis Eccleſiis, in quibus modus recitandi officium diuerſus eſt, debet illud recitare, iuxta morem illius Eccleſiæ, in qua reſidet. f.309 9.

60 Ille qui habet Beneficium in una Eccleſia in altera vero, in qua reſidet eſt diuerſum Officium, tenetur recitare officium Eccleſiæ in qua reſidet. f.312 11.

61 Si quis hoſpitetur Neapoli in die 5. Aſprem. non ſolum poteſt officium S. Aſprem recitare, ſed etiam ad id tenetur. ibidem 12.

Breuiarium.

1 CVius Breuiarii forma tenentur vti Clerici ſæculares, Regulares & Moniales, dum diuinum Officium in ſuis Eccleſiis canunt poſt Breuiarium Pii Quinti? f.98. 1.

2 Qui non ſunt vſi Breuiariis ex inſtitutione, vel conſuetudine ducentis ante annis à ſede Apoſtolica approbatis, peccarent mortaliter, ſi alia forma uterentur. f.99 3.

3 Illis, qui habent conſuetudinem recitandi Officiũ per aliud Breuiariũ 200. annos ante hoc, permittit Pontifex, vt ſi velint, poſſint hoc vti dummodo Epiſcopus, & totum capitulum in eo conſentiat. ibidem 4.

3 In publica recitatione chori non ſeruare ordinem, vt ſi prius recitentur veſperæ et poſtea horæ, eſt graue peccatum. f.100 6.

5 Mutare ordinem partium horarum in choro, vt ſi in principio diceretur capitulum, & in fine Hymnus, eſt grauius peccatum. ibidem 7.

6 Clerici ſæculares peccant mortaliter, ſi relicto proprio Breuiario, vtantur alio, in alio Epiſcopatu approbato. 306.3.

7 Regulares peccant mortaliter ſi omiſſo Breuiario ſui Ordinis vtantur alio quocunque in priuata recitatione. ibidem.

8 Carentia Breuiarii excuſat à recitatione officii, vt ſi quis in itinere illud amitteret, & non poſſet aliud habere. f.474 7.

C.

Canonicus.

1 SI Canonicus in choro nullo modo caneret, ſed ſolum aſſiſteret, & attente audiret, non lucraretur diſtributiones qaotidianas de iure communi, ſecus vero ex conſuetudine, vel priuilegio. f.64 13.

2 Canonici qui choro non interſunt, non lucrantur quotidianas diſtributiones, & ſi eas receperint, tenentur eas reſtituere. f.64 14.

Si

3 *Si cæteri Canonici remitterent diſtributiones quotidianas illi, qui non interſuit choro, non propterea poſſet tuta conſcientia eas non reſtituere.* f.66.17.

4 *Si Canonicus, qui choro non interſuit, reſtitueret diſtributiones malè acceptas alijs Canonicis, quibus accreſcunt, & ipſi liberè ex charitate eas donarent reſtituenti, valeret donatio.* ibidem 18.

5 *Nulla conſuetudo inducta, vt Canonici non aſſiſtentes in choro lucrentur diſtributiones quotidianas, eos excuſare poteſt à reſtitutione.* f.67. 19.

6 *Valet conſuetudo ſi ex cauſa ſpeciali inducta ſit, ſcilicet, vt dentur diſtributiones quotidianæ illis, qui abſunt cauſa ſtudii.* ibidem.

7 *An peccent mortaliter Canonici, qui choro interſunt, ſine propoſito orandi, vel attendendi ſed tantum cantandi, vel aſſiſtendi, eſt dubium.* f.118. 12.

8 *Canonici confabulantes in choro non ſolum peccant mortaliter, ſed etiam tenentur reſtituere diſtributiones quotidianas.* f.125.2.

9 *Publicè in choro canentes ſuæ obligationi ſatisfaciunt, vnum uerſũ pſalmorum ad ſuum chorum pertinentem pſallendo, alium alterius chori attentè audiendo.* f.153.2.

Cantores in choro.

1 *CAnentes in choro non tenentur dicere orationem, capitula, lectiones, & alia quæ dicere ſolet vnus, ſed ſufficit ea audire.* 154.4.

2 *Non eſt vtilius, nec tutius ea, quæ ſunt in choro canenda, prius domi priuatim recitare.* f.155.6.

3 *Qui omninò omittit verſus ad ſuum chorum pertinentes, ita vt, nec illos cantet, nec voce proferat, non ſatisfacit obligationi Chori, etiam ſi habeat animum illos priuatim recitandi.* f.156.7.

4 *Si prædictus ratione beneficii tenetur choro inſeruire, peccat mortaliter; Regulares vero venialiter.* ibidem.

5 *Si chorus erraret, non cantando horam, ſi ſine ſcandalo poſſet, teneretur horam omiſſam conuentualiter canere.* ibidem 8.

6 *Illi, qui in choro organis reſpondent, non tenentur recitare illam partem, quam Organa pulſant.* f.157.9.

Cantus

1 *CAntus Organicus in officio diuino non eſt prohibitus, quando ſenſibilis delectatio ex cantu non eſt per ſe intenta, ſed ex ſubreptione, & inclinatione naturæ.* f.75.6.

2 *Cantus Organicus per ſe licitus eſt, ſi debitè, & religioſè fiat, nec vllo iure prohibitur.* ibidem 7.

3 *Contrapunctus, qui non turbat cantum Gregorianum, ſiue planum, licitus eſt.* f.76.8.

4 *Quando in cantu organico aliquid additur diuino Officio ad illud non pertinens, non per modum partis, ſed ad maiorem ſolemnitatem ſi illa, quæ adduntur, ſint pia, & cantus grauis ad deuotionem prouocans,*

Digitized by Google

prouocans, nullum eſt peccatum. f.77. 10.
5 *Quando cantus eſt laſciuus, vel omninò profanus vel ratione materiæ, vel ratione ſoni, peccatum eſt in priori modo mortale, in poſteriori poteſt eſſe veniale ex bona intentione.* f.78.10.

Cauſæ excuſantes ab officio diuino recitando.

1 P*Rima eſt Impotentia, ſeu infirmitas corporalis.* f.448. 1.
2 *Infirmus, qui non poteſt officium recitare, non tenetur illud ab alio recitante audire nec per alium illud recitare.* 949.2.
3 *Ille, qui propter infirmitatem, vel aliam impotentiam excuſatur à recitatione officii, nõ tenetur loco illius aliud dicere, vel facere.* 450.4.
4 *Priuilegia conceſſa à ſummis Pontificibus, Prælatis Religionum, vt poſſint commutare infirmis recitationem officii diuini in leuiorem orationem ſolum proſunt ad remouendos ſcrupulos.* f.451.6.
5 *Quando infirmus non poteſt dicere totum officium, non tenetur dicere partem, quam poteſt.* f.453. 5.
6 *Quando certum eſt, non poſſe infirmum, ſine graui incommodo totum officium recitare, ſed dubium, an poſſit vnam, vel alteram horam, non tenetur illam horam recitare.* f.454.4.
7 *Ille qui non poteſt ſolus totum officium recitare, tenetur illud cum ſocio recitare, ſi commode poteſt illud habere, præcipue ſi ſanus conſueuit vti ſocio.* f.455.6.
8 *Clericus qui non habet redditus eccleſiaſticos, quibus ſocium conducat, licet ſit ditiſſimus aliis profanis redditibus, non tenetur ſocium conducere.* f.456. 9.
9 *Non quælibet infirmitas excuſat à recitatione officij, ſed ſolum illa, quæ ægrotanti notabile nocumentum afferret, ſi officium recitaret, etiam cum ſocio, vel non debitis horis.* f.457 2.
10 *Febris tertiana, & quartana ordinarie poteſt excuſare, vſque ad meridiem, vel veſperam, non totò die, niſi in aliquo caſu particulari.* f.459. 5.
11 *Ille, qui tertiana, vel quartena febri laborat, tenetur recitationem officii anteponere, vel poſtponere, quando talis ægritudo impeditura præuidetur tempore legitimo.* ibidem 6.
12 *Infirmus, qui bonam partem diei expendit confabulationibus familiaribus, vel libros recreationis gratia legit, excuſatur à recitatione officii.* f.460.7.
13 *Infirmus excuſatur à recitatione officii, poſtquam febris illum deſeruit, dum conualeſcit.* ibidem 9.
14 *Si infirmitas ſit grauis, non requiritur Medici iudicium, ſed poteſt infirmus propria auctoritate à recitatione ceſſare.* 461.1.
15 *Si dubium ſit, an infirmitas ſit grauis, tunc Medicus conſulendus eſt, & ipſius iudicio ſtandum.* idem.
16 *Quando dubium eſt, an infirmitas ſit grauis, præter iudicium Medici, non requiritur auctoritas Prælati.* f.462 4.

17 *Quando etiam Medicus eſt dubius, tunc requiritur conſenſus Prælati qui poteſt aliquid condonare per modum diſpenſationis.* ibidem.

18 *In caſu prædicto non tenentur clerici proprium Epiſcopum conſulere, neque Parocham.* f. 463. 5.

Secunda cauſa, quę excuſat eſt impotentia ex parte animi.

1 *PRima eſt ignorantia iuris, quę non poteſt excuſare.* f. 471. 1.

2 *Ignorantia facti inuincibilis circa horas poteſt excuſare.* ibidē 2

3 *Si clericus, qui neſcit recitare officium ſuſciperet ſacros ordines, vel beneficium, non excuſaretur à recitatione officii, ſi commode habere poſſet ſocium qui officium dirigeret.* f. 472. 3.

4 *Si prædictus ſocium habere non poſſet, peccauit, cum tali ignorantia ſuſcipiendo ordines, vel beneficium; ſed excuſaretur à recitatione, pro aliquo tempore, dummodo diligentiam adhibeat in illo addiſcendo* ibidem.

5 *Si prædictus ſacros ordines, & beneficium ſuſciperet, quia periculū eſſet non ſuſcipiendi ordines, vel amittendi beneficium, nec tunc peccaret nec poſtea ſi vno, vel altero die officium non recitaret, donec inueniret inſtructorem.* f. 473. 4.

6 *Idem dicendum, ſi quis bona fide, ſperans habiturum Breuiarium, ſuſciperet ordines, vel beneficium.* ibidem.

7 *Si quis in itinere, vel nauigatione omitteret Breuiarium, vel furto ei auferretur & non poſſet aliud habere, nec emere propter paupertatem excuſaretur à recitatione officii.* f. 474 7.

8 *Si quis voluntarie Breuiarium in mare, vel in ignem proiiceret non ſolam peccaret mortaliter illud proiiciendo, ſed etiam omnes aliæ officii futuræ omiſſiones eſſent peccata* ibidem.

9 *Si quis ſtatim, ac proiecit Breuiarium, vere pœniteat ſe illud proiecisse, non imputantur ei futuræ officii omiſſiones* f. 475. 8.

10 *Si quis ſolum indirecte eſt cauſa omiſſionis officii, quia per negligentiam culpabilem iter faciens reliquit domi Breuiarium, ſi bona fide id fecit, excuſari poteſt à graui culpa.* ibidem 9.

11 *Qui hora 6, vel 9, initiatur ſubdiaconatus ordine, vel profeſſionem emittit, non tenetur integrum illius diei officium recitare, ſed ſolum veſperam, & completorium, ad ſummum Nonam.* f. 476. 10.

12 *Si prædictus bona fide ſuſcepit ordinem ſacrum, vel profeſſionem emiſit credens ſe ſtatim habiturum Breuiarium, excuſatur, etiam à peccato veniali, ſi omnem adhibuit diligentiam, vt illud haberet.* f. 477. 11.

13 *Illi, qui in itinere Breuiarium, ſine culpa, vel cum culpa omiſerunt, & aliud habere non poſſunt, tenentur memoriter recitare officium, vel partem notabilem quam poſſunt.* ibidem 12.

14 *Si, quis recitatis pſalmis matutinis non haberet lectiones ad manum, quia habet ſolum diurnum poſſet recitare laudes, & reliquas ho-*

ras,

ras & differre lectiones, vſque ad noctem. f.478.13.
15 *Si quis ſciret memoriter ſolum pſalmos, non autem lectiones orationes, & capitula, non teneretur illos recitare.* ibidem 14.
16 *Si quis haberet ſolum diurnum, cum quo poſſet recitare inuitatoriũ, hymnum & pſalmos, ſine lectionibus, teneretur officium recitare ſi matutinum eſſet feriæ, vel ſancti ſimplicis: ſecus ſi eſſet duplicis, vel ſemiduplicis.* f.479.17.
17 *Cenſuræ eccleſiaſticæ non excuſant à recitatione officii, vnde nec excommunicatus, nec interdictus excuſatur.* f.480.1.
18 *Irregularis, ſuſpenſus, depoſitus, & actu à ſuis ordinibus degradatus non excuſatur.* f.481.2.
19 *Irregularis depoſitus, & degradatus non poteſt dicere, Dominus vobiſcum, nec officiare in eccleſia.* ibidem 4.

Tertia cauſa, quæ excuſat eſt repentina, & grauis occupatio.

1 *Actio debet eſſe neceſſaria, ideo non excuſat diuina contemplatio, etiam altiſſima, nec compoſitio carminum in laudem Dei, vel ſanctorum.* f.482.1.
2 *Debet eſſe honeſta, ex Iuſtitia, vt ſi quis ex officio teneatur legere, vel concionari, & non poſſet id facere ſi diuinum officium recitaret, excuſabitur.* f.483 1.
3 *Excuſat actio ex charitate, vt ſi propter recitationem officii neceſſe ſit omittere lectionem, vel concionem, cum populi ſcandalo, aut curam infirmi cum graui illius damno.* ibidem.
4 *Peregrinatio ſponte ſuſcepta ad pia loca non excuſat à recitatione officii.* f.484.3.
5 *Beneficiarius obligatus ſolum ratione beneficii ad recitandum officium, non excuſatur, eo, quod ſtudeat, conſtituto vicario, cum ſtipendio, qui beneficio deſeruiat.* ibidem 4.
6 *Si neceſſitas actionis iuſtæ non ſit repentina, ſed continua, vt actio legendi publice, vel concionandi impediret recitationem officii, non excuſat.* f.485.5.
7 *Sæpe ceſſat obligatio recitandi officium, non ſolum propter vitandum peccatum, ſed etiam propter vitandum incommodum proprium, vel proximi.* f.486.7.
8 *Qui potuit futuram occupationem præuidere, & anticipare recitationem officii & ex negligentia non fecit, non excuſatur, ſed peccat mortaliter, ſi officium omittat.* ibidem 8.

Quarta cauſa, quæ excuſat, eſt diſpenſatio.

1 *De hac cauſa infra in verbo Papa, & in verbo Prælatus.*

Chorus.

1 *Chorus accipitur, pro loco, in quo pſalmi recitantur, & pro cantu, & pſalmodia quæ in dicto loco exercetur.* f.43.1.

2 *Si ſumatur pro loco dictus eſt à chorea ſeu corona, quia initio in modum coronæ circa aras clerici ſtabant canentes.* ibidem.

3 *Solet chorus Presbyterium appellari.* f.44.2.

4 *Si chorus ſumatur, pro ipſo cantu, eſt cantantium conſenſio* f.45.3.

5 *Si chorus ſumatur pro cantu dictus eſt à Concordia, quæ in charitate conſiſtit vel à conſonantia vocum.* ibidem 4.

6 *Vſus in choro canendi, eſt antiquiſſimus, nam initium habuit à Moyſe, vel Dauid, vel ab Angelis, qui clamabant alter, ad alterum, ſanctus ſanctus.* f.46.1.

7 *Vſus in choro canendi in lege gratiæ à Chriſto, & ab Apoſtolis initium ſumpſit.* f.46.2.

8 *Prædictus vſus ab initio Eccleſiæ, vſque ad noſtra tempora fuit perpetua conſuetudine conſeruatus.* f.48.4.

9 *Modus Dei laudes in choro canendi fuit Eccleſiæ authoritate ſancitus, & confirmatus.* f.49.5.

10 *Vſus alternatim pſalmos canendi, appellatus fuit à Græcis vſus Antiphonarum.* f.57.4.

11 *Vſum alternatim canendi Donatus Papa præcepit Eccleſiis.* 13.6.

12 *An ſatisfaciat obligationi Chori, qui ſubmiſſa voce recitat partem ſui Chori, & attentè audit partem alterius Chori.* f.16.7.

Clericus.

1 *Clericus ſecularis ordinatus ad titulum patrimonij, & nulli Eccleſiæ addictus tenetur officium recitare iuxta formam Breuiarii ſui Epiſcopatus.* f.307.5.

2 *Clerici, & Religioſi vnius prouinciæ qui in alia commorantur ratione ſtudii, poſſunt recitare officium iuxta morem illius, in qua reſident.* f.312.14.

3 *Si in aliqua prouincia, vel Religione ex negligentia, vel contumacia Epiſcoporum, aut Prælatorum non eſſet introductum Breuiarium Romanum tenerentur Clerici, & Religioſi illarum Eccleſiarum eo vti in particulari.* f.325.24.

4 *Clerici ſacris Ordinibus initiati ex præcepto tenentur ad* [illegible] *canonicas ſaltem priuatim ſub obligatione peccati mortalis.* f.171.2.

5 *Prædicta obligatio colligitur ex iure naturali, & diuino ex vi ordinis ſacri.* f.175.5.

6 *Prædictum præceptum non eſt expreſſum in iure, ſed ex antiqua, & generali totius Eccleſiæ conſuetudine.* f.177.9.

7 *Ille, cui in infantia collati ſunt ſacri ordines, non tenetur diuinum officium recitare in adoleſcentia, niſi ordinis ſuſceptionem ratificauerit.* f.179.12.

Qui

Digitized by Google

Qui ante pubertatem, vel annum decimum ſextum eſt ſacro ordine initiatus, tenetur diuinum Officium recitare. f 180. 15.

9 *Ille, qui metu graui ab extrinſeco illato, cadente in conſtantem virum Sacros Ordines ſuſcepit, & interius conſenſit, tenetur diuinum officium recitare.* f. 183. 20.

10 *Qui per ignorantiam fuit ſacris ordinibus initiatus, quia ignorabat ſe ſacrum ordinem recipere, non cogitur diuinum officium recitare.* f. 184. 2.

11 *Qui ſciebat ſe ad ſacrum ordinem promoueri, ſed ignorabat onus quotidie officium recitandi eſſe ordini ſacro annexum, cogitur illud recitare.* ibidem.

12 *Si Romanus Pontifex diſpenſet, cum aliquo, qui habet ſacros ordines, vt vxorem ducat, donec retinet Clericalem habitum, tenetur diuinum Officium recitare.* f. 185. 23.

16 *Qui poſtquam matrimonium ratum cum aliqua contraxit, clam ad ſacrum ordinem promoueatur, & poſtea ad ſuam vxorem redire compellatur, non tenebitur diuinum officium recitare.* f. 186 24.

14 *Clerici ſacris ordinibus initiati ſi ſint excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, irregulares, aut actu degradati, tenentur diuinum officium recitare.* ibidem 1.

15 *Excommunicatus non poteſt Officium diuinum cum alio recitare, etiamſi illud non recitet ex obligatione.* f. 188. 3.

16 *Sacerdos, aut Diaconus excommunicatus non peccat mortaliter, ſed tantum venialiter, nec fit irregularis, ſi in priuata diuini officij recitatione dicat, Dominus vobiſcum.* f. 191 10.

17 *Si prędictus, tanquam hebdomadarius publicè in choro id dicat, peccat mortaliter & fit irregularis.* ibidem 9.

18 *Irregularis, depoſitus, & degradatus non poſſunt in eccleſia officiare, nec dicere, Dominus vobiſcum.* f. 192. 11.

19 *Prædicti, ſi non ſunt excommunicati poſſunt in choro cum alijs officium recitare, non eo modo, quo ſolet ab habentibus ſacros ordines recitari.* ibidem.

20 *Clerici minoribus ordinibus initiati non tenentur diuinum officium recitare.* f 194. 2.

21 *Prædicti Clerici, quamuis ad plus teneantur, quam Laici, non tamen de præcepto, ita vt eius omiſſio ſit peccatum* f. 196. 4.

22 *Clerici, qui habent primam tonſuram non tenentur ex conſuetudine quotidie recitare pſalmum, Miſerere.* f. 197. 5.

23 *Prædicti Clerici non tenentur ex conſuetudine quotidie recitare officium paruum B. Virginis, nec pſalmos pœnitentiales, vel graduales.* ibidem.

24 *Non poteſt Epiſcopus obligare Clericos, vt in perpetuum prædictas preces, recitent, ſed tantum vt bis ter, aut quater in ordinatione.* f. 198. 8.

Quando

25 *Quando Epiſcopus in ordinatione præcipit ordinatis aliquas preces, vt ter, aut quater eas recitent, ad nullum peccatum obligat nec mortale, nec veniale.* f.199.10.

26 *Omnes Clerici beneficium Eccleſiaſticum habentes obligati ſunt ad diuinum officium recitandum etiam ſi non ſint ſacris ordinibus initiati.* f.200.1.

27 *Prædicta obligatio eſt, non ſolum de iure Eccleſiaſtico, ſed etiam naturali.* f.202.3.

28 *Inter recipientes beneficium, & illud dantem intercedit pactum, & contractus innominatus, ſcilicet do, vt recites.* f.203.5.

Commendatores S. Ioannis.

Commendatores S. Ioannis non tenentur diuinum Officium recitare. f.293.17.

Conuerſus.

Religioſus profeſſus ad chorũ deputatus, ſi ſuperioris authoritate ad Conuerſorum ordinem transferatur, liberatur ab obligatione recitandi officium. f.297.2.

Cœcus.

1 *Cœcus non excuſatur à recitatione officii, ſed tenetur memoriter illud recitare ſi illud memoria retinet, vel cum ſocio, ſi illum commode habere poteſt.* f.465.2.

2 *Cæcus, qui memoriter recitare poteſt ſolum pſalmos, non excuſatur à recitatione officij, eo, quod non poteſt dicere per ſe partem hymnorum; & lectionum, quam memoria non tenet.* f.466.4.

3 *Si cæcus nihil poſſet memoriter dicere, non teneretur, ità, cum ſocio officium recitare, vt ſimul cum illo dicat ſaltem verſus ad ſe pertinentes.* f.467.5.

4 *Cæcus non tenetur memoriæ mandare diuinum officium, vt illud memoriter recitet, etiamſi habeat tenacem memoriam.* ibidem 7.

5 *Si cæcus non poteſt præcipuas, & ſubſtantiales partes alicuius horæ recitare, non tenetur ad alias partes minores.* f.469.10.

6 *Cæcus, qui non poteſt recitare maiorem partem officii, tenetur ad recitandum partem minorem, quam poteſt, etiam ſi ſit minima hora, dummodo ſit integra, aut maior eius pars.* ibidem.

7 *Si cæcus, ratione ſui beneficij, debet choro intereſſe, non excuſatur ab aſſiſtentia in choro, ſed tenetur ibi recitare, pro vt poterit, recitando cum ſuo choro, quæ memoriter ſcit, & audiendo partem alterius chori.* f.470.11.

8 *Sacra Congregatio Concilii Tridentini, ſic declarauit Cæcus non excuſatur à recitatione ſuarum horarum, ſi beneficium obtineat.* ibidē.

9 *Si ſurdus ſit etiam cæcus, non tenetur, niſi ad illam officii partem recitandam, quam memoria retinet.* ibidem 12.

Deuotio.

Digitized by Google

D.

Deuotio.

1 *Differt Deuotio ab attentione, nam Deuotio eſt actus Religionis, Attentio eſt effectus Deuotionis.* f.109.2.
2 *Attentio in iuribus eſt de præcepto, non de conſilio.* f.111.4.
3 *Iura præcipiunt attentionem exteriorem, & interiorem, & ideo peccat mortaliter qui ſponte diſtrahitur.* f.113.6.
4 *Iura, quæ præcipiunt internam attentionem in recitatione diuini officii in choro, obligant, ſub peccato mortali illud recitantes.* f.116.9.

Dies.

1 *Dies interdum ſumitur pro die naturali, interdum pro die artificiali.* f.8.2.
2 *Dies naturalis eſt ille, qui integra ſolis circulatione perficitur, & continet 24. horas æquales.* ibidem.
3 *Dies artificialis incipit ab ortu ſolis, & terminatur in occaſu, & continet 12. horas inæquales.* ibidem.
4 *Nox artificialis continet 12. horas inæquales, & incipit ab Occaſu, & terminatur in ortu ſolis.* ibidem.
5 *Duodecim horæ noctis artificialis olim diuidebantur in quatuor partes æquales, inter ſe, inæquales vero in ſe, ideſt longiores, vel breviores iuxta noctium longitudinem, vel breuitatem.* ibidem.3.

Diſpenſatio.

1 *Religioſus profeſſus ad chorum deputatus, non tamen in ſacris, à Papa diſpenſatus, vt extra monaſterium viuat, tenetur diuinum officium recitare.* f.302.11.
2 *Religioſus profeſſus, non tamen ſacris ordinibus initiatus à Papa diſpenſatus, vt poſſit vxorem ducere, non tenetur diuinum officium recitare.* f.303.13.
3 *Religioſus profeſſus ad chorum deputatus à Generali diſpenſatus, vt nunquam eat ad Chorum, tenetur priuatim diuinum officium recitare.* f.304.15.
4 *Poteſt Summus Pontifex diſpenſare, cum quocunque Clerico, vel Regulari iuſta de cauſa, vt Officium Romanum recitet, etiamſi teneretur aliud recitare.* f.337.1.
5 *Poteſt Summus Pontifex diſpenſare, cum quocunque, vt licitè poſſit vti Breuiario, quod ei libuerit* ibidem 2.
6 *Ad prædictam diſpenſationem requiritur iuſta, & legitima cauſa, ſine qua eſt iniuſta diſpenſatio licet valida.* f.338.3.
7 *Non poteſt Epiſcopus, & Prælatus Religionis diſpenſare, cum ſuis ſubditis, vt non recitent Officium, iuxta Breuiarium Pii Quinti ad*

quod

quod tenerentur. *f.339 5.*

Diſtractio.

1 QVi dum recitat in choro, voluntariè diſtrahitur circa totum Officium vel partem eius notabilem, peccat mortaliter, & non ſatisfacit præcepto. f.117.10.

2 Non excuſantur à peccato mortali illi, qui abſque interna attentione Officium diuinum in choro recitant, etiamſi habeant animum illud priuatim repetendi. f.121.3.

3 Probabilius eſt prædictos non peccare mortaliter, ſed ſolum venialiter, ſi dum recitant nullam exercent actionem externam, quæ attentionem chori impedire poſſit. f.122.4.

4 Probabilius eſt prædictos teneri ad fructuum reſtitutionem, ſi diuinum officium ſine interna attentione in Choro recitent, ſine propoſito illud repetendi. ibidem 5.

5 Peccatum eſt mortale ex ſuo genere facere in Choro illas actiones externas, quæ Chori attentionem impediunt. f.128 1.

Diſtributiones quotidianæ.

1 QVi ſubmiſſa voce recitat partem ad ſuum Chorum pertinentem, & attentè audit partem alterius Chori non lucratur diſtributiones quotidianas. f.62.10.

2 Probabile eſt prædictum lucrari medietatem diſtributionũ. 63 11.

3 Reliqua vide in verbo Canonicus à numero primo, & in verbo Reſtitutio fructuum nu.6.

E

Eiectus à Religione.

1 REligioſus profeſſus ad Chorum deputatus ob ſuam culpam è monaſterio eiectus tenetur diuinum Officium recitare. f.301.8.

2 Prædictus Religioſus eiectus poteſt ab obligatione recitandi diuinum officium liberari, ſi Superiorum auctoritate transferatur ad ſtatum Conuerſorum. ibidem 9.

Epiſcopus.

1 EPiſcopus non tenetur diuinum Officium recitare in Choro, niſi in quibuſdam feſtis in quibus Conſuetudo, & publica ædificatio id poſtulat. 96 7. f.96.7.

2 Religioſus factus Epiſcopus, ſeu Rector Eccleſiæ ſæcularis tenetur recitare officium Eccleſiæ ad quam tranſit. f.308.6.

3 Poteſt Epiſcopus, & Prælatus Religionis ex rationabili cauſa ſemel diſpenſare cum ſuis ſubditis, vt recitent officium de Sancto, loco feriæ. f.339.6.

4 Reliqua vide ſupra in verbo, Diſpenſatio, & infra in verbo, Prælatus.

Equites.

1 EQuites non tenentur, ſub peccato mortali recitare illas orationes, quas eorum Regula præſcribit, loco horarum canonicarũ. 292. 16

Eremitæ.

1 ERemitæ, Ieſuuatæ, & ſimiles non tenentur diuinum Officium recitare. f. 293. 19.

2 Cuidam Eremitæ Angelus afferebat vuas acerbas, quando præueniebat ſtatutas officii horas, marcidas, quando poſtponebat, maturas, cum debitas ſeruabat horas. f. 401. 9.

Excommunicatus.

1 EXcommunicatus, Irregularis, & ſuſpenſus tenentur diuinum Officium recitare, licet fructus beneficii non recipiant. f. 241. 1.

2 Excommunicatus non poteſt recitare, cum alio Officium Beatæ Virginis, vel Defunctorum. ibidem 4.

3 Excommunicatus, dum priuatim recitat Officium, non poteſt dicere, Dominus vobiſcum. f. 189. 5.

F.

Forma Breuiarij.

1 POſt ſufficientem promulgationem Breuiarij Romani iuſſu Pii Quinti editi, tenentur omnes eius formam ſequi, ſub peccato mortali. f. 313. 1.

2 Excipiuntur Eccleſiæ, & Religiones, quæ habuerunt Breuiarium à Sede Apoſtolica approbatum ducentis annis ante. ibidem.

3 Illi, qui ſtatim poſt tempus aſſignatum in promulgatione non recitarunt Officium diuinum, iuxta formam Breuiarii Romani, peccarunt mortaliter. f. 314. 2.

4 Illi, qui ante tempus ſufficientis promulgationis noluiſſent data opera emere hoc Breuiarium, & illo vti, non peccaſſent. ibidem 3.

5 Eccleſiæ, & Religiones, quæ habebant aliud Breuiarium, ante ducentos annos ab huius editione, non tenentur acceptare hoc nouum. ibidem 4.

6 Permittit Pontifex, vt ſi velint in choro, poſſint iuxta hoc officium recitare, dummodo Epiſcopus, & vniuerſum Capitulum in eo conſentiant. ibidem.

7 Religiones, quæ vtuntur Breuiario ducentis annis antiquiore, ſi ſemel Romanum acceptauerint non poſſunt illud relinquere, & redire ad proprium ſine Pontificis auctoritate. f. 315. 5.

Regulares, qui vtebantur Breuiario antiquiore ducentis annis, poſſunt hoc accipere ſine conſenſu Epiſcopi, ſi illud erat proprium Religionis, ſecus ſi erat proprium Eccleſiæ Cathedralis. ibidem 6.

9 *Clerici, & Religioſi, qui vtuntur Breuiario antiquiore, & non acceptarunt nouum, cum priuatim recitant, poſſunt iuxta formam Breuiarii Romani Officium licitè recitare.* f. 317 8.

10 *Nunc eſt peccatum mortale, non recitare Officium iuxta Breuiarium Pij Quinti, licet recitetur iuxta aliud, quod ex ſpeciali indulto habet aliqua Eccleſia.* f. 319. 12.

11 *Regulares, dum iter faciunt, ſi accedant ad monaſterium diuerſi Ordinis, poſſunt, relicto proprio, Breuiario recitare cum illis Officium in Choro vel cum vno extra Chorum, vel ſolus, iuxta Breuiarium illius monaſterii.* f. 320. 13.

Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci.

1 F*Ratres, & ſorores tertii Ordinis S. Franciſci, qui viuunt in Congregatione & emittunt tria vota ſubſtantialia Religionis, tenentur recitare horas canonicas.* f. 293. 18.

2 *Qui non viuunt in Congregatione, non tenentur officium recitare. ibidem.*

Fratres Prædicatores.

F*Ratres Prædicatores poſſunt licitè recitare Officium illarum Eccleſiarum, ad quas ad tempus declinant.* f. 300 7.

G.

S. Gregorius Papa.

1 S. *Gregorius Papa primus inſtituit Litanias maiores ſeptimo Kalendas Maij in feſto S. Marci, & vbique terrarum ſeruari præcepit.* f. 393. 8.

H.

Horæ Canonicæ.

1 N*Omen horarum canonicarum eſt antiquiſſimum, nam extat apud Bedã qui anno 731. viuebat, & apud poſteriores ſcriptores.* 3. 4.

2 *Horæ dictæ ſunt non ab orando ſed ab hora, quatenus eſt pars temporis, quod preces diuinæ præſcriptis horis recitari debeant.* f. 4. 6.

3 *Canonicæ ſunt appellatæ, vel quia per ſacros Canones ſunt inſtitutæ, vel quia per ſacros Canones obligantur Clerici, & Regulares. ibidem 6.*

4 *Probabilius, eſt horas dictas fuiſſe Canonicas, id eſt Regulares, quia ſunt regula Clericorum, & monachorum, qua vti debent in publicis precibus ab Eccleſia inſtitutis.* f. 5 7.

5 *Hora Prima, & Completorium ad diem pertinent, & non ad noctem, vt conſtat ex ipſorum hymnis.* f. 17. 14.

6 *Horarum Canonicarum denominatio ſumitur ab vltima parte tẽporis, in qua abſoluuntur.* f. 13. 9.

Digitized by Google

7 *Illa Hora Canonica dicenda eſt vna, quæ proprium principium, & finem habet.* f. 12. 3.
8 *Cum Nocturni oratione concluduntur ſunt Hora diſtincta à Laudibus.* ibidem.
9 *Iuxta communem vſum & Breuiarii Romani formam in quo Laudes, cum Nocturnis iunguntur, ſeptē tantū ſunt Horæ Canonicæ.* 23 8.
10 *Iuxta propriam antiquam inſtitutionem, Horæ Canonicæ ſunt octo* f. 28. 8.
11 *Quis fuerit primus Canonicarum Horarum Inſtitutor probabilior ſententia explicatur.* f. 32 4.
12 *Ab Apoſtolorum temporibus Eccleſia Chriſti perpetua conſuetudine ſeruauit ritum certis horis laudandi, præcandique Deum.* f. 34. 5.
13 *Si Nocturni ſimul recitentur, proprium eorum tempus eſt media nox, ſi vero diuiſim in Dominicis, & feſtis debent in tribus vigilijs Nocturnis recitari.* f. 37. 2.
14 *Laudes matutinæ in Aurora celebrandæ ſunt.* ibidem 3.
15 *Hora Prima recitanda eſt ab ortu ſolis vſque ad finem primæ Horæ.* f. 38. 5.
16 *Officium trium Horarum Tertiæ, Sextæ, & Nonæ in ipſis Horis recitandum eſt* f. 39 6.
17 *Officium Veſpertinum celebrandum eſt vltima hora diei artificialis, ideſt hora 12. occidente ſole, non completa, ſed labente.* f. 40. 7.
18 *Veteres vocabant Officium Veſpertinum Lucernale, quia accenſa Lucerna celebrandum erat.* ibidem.
19 *Completorium recitandum eſt in initio noctis ante finem crepuſculi veſpertini.* f. 41. 9.
20 *Prima, & reliquæ Horæ non poſſunt recitari Veſpere præcedentis diei recitato matutino, cum Laudibus.* f. 413. 11.

I.

S. Ignatius.

1 S. *Ignatius Epiſcopus Antiochiæ primus introduxit conſuetudinem alternatim pſalmos in Choro canendi.* f. 51. 2.
2 *S. Ignatius vidit Angelos, qui alternatim Sanctæ Trinitatis Hymnos canebant.* f. 53. 4.

Integritas diuini Officii.

1 O*Mnes, qui tenentur diuinum Officium recitare, obligantur ex præcepto illud integrè perſoluere.* f 359. 1.
2 *Qui priuatim recitat diuinum Officium cum ſocio, cenſetur illud integrè recitare, partim dicendo, partim audiendo.* f 360. 2.
3 *Licita eſt alternatio dicentis, & audientis in recitatione aliarum precum dicendarum ex obligatione voti, vel impoſitione confeſſarij.* ibidem.

4 *Qui recitat diuinum officium cum ſocio, qui non tenetur illud reci-tare ſatisfacit obligationi ſuæ.* f.461.3.
5 *Qui priuatim recitat cum ſocio, qui non tenetur officium recitare, & partem ſuam ità ſubmiſsè profert, vt poſſit audiri à ſocio ſatisfacit.* f.362 5.
6 *Peccat mortaliter, qui ità cum ſocio feſtinanter recitat diuinum officium, vt non dum expletis verſibus à ſocio incipiat recitare verſus ſequentes.* ibidem 6.
7 *Peccant mortaliter, qui cum prædictis recitant, vel, cum ſuis Dominis & Prælatis qui ſæpè ſyncopant, vel non benè pronunciant verba, ſi non habeant propoſitum illud repetendi.* ibidem 7.
8 *Poteſt diuinum officium à tribus, vel pluribus recitari, dummodo duo tantum chori conſtituantur.* f.364 9.
9 *Quando duo, vel tres recitant, poteſt vnus omnes lectiones dicere, cæteris audientibus.* f 364.10.
10 *Antiphonę, quando integrę dicuntur in principio, & fine pſalmi, poſſunt ab vno recitari.* ibidem 11.
11 *Voluntariè omittere integrum officium vnius diei, ſiue ex tædio diuini cultus, ſiue ex contemptu, eſt ex ſuo genere peccatum mortale.* f.365.2.
12 *Omittere voluntariè, aut ex craſſa, & culpabili negligentia Horam, vel partem notabilem ipſius eſt peccatum mortale.* f.366.3.
13 *Qui ſecluſo contemptu, ex negligentia omittit partem paruam vnius Horę, peccat venialiter.* f.367.4.
14 *Omiſſio cuiuſcumque Horę eſt peccatum mortale.* ibidem 5.
15 *Omittere tertiam partem Horę minimæ, eſt peccatum mortale, ſed in matutino, etiam ſextam, vt ſi omittantur tres pſalmi, vel tres lectiones.* f.368 6.
16 *Toties quis peccat mortaliter, quoties in die proponit omittere Horas, vel aliquam earum, licet poſtea mutans ſententiam eas recitet.* ibidem 1.
17 *Omittere vno die ſeptem Horas canonicas eſt vnum ſolum peccatum mortale.* f 369 3.
18 *Ille, qui vno die omiſit ſeptem Horas canonicas, non ſatisfacit obligationi, ſi in confeſſione ſolum dicat, ſe peccaſſe mortaliter, circa præceptum recitandi officium, ſed tenetur explicare omiſſa.* f.371.7.
19 *Semper Omiſſio ſeptem Horarum Canonicarum vnius diei vnum eſt peccatum ſiue omnes ſimul, ſiue aliquę earum diſtanter, inter ſe omittantur ſcilicet prima, ſexta, & completorium* f.373.10.
20 *Ille, qui omiſit Horas, vel partem notabilem illarum, ſi eodem die, ante mediam noctem recordetur prędictę omiſſionis, tenetur implere, quod omiſit.* f.374.12.
21 *Ille, qui vno die ſeptem Horas Canonicas, vel partem notabilem illarum omiſit, nõ tenetur elapſo illo die recitare, quod omiſit* f.375.13.
Si

22 *Si feratur Excommunicatio contra eos, qui ex negligentia omittunt diuinum Officium, eam non incurrit ſtatim atque illud omittit, ſed in fine diei naturalis.* f.376.15.

23 *Neque illam incurrit, qui vnam tantum horam recitauit, antequam elabatur media nox* ibidem.

24 *Omittere Horas Canonicas, vel aliquam illarum per obliuionem, vel incogitantiam eſt ſolum peccatum veniale.* ibidem 16.

25 *Qui ſupplet Horam per obliuionem omiſſam, excuſatur à peccato mortali quod committeret niſi illam ſuppleret, non vero à peccato veniali, quod omittendo commiſerat.* f 377.17.

26 *Qui verba mutila, & decurtata ſcienter profert in priuata recitatione, ſecluſo ſcandalo, & contemptu, peccat ſolum venialiter.* f.379.2.

27 *Qui in recitandis Horis Canonicis verba ſcienter diminuit, ſyllabis abſciſſis ita vt ſignificatio verborum impediatur, tenetur eas repetere.* f 381.5.

28 *Ille, qui ex negligentia omittit in principio, & fine Horarum, Pater Noſter, & Aue Maria, peccat ſaltem venialiter.* ibidem 7.

29 *Ille, qui dubitat an aliquam Horam recitauerit, quia non recordatur ſe illa dixiſſe, non tenetur illam repetere, modo non recordetur, ſe non dixiſſe.* f.382.10,

30 *Ille, qui dubitat, an pſalmum, vel lectionem prætermiſerit non tenetur ea repetere, ſi non ſolet quicquam facilè prætermittere.* f.383 11.

31 *Qui, dum recitat, dubitat ſe ſatisfeciſſe, & ideo proponit officium repetere, non tenetur illud repetere.* f.384 13.

32 *Non ſatisfacit præcepto ille, qui recitat officium dormiendo, vel dormitando in ſingulis verſiculis à ſocio, vel choro pronunciatis.* ibidem 14.

33 *Qui vexatus à ſomno, ſed ita reſiſtit, vt recitet Horas, cum tali attentione, vt cognoſcat ſe non omittere vllum verſum, vel verbum, non peccat, ſaltem mortaliter.* ibidem 15.

34 *Peccat mortaliter qui recumbit in lecto ad recitandum officium eo tempore, quo probabiliter credere poteſt ſe dormiturum, & omiſſurum illud.* f.385.16.

Interruptio Diuini Officii.

1 *SI totus Chorus ceſſaret à cantu per notabilem Horam, diuertendo ad alias actiones, interrumpendo Horam, vel pſalmum iam cæptum eſſet peccatum mortale ex ſuo genere.* 101.1.

2 *Si quis ceſſaret à cantu, ſed non à recitatione, & Chorus notabile detrimentum pateretur, peccaret mortaliter.* ibidem 2,

3 *Si quis ceſſaret à cantu, & à recitatione culpam maiorem omitteret, ſi ſine animo repetendi; venialem vero cum animo repetendi.* f.102.3

4 *Si dum alij in choro canunt, aliquis recitaret aliquid diuerſum,* quod

quod in Choro canitur, peccaret. ibidem 4.

5 *Quid fieri debet, quando Officium eſt iam ceptum in choro* ibidem 5

6 *Si quis in aliqua parte notabili in choro dormiret, vel voluntariè non attenderet, etiam ſi ore caneret, aliud agendo, peccaret mortaliter.* f. 103 6.

7 *Qui dum in choro canunt legunt litteras, vel ſcribunt peccant mortaliter, vel venialiter iuxta varias circumſtantias.* ibidem 7.

8 *Qui officium in Choro canit poteſt obiter ſalutare intrãtes chorum, aut ſecus eum tranſeuntes, vel dicere verbum famulo ſuo.* ibidem 8.

9 *Iure communi officia diuina perſoluenda ſunt ſine interruptione.* f. 350. 1.

10 *Tunc officium quis interrumpit, cum aliquam Horam ceptam intermittit, aliud agendo, vel cum alijs loquendo, animo illam continuandi.* f. 351. 2.

11 *Poſſunt Horæ Canonicæ aliquando ſine peccato interrumpi quando non eſt notabilis mora, vel ſi non ſit voluntaria, ſed neceſſaria.* ibidem 3.

12 *Interrumpere diuinum officium ſine rationabili cauſa, etiam per longum tempus, eſt peccatum veniale.* f. 352. 5.

13 *Interrumpere diuinum officium per temporis moram ſic longam, vt moraliter cenſeatur Hora ſic diſcontinua, vt non faciãt vnum dicta, & dicenda eſt peccatum mortale.* f. 353. 7.

14 *Quando interponuntur verba otioſa, riſus, vel ioci ad modicum tempus eſt duplex peccatum veniale; ſi vero verba turpia, erit mortale.* f. 359 8.

15 *Quando interruptio fit per longum tempus, & ſine iuſta cauſa non eſt peccatum mortale, non repetere recitata, nec ab initio incipere.* f. 355. 10.

16 *Ille, qui diuinum officium interrumpit per riſum, iocos, & verba turpia per paruum tempus non tenetur illud repetere.* f. 357. 13.

17 *Ille, qui diuinum officium interrumpit animo non continuandi reliquum, ſed repetendi, quod recitauit, ſatisfacit ſuæ obligationi ſi poſtea continuet & non repetat recitata.* f. 358. 15.

18 *Idem dicendum eſt de interruptione, quæ fit in aliis orationibus vocalibus ex voto, vel pænitentia.* ibidem 17.

L

Laudes.

1 *LAudes, quia olim in 4. vigilia noctis dicebantur, ideſt tempore matutino, matutinum appellabantur.* f. 12. 8.

2 *Laudes matutinæ ita diſtinguuntur à Nocturnis, ſeu Nocturnis Vigiliis, vt etiam tempore diſtincto olim fuerint recitatæ.* ibidem.

3 *Laudes matutinæ nunc etiam poſſunt, & ſolent diſtincto tempore à* Nocturnis

Nocturnis recitari. ibidem.

4 *Laudes habent proprium initium ſicut reliquæ Horæ, & propriam Hymnum, & poſſunt propria oratione concludi, ſicut olim fiebat, & nunc fit in nocte Natalis Domini.* ibidem.

5 *Poſſunt nunc extra chorum Nocturni à Laudibus ſeparari, etiam ſine cauſa.* f. 24 9.

6 *Quando Laudes recitantur ſeparatim à Nocturnis, præmittenda eſt oratio Dominica & Aue Maria.* f. 29. 20.

7 *Hoc non notatur in principio Laudum, quia vt plurimum non dicuntur ſeparatim.* f. 30. 31.

Litaniæ.

1 *Ille, qui officium Diuinum recitat extra Chorum, non tenetur ex præcepto recitare Litanias quæ recitantur in choro.* f. 390 8.

2 *Illi, qui tenentur diuinum Officium recitare, tenentur ex præcepto ſub peccato mortali recitare Litanias in die S. Marci, & in tribus diebus Rogationum, ſi non interſint Proceſſionibus.* f 391 2.

3 *In Prouinciis in quibus non fierent Proceſſiones, non peccaret mortaliter qui litanias priuatim non recitaret.* 391. 3.

4 *Religioſi Societatis Ieſu, qui priuatim tenentur recitare diuinum Officium, cum non interſint Proceſſionibus, ſatisfaciunt obligationi, ſi Litanias recitent cum aliis, iuxta morem Societatis.* f 392 4.

5 *Illi qui priuatim recitant officium, non peccāt mortaliter quacumque hora prædictas Litanias recitent, etiamſi poſt Completorium, peccant tamen venialiter ſi ex negligentia id fecerint, à quo facilè excuſantur, ſi iuſta aliqua cauſa interceſſerit.* ibidem 5.

6 *Illi, qui interſunt Proceſſionibus Litaniarum, non ſatisfaciunt obligationi, ſi non recitent preces, quæ ab aliis recitantur, vel ſi non attendant.* ibidem 6.

7 *Illi, qui poſt Completorium recitant matutinum diei ſequentis non ſatisfaciunt obligationi, ſi ſtatim poſt matutinum recitent Litanias.* f. 393. 7.

8 *Litania verbum eſt Græcum, quod Latinè deprecatio, vel rogatio dicitur, vnde Rogationes.* ibidem 8.

9 *Quis inſtituit Litanias maiores, & minores, & ob quam cauſam?* f. 393. 9.

M.

S. Mamertus.

1 *S. Mamertus Epiſcopus Vernenſis inſtituit Litanias minores tribus diebus ante Aſcenſionem Chriſti in Vienna Galliæ Vrbe.* f. 394. 9.

Moniales.

1 *De monialibus vide in verbo Regulares.*

2 *Omnes Moniales Profeſſæ ad Chorum deputatæ tenentur diui-*

num

num Officium recitare. f.284.1.

3 *Ad hoc tenentur ratione antiquiſſimæ conſuetudinis receptiſſimæ vim legis habentis.* f.287.5.

4 *Moniales ad Chorum deputatæ non peccant mortaliter, ſi dum in choro pars notabilis officii canitur voluntariam diſtractionem admittant, dummodo habeant animum illam repetendi.* f.126.5.

5 *Moniales non peccant mortaliter ſi ſemel aut bis non recitant in choro diuinum officium ex negligentia cum propoſito illud repetendi.* f.148 12.

6 *Poſſunt moniales recitare officia* Sanctorum *Ordinum, dummodo ſint ab Eccleſia approbata, & ordinata iuxta formam Breuiarii Romani.* f.33.11.

Munus canendi in choro.

1 *MVnus publice canendi in choro horas canonicas proprie pertinet ad Eccleſiaſticas perſonas, ſeu peculiares eccleſiæ Miniſtros.* f.18.1.

2 *Prædictum munus ex antiquo eccleſię vſu, non pertinet ad totam fidelium plebem.* ibidem 2.

3 *Prędictum munus non eſt ita proprium Clericorum, & Monachorum, vt ipſi ſoli ad illud aſſumantur, poſſunt etiam alii ad illud deputari.* f.86.3.

4 *Quamuis olim Monachi, qui erant laici, & nunc Moniales diuinum officium publicę canant in choro, tamen tam hę, quam illi ſunt perſonę eccleſię vſibus deputatę.* ibidem 4.

Mutatio qualitatis Officii.

1 *SI quis diceret officium de ſancto, pro feria, vel contra, non ſatisfaceret, & peccaret mortaliter.* f.329.4.

2 *Prędicta mutatio fieri poteſt, cum peccato veniali ex leuitate materię, vt ſi officia eſſent ęqualia in quantitate, vel ſi ex ignorantia, vel inaduertentia, licet non inuincibili, ſed culpabili.* f.303.6.

3 *Poteſt quis ex iuſta cauſa ſemel recitare officium de ſancto, pro feria, abſque vllo peccato.* ibidem 7.

4 *Quando ex inaduertentia officium eſt mutatum, non eſt neceſſario repetendum.* f.331.8.

5 *Qui ſcienter faceret mutationem in parte notabili officii, dum publice recitatur in choro, peccaret mortaliter.* f.332.9.

6 *Poſſunt Regulares, & Moniales recitare officia ſanctorum ſuorum ordinum, dummodo ſint ab eccleſia approbata, & ordinata, iuxta formam Breuiarij Romani.* f.333.11.

7 *Qui lingua Italica, vel vulgari Diuinum officium recitaret, peccaret mortaliter, licet ſatisfaceret pręcepto recitandi officium.* 336.19.

8 *Qui recitaret Diuinum officium, vel pſalmos Hebraica, vel Gręca*

lingua,

Digitized by Google

lingua, etiam, ſine vlla cauſa, non ſolum ſatisfaceret præcepto recitandi officium, ſed nec etiam vllum committeret peccatum. ibidem 20.

Mortis metus.

1 M*Etus mortis excuſat à recitatione officii, ſicut grauis infirmitas.* f. 473. 5.

2 *Per accidens metus mortis non excuſaret, ſi in fidei, catholicæque Religionis iniuriam cederet, vt ſi directe eſſet ab hæreticis in hunc finem incuſſus.* ibidem.

3 *Si grauis metus mortis eſſet ab ipſo Clerico, vel Regulari conceptus ex crudelitate hæreticorum, inter quos verſatur excuſaret à recitatione officii.* f. 474. 6.

Muſica inſtrumenta.

1 V*Sus organorum, & aliorum inſtrumentorum in diuinis Officijs, ſecundum ſe laudabilis eſt, & ad imperfectorum animos ad* Dei *contemplationem eleuandos valde vtilis.* f. 81. 3.

2 *Per accidens reddi poteſt illicitus, vt ſi vana, profana, & turpia admiſceantur.* ibidem.

3 *Peccatum eſt mortale ex genere ſuo inter diuina officia organo turpia canere, turpeſque ſonos proferre.* f. 81. 4.

4 *Quando prædicta excuſantur à peccato mortali.* f. 82. 5.

5 *Quando pars aliqua Officii per organum, aut aliud inſtrumentum profertur, debet etiam idem verſus aliquo vocis cantu exprimi, vt ab aſſiſtentibus percipi poſſit.* f. 83. 6.

Mutilatio diuini Officii.

1 I*N Eccleſiis, in quibus eſt obligatio recitandi quotidie in* Choro *diuinum Officium, illud integrum omittere eſt peccatum mortale.* f. 141. 1.

2 *Qui ex negligentia Officium omittit, peccat mortaliter.* f. 143. 2.

3 *Qui omittit vnam Horam in choro, peccat mortaliter.* ibidem 3.

4 *Qui in Choro omittit partem notabilem Horæ, peccat mortaliter.* f. 143. 4.

5 *In priuata Officii recitatione probabilius eſt, tertiam partem cuiuſcunque horæ eſſe notabilem, & eius omiſſionem eſſe peccatum mortale.* f. 146. 8.

6 *Omiſſio cuiuſcumque partis Officii, quæ æquiualet minimæ horæ, aut dimidiæ parti eius, eſt mortalis.* ibidem.

7 *In publica* Chori *recitatione conſideranda eſt deformitas, quæ ex omiſſione naſcitur, vt ſi inchoetur Matutinum, ſine inuitatorio.* ibidem 9.

8 *Si aliquis in publica Chori recitatione omitteret pſalmum, vel partem Horæ, quia tardè venit, non peccat mortaliter, ſi fiat ſine damno chori, & cum intentione illam repetendi, non peccaret mortaliter.* f. 147. 10.

N

Nocturni.

1 Poſſunt nunc Nocturni, extra Chorum à Laudibus ſeparari, etiã ſine cauſa ſine vllo peccato. f.22 9.

2 Nunc non eſt conſuetudo, extra Chorum, recitandi Nocturnos ſeparatim, ſicut eſt de Laudibus. f.26.12.

3 Poſſunt Nocturni iuſta aliqua cauſa ſeparatim recitari, & interponere vnam, vel plures horas inter vnum, & alium. f.27 13.

4 Mora quæ licitè interponi poteſt, inter vnum, & alium Nocturnum, eſt ſpatium trium horarum. ibidem 14.

5 Probabile eſt poſſe interdum ipſam moram tandiu durare, quamdiu durat cauſa, propter quam fuit interpoſita, etiamſi longiſſima ſit. ibidem.

6 Plures aſſignantur cauſæ, quibus Nocturni licitè interrumpi poſſunt. f.28.15.

7 Quando Nocturni ſeparatim à Laudibus recitantur, debent oratione, & Pater Noſte concludi. ibidem 17.

8 Quando Nocturni ſeparatim recitantur, poſſunt etiam oratione concludi, ſed qui id non faceret, non peccaret. f.19 18.

9 Modus ſeruandus in ſeparandis Nocturnis à Laudibus. f.30.22.

10 Hymnus Te Deum laudamus, dicendus eſt in fine Nocturnorum, quando dicuntur ſeparatim à Laudibus. f.31.13.

O.

Obligatio Chori.

1 IN iure eſt præceptum obligans ſub peccato mortali Clericos ad id deputatos, vt publicè in choro diuinum recitent officium. f.87.1.

2 Prædictum præceptum obligat Prælatos Eccleſiarum, vt in cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs quotidie faciant diuinum Officium in choro recitari. f.88.2.

3 In Eccleſijs Regularium eſt eadem obligatio, iuxta vniuſcuiuſque inſtitutum, Regulas, vel conſuetudinem. ibidem 4.

4 In Monaſteriis Regularium, in quibus eſt conſuetudo quotidie officium in choro recitandi, eſt obligatio grauis, ſub peccato mortali 89.5.

5 Prædicta obligatio principaliter cadit in Prælatum Monaſterii, Abbatem Priorem, Abbatiſſam. ibidem 6.

6 Prædicta obligatio deſcendit ad ſingulos Regulares, & Moniales, ſed non ſub mortali, niſi vbi fuerit hoc ſpeciali conſtitutione præceptum. f.90.7.

7 Quando non ſolum ſubditi, ſed etiam Prælatus eſſet adeo negligens, vt omitteretur diuini officii recitatio in Choro, tunc obligatio commu-

Digitized by Google

nis ſingules obligaret f 91.9.
8 *Si Religioſus aliis in Choro canentibus, ipſe ob pigritiam ſileret, vel abeſſet non peccaret mortaliter.* ibidem 10.
9 *In Eccleſiis quæ non ſunt Cathedrales, Collegiatæ, aut Regulares, eſt eadem obligatio chori.* f 64 1.
10 *De iure communi eſt eadem obligatio Chori in Eccleſiis Parrochialibus, ſecus vero de Conſuetudine* ibidem 2.
11 *De Eccleſiis ſimplicibus, ſeu capellis nihil eſt iure communi ſtatutum, ideo ſeruanda ſunt eorum ſtatuta, & inſtitutiones.* f 95 3.
12 *Beneficiati non peccant mortaliter ſi non recitant diuinum officium in choro ſed tantum venialiter.* f.96 5.
13 *Publica diuini officii recitatio debet eſſe perfecta ſine ſyncopa, cum ſilentio Chori, & ſine actione externa, qua impediri poſſit.* f 108.1.
14 *Si quis animi leuandi cauſa exiret è choro, & omitteret partem aliquam officii, non peccaret, ſed tenetur ſub peccato mortali partem omiſſam repetere, ſi ſit notabilis.* f.124.8.
15 *Obligati ad chorum tenentur ad externa ſigna deuotionis in geſtu, & habitu corporis.* f.129.2.
16 *Canonici, qui in Choro non canunt, ſed ſolum præſentes ſunt, vbi viget conſuetudo, non tenentur diſtributiones quotidianas reſtituere, ſecus de iure communi.* f.131.3.
17 *Canonici, & Beneficiati, qui tenentur in Choro Officium recitare, peccant mortaliter, ſi à Choro abſint ſine iuſta cauſa.* f 133.6.
18 *Qui vno, vel altero die abeſt à choro ſine graui detrimento Eccleſiæ, non peccat mortaliter.* ibidem 8.
19 *Non cenſetur graue detrimentum Eccleſiæ afferre ille, ex cuius abſentia quatuor tantum remanent ad pſallendum in choro.* f.134 10.
20 *Cum in choro aliqua Hora omittitur, aut mutilatur peccatum imputatur illi, qui Eccleſiæ curam habet, ſcilicet Prælato monaſterii & aliis, qui cauſam dederunt.* f.152.18.

Occupati in Choro.

1 *Illi, qui in Choro pſalmos, vel antiphonas quærunt, aut libros de loco in locum transferunt, vel lectionem præuident, non peccant nec tenentur repetere illa, quæ interim canuntur* f.123 6.
2 *Nec illi, qui ex choro mittuntur ad thurificandum altare, tenentur dicere Magnificat, quæ interim in Choro canitur.* f.124 7.

Officium Diuinum.

1 *Officium ab efficiendo dictum eſt, quaſi efficium, vel ab officiendo, quod vnuſquiſque ea agere debeat quod nulli officiat.* f.2.1.
2 *Cum in Officio diuino contineantur publicæ preces ab Eccleſia inſtitutæ, quæ à clericis, & Regularibus recitari debent, iure officium eſt appellatum.* ibidem.
3 *Dictum eſt diuinum, quia in eo multa ex diuinis litteris ſumpta recitantur.* ibidem.

4 *Vel quia totum ad Dei cultum eſt inſtitutum.* *ibidem* 2.

5 *Nomen officii Diuini primo inuenitur à Concilio Aquiſgranenſi circa annum Chriſti* 800. *celebrato, deinde à poſterioribus Conciliis vſurpatum.* *iqidem* 2.

6 *Dicitur officium Eccleſiaſticum, vel quia ab Eccleſia eſt inſtitutum, vel quia Eccleſiaſtico præcepto ab Eccleſiaſticis, tamquam proprium ipſorum munus perſoluitur.* *f.*3.3.

7 *Proponuntur variæ Definitiones Diuini officii.* *f.*5.8.

8 *Magis adæquata definitio declaratur.* *f.*6.9.

9 *In quocunque officio, ſiue ſit B. Virginis ſiue Sanctorum, ſemper pſalmi, hymni collectæ, & reliqua diriguntur ad Deum.* *ibidem* 10.

Officii Diuini partes.

1 *OFficium Diuinum varias habet partes, minores, & maiores minores ſunt pſalmi, hymni, &c. maiores ſunt Nocturni, Laudes, & reliquæ Horæ.* *f.*8.1.

2 *Partes maiores ex pluribus minoribus componuntur.* *ibidem.*

3 *Quælibet pars ex Maioribus eſt integra oratio.* *ibidem.*

4 *Diuinum Officium, quatenus conſtat ex prædictis partibus, fuit ab Eccleſia in Nocturnum, & Diurnum diſtributum.* *f.*10.5.

5 *Nocturna Diuini Officii pars fuit diſtincta in Nocturnos, ſeu Nocturnas Vigilias quę communiter Matutinum appellatur.* *ibidem* 6.

6 *Diurna Officii Diuini pars in ſeptem Horas diei artificialis fuit diſtributa.* *ibidem* 10.

7 *Communis Doctorum ſententia affirmat, Veſpertinum Officium ad diem pertinere.* *ibidem* 12.

8 *Hora Prima, & completorium ad officium Diurnum pertinent.* *f.*17.14.

9 *Si Officium Nocturnum ſumatur per ſe abſque Laudibus, dicitur Nocturnale officium, ſeu Nocturnę Vigilię.* *f.*13.9.

10 *Si ſumatur cum Laudibus, quatenus cum illis fit vna Hora Canonica, dicitur Matutinum, ratione totius Horæ, quę completur tempore matutino.* *ibidem.*

Officii Diuini Pronunciatio.

1 *DE neceſſitate, & ſubſtantia Diuini officij, vt ab Eccleſiæ Miniſtris recitatur, eſt, vt voce ſenſibili proferatur.* *f.*57.3.

2 *Quando Diuinum officium publicè in choro recitatur, neceſſe eſt, vt alta voce proferatur.* *f.*58.4.

3 *Ille, qui in choro ſubmiſſa voce recitat partem Diuini Officii ad ſuum chorum pertinentem, licet attentè audiat partem alterius chori, non ſatisfacit obligationi Chori.* *f.*60.7.

4 *Probabilius eſt, prædictum ſatisfacere pręcepto recitandi Diuinum officium.* *f.*61.9.

5 *Prædictus non lucratur quotidianas diſtributiones, quæ dantur illis, qui canunt in choro.* *f.*62.10.

Proba-

Digitized by Google

6 *Probabile eſt, poſſe prædictum accipere medietatem diſtributionum. f.63.11.*

7 *Quæ vox requiratur, quando Diuinum officium priuatim recitatur, vide in verbo, Vox, à numero tertio vſque ad ſeptimum.*

Officii Diuini Locus.

1 *Recitatio publica Diuini officii fieri debet in Eccleſijs, & Templis ad hoc munus inſtitutis, ac dedicatis. f.414.1.*

2 *Illis, qui recitant priuatim Diuinum officium iure communi nullus eſt locus præſcriptus, ſed licitè poteſt recitari in quocunque loco decenti. 4.15 2.*

Ceſſante ſcandalo, hypocriſi, ac contemptu ſacrorum verborum, & irreuerentia eius, quem alloquimur, nullum eſt peccatum, recitare Diuinum officium in locis corporeis ſordibus conſpurcatis. f.419.4.

Officii Diuini Ordo.

1 *SI Officium Diuinum ſumatur pro officio diei, quod ſingulis diebus recitatur, incipit à matutino; ſi verò prout recitatur in honore Sancti, incipit in ſolemnioribus à primis veſperis, vel à Capit. 342.4*

2 *Omnis ordinis mutatio in recitando Diuino Officio, etiam priuatim ſine cauſa, eſt peccatum mortale, vel veniale. f.343.5.*

3 *Non ſeruare ordinem, inter Officium vnius diei, & ſequentis, vt ſi quis prius matutinum diei craſtinæ recitet, quam Veſperas, & completorium diei præſentis ſine cauſa, & ſcienter, eſt ſolum peccatum veniale. f.344.6.*

4 *Facere prędictam Ordinis mutationem, cum iuſta, & rationabili cauſa, nullum eſt peccatum. inidem.7.*

5 *Inuertere ordinem, quem Horæ Canonicæ habent, inter ſe ſine cauſa in priuata recitatione, vt ſi quis prius recitet Tertiam, quam Primam, eſt peccatum Veniale. f.346 6.*

6 *Si ſæpiſſimè fiat, eſt mortale. ibidem 10.*

7 *Inuertere Ordinem, quem habent partes vnius Horę, inter ſe, ſine cauſa, ſed abſque contemptu, eſt ſolum Veniale. f.347.11.*

8 *Prędictę Inuerſiones poſſunt ex rationabili cauſa excuſari ab omni peccato. ibidem 12.*

9 *Rationabilis cauſa eſſet, ſi Chorus inceperit dicere Tertiam, ego vero non dixerim primam, licebit mihi canere, cum choro Tertiam, & poſtea dicere primam. ibidem.*

10 *Quando quis per obliuionem, vel inaduertentiam ſiue culpabiliter, ſiue non, dixit Horam poſteriorem, non dicta priori, non tenetur repetere Horam iam dictam, ſed ſolum ſupplere præter miſſa f.349.14.*

11 *Grauis occupatio, ſine copia Breuiarii poteſt eſſe legitima cauſa, vt quis ſine peccato inuertat ordinem partium Offi.ii, dicendo prius Laudes, & poſtea Lectiones. ibidem 15.*

12 *Nullus Ordo neceſſarius ſeruandus eſt, inter matutinum, & miſſam, & ideo non eſt peccatum celebrare miſſam, non recitato matutino. f.350.16.*

Eſt

13 *Eſt peccatum mortale inuertere ordinem Horarum in Choro, vt ſi prius recitetur tertia, vel ſexta, & poſtea Prima.* f. 171.9.

14 *Idem dicendum eſt de mutatione Ordinis partium inter ſe vt ſi in Choro in principio dicatur capitulum & in fine Hymnus.* ibidem 10.

Officium B. Virginis.

1 *ANte Bullam Pii Quinti Breuiario præfixam, peccatum erat mortale omittere in Choro officium paruum B. Virginis.* f. 105.1.

2 *Poſt bullam Pii Quinti, peccatum eſt mortale, omittere in choro officium paruum B. Virginis in illis Eccleſiis, in quibus antea ex conſuetudine dicebatur.* f. 106.3.

3 *Pius Quintus abſtulit obligationem ſub peccato recitandi officium B. Virginis in choro, & ſub conſilio reliquit in Eccleſiis, in quibus non erat Conſuetudo.* ibidem.

4 *Penſionarii poſt Bullam Pii Quinti tenentur, ſub peccato mortali, recitare officium paruum B. Mariæ.* f. 218 4.

5 *Qui vtuntur Breuiario Pii Quinti, non tenentur recitare officium B. Virginis extra Chorum.* f. 387.3.

6 *Illi qui non vtuntur Breuiario Pii Quinti, ſed Antiquiore, ſi prius ex conſuetudine tenebantur recitare Officium B. Virginis, nunc eodem modo tenentur.* f. 388 4.

7 *Si aliqua Eccleſia, vel Religio voluntariè retineret vſum recitandi in Choro Officium B. Virginis, Clerici illius Eccleſiæ, & Religioſi non tenerentur, dum priuatim recitant, illud recitare.* f. 389.6.

Officium Defunctorum.

1 *ANte Breuiarium Pii Quinti, qui tenebantur Diuinum Officium in Choro recitare tenebantur etiam ex conſuetudine, ibi Officium Defunctorum recitare.* f. 106.2.

2 *Pius Quintus in ſua Bulla tollit obligationem recitandi officium Defunctorum, pſalmos pœnitentiales, graduales, & Litanias, ſolum in illis Eccleſiis, quæ Romano Breuiario vtuntur.* f. 107.4.

3 *Eccleſiæ quæ vtuntur Breuiario antiquo, tenentur recitare in Choro prædicta officia iuxta conſuetudinem, ſtatuta, vel præcepta.* ibidē 6.

4 *Illi qui vtuntur Breuiario Pii Quinti non tenentur, extra chorum recitare officium Defunctorum, Pſalmos pœnitentiales, & Graduales.* f. 387 3.

5 *Illi, qui vtuntur Breuiario antiquiore, ſi prius ex conſuetudine tenebantur prædicta recitare, nunc eodem modo tenentur.* f. 388.4.

6 *Si aliqua eccleſia, vel Religio retineret voluntarie prædicta in choro recitare, non obſtante conceſſione Pii Quinti Clerici, & Religioſi illius eccleſiæ, vel Religionis, non tenerentur, dum priuatim recitant illa recitare.* f. 389.6.

7 *Peccant mortaliter qui non recitant officium Defunctorum, prima die poſt feſtum omnium ſanctorum.* ibidem 7.

8 *Matutinum Defunctorum in die Commemorationis omnium fidelium.*

Digitized by Google

lium defunctorum, recitandum eſt mane ipſius diei; & non poteſt pridie, veſperi. f 412.9.

P.

Papa.

1 POteſt Papa diſpenſare, cum aliquo, vt recitet officium, iuxta Breuiarium Romanum, etiamſi teneretur recitare, iuxta Breuiariũ eccleſiæ ſuæ, vel Religionis. f.337.1.

2 Poteſt Papa diſpenſare, cum quocumque, vt licite vtatur Breuiario, quod ei placuerit. ibidem 2.

3 Poteſt Papa diſpenſare cum ſacro ordine initiatis beneficiarijs regularibus, & Monialibus, vt nullum officium recitent, & ſic hæc diſpenſatio excuſat à recitatione. f.488.2.

4 De facto rariſſime in hoc diſpenſare ſolet Papa abſolute, ſed commutat in alias orationes. f.489.4.

5 Si Papa in hoc ſine iuſta, & legitima cauſa diſpenſaret, valida eſſet diſpenſatio. ibidem.

Peccatum mortale.

1 QVi ſunt in peccato mortali, & publicè in choro recitant Diuinum officium non peccant mortaliter. f.283.12.

2 Qui priuatim Diuinum officium ex præcepto recitant in peccato mortali, vel cum actuali propoſito peccandi mortaliter, non peccant mortaliter. ibidem 15.

3 Ille qui ratione ordinis ſacri, & beneficii tenetur recitare Diuinum officium, committit duo peccata mortalia ſi illud omittat. f.378.20.

Peccata, & defectus in pronnunciatione officii.

1 CAnere officium Diuinum in choro, ſyncopando, cum aliqua mutilatione verſuum, verborum, aut ſyllabarum ex genere ſuo eſt peccatum mortale. f 135 2.

2 Prædictum peccatum grauius eſt, cum à toto choro committitur, quam cum ab vno, vel altero tantum. f.137.3.

3 Prædictus defectus, ſi ſit voluntarius in materia leui, eſt peccatum veniale, ſi vero non voluntarius, ſed ex defectu linguæ, balbutientis, nullum eſt peccatum. ibidem 4.

4 Quando recitantes in choro non ſeruant debitum accentum aliquarum dictionum, contra communem vſum eruditorum, non poſſunt à peccato veniali excuſari. f.138 5.

5 Idem eſt, quando corrupte dictiones pronunciant, & quando male punctis diſtingunt clauſulas. ibidem.

6 Quando, ità velociter recitatur, vt vnus chorus non expectet finem verſuum alterius chori, & prius incipiat ſuum verſum, quam audiat vltimum verſum alterius chori, committitur grauis defectus f.139.6.

7 Idem eſt, quando ob nimiam celeritatem, non faciunt pauſam in medio, vel in fine verſuum. ibidem 7.

Penſio-

Penſionarius.

1 PEnſionarius, qui non recitat officium paruum Beatæ Virginis, tenetur fructus penſionis reſtituere in fabricas eccleſiæ, vel in pauperes. f.281.7.

2 Penſionarii, qui, vt clerici recipiunt penſiones beneficiorum, poſt Bullam Pii V. tenentur recitare officium paruum Beatæ Mariæ. f.218.4.

3 Si penſionarius velit recitare Diuinum officium loco officii parui Beatæ Mariæ, ſatisfacit. f.221.10.

4 Conſtitutio Pij V. obligat ſub peccato mortali. f.219.7.

Prælatus.

1 NOn poteſt epiſcopus diſpenſare, cum ſuis ſubditis, vt non recitent diuinum officium. f.490.1.

2 Poteſt epiſcopus rationabiliter eccleſiaſticum præceptum interpretando in caſu dubio dare licentiam ſubdito omittendi recitationem officii, ſicut dat non ieiunandi. ibidem.2.

3 Prælati Regulares, & Abbatiſſæ non poſſunt cum ſuis ſubditis diſpenſare, vt non recitent diuinum officium. f.491.4.

4 Parum tuta eſt diſpenſatio, quam ratione ſtudiorum nonnulli ſuperiores dant ſuis Religioſis profeſſis ad chorum deſtinatis, vt non recitent diuinum officium. f.492.6.

Priuilegium.

1 PRiuilegium illius, qui poteſt vti Breuiario breui, vel recitare officium, ante tempus, extenditur, etiam ad ſocium. f.321.15.

2 Priuilegium Innocentii IV. non eſt reuocatum. f.321.13.

3 Poteſt quis ratione priuilegii officium diuinum recitare, ſecundum diuerſa Breuiaria, in choro ſecundum Breuiarium ſui ordis, priuatim, ſecundum Romanum, vel aliud. f.322.17.

4 Poteſt quis ex priuilegio recitare Matutinum, iuxta vnum Breuiarium, & horas, iuxta aliud, dummodo in vtroque fiat de ſancto, vel de feria. f.323.18.

5 Qui recitat cum aliquo habente priuilegium, ſolum matutinum cum laudibus, tenetur reliquum officii recitare, iuxta Breuiarium priuilegiati; ſi vero officium fiat de eodem, poteſt illud recitare, iuxta diuerſa Breuiaria. f.324.20.

6 Habentur quindecim ſummorum Pontificum priuilegia Regularibus conceſſa, circa officii diuini recitationem. 492.1. & ſequentibus.

R.

Regulæ, & Ritus Breuiarii.

1 ILli, qui priuatim recitant diuinum officium, poſſunt, ſine vllo peccato illud recitare, ſtando, ſedendo, abulando, equitando, iacendo, recumbendo. f.417.1.

Qui

Digitized by Google

2 Qui priuatim recitant diuinum officium, tenentur ſeruare Regulas, & Ritus Breuiarii, quoad habitum corporis, flexis genibus recitare preces in aduentu, & Quadrageſima. f.419.3.
3 Ex quacunque cauſa id non ſeruare, nullum eſt peccatum. ibidem.

Regulares.

1 QVam obligationem habeant Regulares recitandi officium in choro; vide ſupra in verbo, obligatio chori à nu. 3.
2 Si Regularis, vel Monialis, ſine rationabili cauſa ſæpiſſime deeſſet choro, non peccaret mortaliter, ſecluſo contemptu, niſi ex eius abſentia notabile damnum eccleſia pateretur. f.92.11.
3 Probabilius eſt Regularem peccare mortaliter, ſi duceret in conſuetudinem, non ire ad chorum. f.93.12.
4 Prælatus Religionis non peccat mortaliter, ſi ſine rationabili cauſa deeſſet choro. f.93.13.
5 Regulares, & Moniales, qui ex Regula, vel conſuetudine tenentur ad chorum nō peccant mortaliter, ſi dum in choro pars notabilis officii canitur, voluntarie non attendant, dummodo habeant animum illam repetendi. f.126.1.
6 Probabilius eſt prædictos peccare mortaliter. f.127.2.
7 Regulares & Moniales non peccant mortaliter, ſi ſemel aut bis non canunt in choro ex negligentia diuinum officium, cum propoſito illud ſupplendi. f.148.12.
8 Omnes Regulares profeſſi, ad chorum deputati, etiam ſi non ſint ſacris ordinibus initiati, tenentur officium recitare. f.284.1.
9 Regulares profeſſi ad chorum deputati, tenentur, ſub peccato mortali diuinum officium recitare, ratione conſuetudinis receptiſſimæ. 287.5
10 Religioſi profeſſi, qui Conuerſi dicuntur, non tenentur diuinum officium recitare. f.299.10
11 Nouitii, ſi non ſint ſacris ordinibus initiati, nec habeant beneficium eccleſiaſticum, non tenentur Diuinum officium recitare. f.291.13.
12 Nouitii non tenentur ad aliquos pſalmos, vel orationes recitandos niſi de conſilio. f.292.14.
13 Religioſus profeſſus ad chorum deputatus, ſi e Monaſterio fugeret, teneretur diuinum officium recitare. f.299.5.
14 Si aliquis ſimplex Regularis, vel Monialis inuincibiliter ignoraret obligationem recitandi officium, quam habet, excuſaretur à recitatione illius. f.471.1.
15 Si Regularis, vel Monialis emittat profeſſionem, per quam choro deputatur, neſciens recitare officium, ſi poteſt commode ſocium habere, qui officium ordinet, non excuſatur, ob ognorantiam à recitatione officij. f.472.3.
16 Si prædictus non poteſt commode ſocium habere, licet peccauerit, cum profeſſionem emiſit, cum tali ignorantia excuſatur tamen pro aliquo tepore, dūmodo diligentiā adhibeat, vt officiū dicere addiſcat. ibid.

17 *Si Regularis infirmus non poſſet conſulere Medicum, nec Prælatum, ſi excuſatio ſit pro vno, vel altero die, ſi poſſet dubium practice deponere excuſatur à recitatione officii.* f.463.7.

18 *Si excuſatio ſit futura diuturna, tunc arbitrio prudentis viri vtendum eſt.* f.464.8.

19 *Si Regularis, ob occationem vrgentem neſciens recitare officium, profeſſionem emitteret, non ſolum tunc non peccaret, ſed nec etiam poſtea, ſi vno vel altero die officium non recitaret, donec inſtructorem inueniret.* f.473.4.

Reliquiæ ſanctorum.

1 *NOn poteſt Religio recitare officium de ſancto, cuius habet inſignem reliquiam ſi ignoratur, quo die incidat.* f.334.13.

2 *Si in aliqua eccleſia eſſent plurimæ ſanctorum minime reliquiæ, & nulla notabilis, non poſſet licite recitari officiũ illorũ ſanctorũ.* ibid.14.

3 *Inſignis reliquia eſt corpus, caput, bracchium, crus, & illa pars, in qua paſſus eſt Martyr, dummodo ſit integra, & non parua.* ibidem

Reſtitutio fructuum beneficii.

1 *REſtitutio fructuum Beneficii facienda eſt in fabricas beneficii, vel in pauperum eleemoſynas eroganda.* f.277.1.

2 *Prędicta reſtitutio non neceſſario facienda eſt in fabricas Eccleſiæ, ſed poteſt fieri in alias pertinentes ad beneficium.* ibidem 2.

3 *Eleemoſynę erogandæ in pauperes, non reſtringendæ ſunt ſolum ad pauperes Eccleſiarum, vbi ſunt beneficia, ſed ad omnes pauperes.* ibidem 3.

4 *Si Beneficiarius ſit pauper, cum conſilio confeſſarii, poteſt illas ſibi applicare, vel conſanguineis.* f.278.3.

5 *Poſſunt etiam eleemoſynę fieri pauperibus defunctis dando illas ſacerdotibus, vt ſacrificia, pro ipſi offerant.* f.278.4.

6 *Prædicta reſtitutio non eſt facienda in fabricas, quando ex conſuetudine diſtributiones quotidianæ, quas amittit, ille, qui non recitauit officium, accreſcunt alijs canonicis.* f.282.6.

S.

S. Seuerinus.

1 *SAnctus Seuerinus Epiſcopus Colonienſis Purgatorii igne cruciabatur, quia mane totum ſimul officium recitabat, vt tota die negotiis imperialibus libere vacaret.* f.401.9.

Societas Ieſu.

1 *REligioſi Societatis Ieſu non tenentur Diuinum officium in choro publice recitare.* f.294.1.

2 *Religioſi Societatis Ieſu non tenentur diuinum officium priuatim recitare, antequam ſint ſacris ordinibus initiati.* f.295.2.

3 *Impugnatur Soti ſententia male loquentis de Religionibus choro carentibus.* f.296.3.

Vide

4 *Vide ſupra in Verbo Litaniæ nu.4.*

Surdus.

1 *SI Surdus recitet officium, cum alio non ſatisfacit, quia non poteſt audire partem quam dicit ſocius; ſic etiã ſi recitet in choro.* 154.3.

2 *Si Surdus recitet ſubmiſſe partem, quam ſocius recitat ſatisfacit. ibidem.*

3 *Si ſurdus non ſit cæcus, cum poſſit legere, tenetur officium recitare. f.*470.12.

4 *Si Surdus non poſſit ſolus officium recitare, non tenetur illud cum ſocio dicere, cum non poſſit illum audire, idem dicendum eſt de ſurdaſtro.* f.471.12.

T.

Tempus recitandi diuinum officium in Choro.

1 *OFficium diuinum ex inſtitutione Eccleſiæ habet deſignata tempora, in quibus eius partes recitandæ ſunt ex obligatione Chori* f.158 1.

2 *Omnes tenentur in choro horas canonicas deſignatis temporibus, & non aliis canere.* ibidem.

3 *Sunt deſignata tempora pro ſingulis horis officii, pro Matutino media nox.* f.159.2.

4 *Media nox ſtricto modo accipiebant antiqui Monachi, & nunc etiam multi Regulares.* f.160.2.

5 *Nunc doctores accipiunt largo modo pro illa parte noctis, quæ poſt dimidiam noctem inchoatur.* ibidem.

6 *Variæ fuerunt Eccleſiarum conſuetudines, circa Nocturnorum publicam recitationem.* ibidem 4.

7 *Apud veteres tres Nocturni, tribus diſtinctis horis celebrari ſolebant.* ibidem.

8 *Alii Nocturnos, cum laudibus matutinis coniungebant, & in quarta vigilia, quæ eſt matutina recitabant.* f.164.9.

9 *Propter humanam fragilitatem permiſſum eſt, vt nocturnum officium non in tribus diſtinctis vigiliis, ſed in vna ipſarum celebretur. ibidem* 10.

10 *Laudes matutinæ in aurora celebrandæ ſunt.* ibidem 11.

11 *Reliquæ horæ, iuxta ipſarum nomina, tempora deſignata habent. f.*165.11.

12 *Horæ canonicæ recitandæ ſunt, intra ſpatium horæ diei ſibi reſpondentis, non extra illud.* f.159 12.

13 *Nunc tempora debita, quibus horæ Canonicæ in choro recitandæ ſunt, ſunt illa, quę ſtatuto, vel conſuetudine in Epiſcopatu vel Monaſterio ſeruantur.* ibidem 13.

14 *Facere mutationem temporis in publica recitatione horarum in choro, ſine rationabili cauſa, etiam bis, aut ſemel, eſt peccatum mortale. f.*169.4.

15 Peccant mortaliter Prelati, ſi non procurant recitari publice in ſuis Eccleſijs horas canonicas, horis debitis. ibidem 5.

16 Peccant etiam ſubditi, quando ab alijs non recitarentur. ibidem.

17 Poteſt Epiſcopus, vel Prælatus Religionis ex rationabili cauſa ſemel, vel bis facere prędictam temporis mutationem, vt ſi habenda eſſet concio. ibidem 6.

Tempus recitandi, extra chorum.

1 IN priuata Diuini officij recitatione, non eſt rigoroſa obligatio recitandi horas canonicas horis à prima inſtitutione aſſignatis, ſed poſſunt anteponi & poſtponi, ſine cauſa. f.395.1.

2 Tempus habile quo poteſt officium priuatim recitari, incipit à media nocte, & finitur in puncto mediæ noctis ſequentis. f.396.2.

3 Matutinum ex conſuetudine incipit à veſpera, pręcedentis diei: ibidem.

4 Qui ex rationabili cauſa in priuata officii recitatione, illud recitat, non ſeruatis horis debitis non peccat. f.397.3.

5 Qui ſine rationabili cauſa non ſeruat tempora, ſed totum officium recitat ſummo mane, vel in fine diei, peccat venialiter f.499.7.

6 Quando quis impedimentum timet, conſultius eſt, vt horas præponat, quam poſtponat. f.402.12.

7 Quando ceteris paribus præuentio, & poſtpoſitio, ſine peccato fieri poteſt, poteſt, laudabilius eſt Præuenire. f.403.13

8 Si pręuentio nimia futura ſit, vt ſi Completorium dicendum ſit summo mane, eligenda eſt potius poſtpoſitio. ibidem.

9 Poſſunt Veſperæ, extra Quadrageſimam, cum cauſa, recitari, ante prandium ſine peccato veniali. f.403.14.

10 In priuata recitatione nullum eſt peccatum in Quadrageſima veſperas, poſt prandium recitare. f.404.15.

11 Quæcunque honeſta occupatio, vt lectio, concio eſt legitima cauſa excuſans à peccato illum, qui non recitat debitis horis diuinum officium. f.405.16.

12 Matutinum licite recitari poteſt ab occaſu ſolis. f.406.1.

13 Veſpere recitare Matutinum diei ſequentis, abſque iuſta cauſa, eſt peccatum veniale. f.407.

14 Matutinum, tam in æſtate, quam in hyeme recitari poteſt quarta hora poſt meridiem. f.410.8.

Triremes.

1 CLerici, & Religioſi, Iudicis ſententia, ad triremes damnati, ſi habent Breuiarium, ipſiſque permiſſum ſit, tenentur diuinum officium recitare, quando id commode facere poſſunt. f.193.14.

Vigilia.

V.

Vigiliæ.

1 VIgiliæ nocturnæ quatuor erant, quarum qualibet tribus horis conſtabat. ſ.9.3.
2 Prædictarum Vigiliarum mentio ſit in veteri, & nouo teſtamento. ibidem.
3 Prædictæ Vigiliæ fuerunt à primitiua Eccleſia ſeruatæ in recitandis Nocturnis officij diuini in Dominicis, & feſtis. ibidem 4.

Vox.

1 QVæ vox requiratur ad Diuinum officium recitandum, vide ſupra in verbo, officii diuini pronunciatio nu.1.
2 Quæ vox requiratur, quando publice in choro canitur, vide in eodem verbo nu.2.
3 Ille, qui extra chorum officium diuinum priuatim recitat ſiue ſolus, ſiue cum ſocio non tenetur illud alta voce pronunciare. ſ.67.20.
4 Liberum eſt vnicuique alta voce, ſi velit diuinum officium priuatim recitare, & etiam canere ad deuotionem excitandam. ſ.68.20.
5 Qui priuatim Diuinum officium recitant, non tenentur illud, tam alte pronunciare, vt poſſint ab aſſiſtentibus percipi, ſed ſufficit, vt à ſeipſis poſſit audiri. ſ.69.23.
6 Qui cum ſocio recitat, tenetur, tam alta voce verba proferre, vt poſſit à ſocio audiri. ſ.70.24.
7 Qui priuatim officium recitat, cum ſocio, qui non tenetur illud recitare ſatisfacit obligationi ſuæ, etiam ſi partem ſuam ita ſubmiſſe recitat, vt non poſſit à ſocio audiri. ibidem 25.

Laus Deo, Beatiſſimæque ſemper Virginis Mariæ.

Errata ſic corrigantur.

Pagina	verſus	Errata	Correctio
1	19	De antiquo	De antiqua
13	13	nocturnæ	nocturnæ vigiliæ
14	31	confitebatur	confitebaturque
15	23	petito	petitio
23	36	de diuinis	De diuinis officijs
25	19	obſeruationum	obſeruandum
29	35	cap.quæſt 8.	cap.8.quęſt.4.
41	30	ſequeretur	ſequetur
45	28	conſonantia reorum	conſonantia vocum
63	1	tom.3.	tom.2.
72	32	à cap.26.	à cap.16.
76	26	ea natura	ex natura
77	4	maxime huiuſmodi	maxime,cum huiuſmodi
80	6	profertior	perfectior
87	19	agerentur	cogerentur
87	22	infigi	infligi
87	35	cap.123. verſ. quinta	cap.12.§.3.verſ.Quinta
87	vlt.	cap.494.dicto 9.	cap.4.q.4.dicto 1.
93	8	qui conſuetudinem ,	qui in conſuetudinem
101	37	obligatio tenendi.	obligatio canendi.
108	2	cap.13.num.4.	cap.13.num.14.
116	13	Caietanus num.22.	Caietanus in 22.
125	11	docet Azorius	docet Antoninus
132	18	Reſtienſis	Hoſtienſis
141	14	deuote pſallentur	deuote pſallatur
149	vlt.	ſi ex contemptu	ſi non ex contemptu
170	penul.	ex mora	ex more
173	20	formalem	formulam
177	1	retinetur.	reticetur
178	11	vim igitur	cum igitur
198	17	bene diceret	bene deceret
198	36	dubit 9.46.	dub.9.num.46.
209	6	& ſimpliciter	eſt ſimpliciter
268	9	pro miſſione,	pro omiſſione
274	20	ſub vnico	ſub.vnico

Digitized by Google

277	37	par.12.tract.2.	par.2.tract.12.
279	14	omittit	amittit
306	37	verumque	vnumquemque
318	penul.	num.dicit	num.1.dicit
343	1	qui omitteret	quia omitteret.
474	9	cum poſtuletur	cum non poſtuletur
499	33	Leo V.	Leo X.

Cætera Lector ſuo marte, & induſtria facile corriget.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2-2-2

Digitized by Google